Gal 10 J. d.

Q. HORATII FLACCI

OPERA

CUM VARIIS LECTIONIBUS,

NOTIS VARIORUM,

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO.

TOMUS SECUNDUS.

LONDINI

EXCUDEBANT GUL. BROWNE, ET JOH. WARREN.

ET PROSTANT VENALES APUD T. PAYNE ET J. EDWARDS.

M DCC XCIII.

2

MVSEVM
BRITAN
NICVM

W. BAXTERI*

PRÆFATIO

AD

SATYRAS.

Satis notum eſt Eruditis Poeticam atque Choreas Liberi Patris Choro deberi: Nam Aſcripſit Liber Faunis Satyriſque Poetas, *ut vel ipſe ait Horatius. Immolato enim hirco huic Deo, ob piacularem demorſæ vitis injuriam, temulentus ruſticorum Chorus* Τραγωδίαν *(quaſi tu dicas* Hircinum Cantum) *Jocularia ſcilicet, Opprobria, & Feſcennina Carmina Satyrorum habitu decantabant. Inſtituto vero poſtea a Theſpide Dramate, Chorus iſte inter Scenas, quo moraretur populum; ſub nova Exodiorum appellatione Satyrica ſua ſaltando cantabat. Cum vero tandem de licentia iſta vetus Comœdia naſceretur, atque hæc iterum Macedonum juſſu conticuiſſet, ex ejus interitu Romana Satyra initium cepit; quam Lucilium primum hexametris tentaſſe conſtat.* Verum tamen ſciendum *(inquit Vetus Interpres)* quia Satyrum Carmen a primo omnium Lucilio repertum eſt. Horatii autem Satyra inter Lucilii eſt et Juvenalis; nam et aſperitatem habet quam Lucilius, et ſuavitatem quam Juvenalis. Denique niſi Juvenalis ſcripſiſſet iſto nemo eſſet melior. *Quod ad nomen attinet, fuere etiam olim nonnulli, qui Satyram a* Satyra *Bacchi Cereriſque lance, omnigenarum frugum primitiis referta, nominatam exiſtimabant; quod et Vetus Interpres monuit, et Chriſtophorus Landinus, vir non ineruditus, ante Caſaubonum ſuperiore ſeculo luculenter tractavit. Verum neque Scholiaſten ipſum his fidem habuiſſe conſtat ex his quæ in Artem Poeticam conſcripſit: ibi enim ſignificat eam dictam a Satyris*

* Relinquimus nempe hic etiam ſua viro docto: ſiquis meam de Satira ſententiam requirat, a Caſauboniana non abhorrentem; diligenter propoſitam, & confirmatam quantum ſatis eſt, inveniet in Theſauro noſtro Stephaniano. Ges.

Satyris, et natam a Tragœdiis. Quin et ipſa Lanx Satyra *Satyris nomen ſuum debet; neque recte ſentit Caſaubonus dicendum fore ex Analogia* Satyricam *magis quam* Satyram; *cum et vetus Scholiaſtes, Judice Henrico Stephano, non ineptus autor Latinitatis, et* Satyrum Opus *et* Satyrum Carmen *dicat. Denique quod attinet ad Titulos* Sermonum *et* Epiſtolarum, *eadem eruditiſſima Scholia rem omnem paucis abſolvere.* Quamvis hoc opus *(inquiunt illa)* Satyrum eſſe Horatius ipſe profiteatur cum ait; *Sunt quibus in Satyra videar nimis acer, et ultra Legem tendere opus*; tamen proprios titulos voluit eis accommodari, Primos Libros Sermonum, Poſteriores Epiſtolarum ſcribens. *Quibus patet et Epiſtolas olim pro Satyris fuiſſe habitas. Sermones autem nominavit ob remiſſiorem ſtylum et pene Comicum atque Civilem: atque hoc ut obviam iret obtrectatoribus et malignis; et ut ne videretur ſe gerere pro Poeta.*

Advertendus eſt Lector, nos Porphyrionis admonitu adductos duo puncta dignoſcendis Perſonis in Satyris a Veteribus adhibita, Recentiorum vero negligentia hactenus omiſſa, tandem in ſedem ſuam repoſuiſſe; quin et Eclogarum Lemmata tam in Satyris quam in Odis, quo melius inſtituto noſtro convenirent, nova feciſſe omnia. BAXT. Pro illis duobus punctis nos hoc ſignum ¶ præpoſuimus, quoties perſona mutatur.

Q. HORATII FLACCI

SERMONUM

LIBER PRIMUS.

SATIRA I.

IN AVAROS.

Qui fit, Mæcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem
Seu Ratio dederit, ſeu Fors objecerit, illa
Contentus vivat? laudet diverſa ſequentes?
O! fortunati mercatores, gravis annis
Miles ait, multo jam fractus membra labore.
Contra mercator, navim jactantibus auſtris,
Militia eſt potior: quid enim? concurritur: horæ
Momento

1 Hora momento. Livius. XXV. 24. 12. M. R. 1007.

2 fors *etiam G. Ald. Steph. &c. Bentl. Cun.* ſors. *Mſs. Mus. Br. B. C. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* ulla *Mſ. Mus. Br. C. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 3 laudat *Mſs. Mus. Br. B. C.*

1 *Qui circumflexe pronuntiandum* Vet. Schol. Bax.

2 *Seu Ratio; Signate dixit, Ratio dederit, Fors objecerit: aut Ratione inimus propoſitum vitæ, aut Fortuna.* Vet. Schol. Bax.

Torrentii Codices legerunt *Fors* quod magis figuratum eſt quam *Sors*, nec Vet. Schol. abludit. Bax.

3 *Laudet* ad Emphaſin poſuit invidiæ. Bax.

Diverſa, h. e. *ſtulta*. Vet. Schol. Cruqu. Bax.

Sequentes, Διώκοντας five proſequentes. Bax.

4 *Gravis*; h. e. onuſtus, & per hoc tardus & ſegnis. Bax. *Gravis armis*, id eſt, quem gravant arma, conjicit neſcio quis in edit. Sandby. Ges.

5 *Fractus*; h. e. fatigatus, inutilis & plane victus. Bax.

Fractus jam. Cun.

7 *Quid enim? Quaſi interpellante affectu hoc dicit, & eſt etiam conſuetudinis noſtræ.* Vet. Schol. *Quare non? & eſt Comicum.* Alter. Schol. Bax.

8 *Cita*

Momento cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat juris legumque peritus,
Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.
Ille datis vadibus qui rure extractus in urbem eſt,
Solos felices viventes clamat in urbe.
Cætera de genere hoc (adeo ſunt multa) loquacem
Delaſſare valent Fabium: ne te morer, audi
Quo rem deducam. Si quis deus, En ego, dicat,
Jam faciam quod vultis: eris tu, qui modo miles,
Mercator: tu conſultus modo, ruſticus: hinc vos,
Vos hinc mutatis diſcedite partibus. Eia,

Quid

10 cantu *coll. Sax. G. edd. pr. & Mſſ. Mus. Br. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

8 *Cita mors* cum Torrentio & Vet. Schol. repoſuimus, pro *aut cita mors*. Et bene *cita* cum ante poſuerit *jactantibus*, *quaſi diu navim jactantibus*, ut ait Vet. Schol. Bentleius tamen autoritate ſui genii mavult *aut cita mors*. Sed quid mea? BAX. Metuit Bentleius, ne ominoſum & infauſtum ſit *cita mors*, non præmiſſa particula disjunctiva. Sed ſolet in tali re poni pars deterior disjunctionis: & *cita* mors melior tamen hic ponitur lento cruciatu inter ſpem & metum. GES.

9 *Juris legumque*; *Lex eſt ars juris*, prodente Budæo. BAX.

10 *Conſultus eſt qui docet, conſultor qui diſcit*. Vet. Schol. BAX.

11 *datis vadibus*. vas, inquit Varro lib. 5. de lingua Latina, appellatus eſt, qui pro altero promittebat. Conſuetudo erat, cum reus eſſet parum idoneus inceptis rebus, ut pro ſe alterum daret, a quo caveri poſſet. CRUQ.

Vas in re capitali eſt, Præs in re civili, ut bene Cruquius ex Auſonio. Abutitur tamen hac voce Horatius. BAX.

12 *Clamat*; *Ruſtici morem exprimit, & aſſeverationem ſignificat*, ut docte Landinus. BAX.

13 *Cætera de genere hoc*; *Hemiſtichium Lucretianum*. Lambinus. BAX.

14 *Fabius Maximus Narbonenſis, equeſtri loco natus, Pompeianas partes ſecutus, aliquos Libros ad Stoicam diſciplinam pertinentes conſcripſit*. Vet. Schol. Bellis hominibus gratificari vult Horatius, dum durum & provincialem Stoicum deridet, veretur enim ne & ipſe exagitando divitias nimium videatur Cynicus. BAX.

15 *Quo*, h. e. quam brevi compendio ad propoſitum properem. BAX.

Deducam, in breve cogam, vel deorſum ducam. BAX. Malim, ad quem finem querelarum ſuarum homines illos μιμψιμοίρους deducam. GES.

17 *Conſultus modo, ruſticus*; *Eleganter affectata ambiguitas*. Vet. Schol. BAX.

18 *Mutatis partibus*; veluti de ſcena loquitur. Quid enim vita niſi mimus? BAX.

19 Omnes Lambini Codices legerunt *nolint*,

Quid ſtatis? Nolint. Atqui licet eſſe beatis.
Quid cauſæ eſt, merito quin illis Jupiter ambas
Iratus buccas inflet? neque ſe fore poſthac
Tam facilem dicat, votis ut præbeat aurem?
Præterea, ne ſic, ut qui Jocularia, ridens
Percurram; (quanquam ridentem dicere verum
Quid vetat? ut pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint ut diſcere prima)
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo.

Ille

23 Prætereo *conj. Anon. ed. Sandby.* 25 Quis *Han. pro* ut, et *conj. San.*

lint, quod magis comicum & morale eſt quam *nolunt*. Bax. *Nolunt* eſſet magis comicum, & perſonas ipſas induceret. Sed pendet oratio a v. 15 *Si quis deus* &c.
Ges.

Additione literæ, & mutatione puncti, longe concinnior, ut mihi videtur, ſenſus exſurgit.

Quid ſtatis? nolint. at quis licet eſſe beatis,
Quid cauſæ eſt, merito quin illis, &c.

vulgo,

atqui licet eſſe beatis.
Quid cauſæ eſt, &c.

Quis pro quibus, ut II, Serm. VIII, 18. et paſſim. Bowyer.

20 *Cauſæ*, h. e. prætextus. Bax.

21 *Buccas inflet*. id eſt, iraſcatur. nam buccas inflant, qui iraſcuntur: ut infra dicemus, quod Græci φυσᾶν τὰς γνάθους, dicunt. Demoſt. περὶ παραπρ. καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς πορεύεται θοιμάτιον καθεὶς ἄχρι τῶν σφυρῶν, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, τὰς γνάθους φυσῶν. id eſt, & per forum ambulat veſte ad talos demiſſa, pariter incedens atque Pythocles, & buccas inflans. Lam.

Buccas inflet, Græcis Proverbiali forma dicitur ὀφρῦς ἀνασπᾶν & γνάθους φυσᾶν, de his qui immaniter vilipendunt quibus iraſcuntur. Bax.

22 *Facilem* parcendo dixit, cum ſtolidum vellet. Bax.

23 *jocularia*. ex Quinctiliano de ridiculis cognoſci poteſt, quod jocus ſit in verbo, ludus in facto; ſed alterum frequenter ſubit vicem alterius, ut hoc loco, jocularia pro ludicris rebus. Sic Juvenalis, 3. 40. Quoties voluit fortuna jocari, non dicto, ſed facto. Ovid. Art. Am. 3. 381. Hos ignara jocos tribuit natura puellis, Materia ludum uberiore viri. *quamquam rid.* hoc eſt, ridere & verum dicere. ridere autem hic eſt dicere aliquid riſu dignum, aliquid falſi & lepidi, quod riſu mordeat. Cruq.

Jocularia, ruſtica dicit Exodia, vel fabulas Atellanas. De quibus vide Liv. Lib. VII, 2. Bax.

24 *Percurram*; Metaphora a campo, vel circo; h. e. decurram ad metam uſque.
Bax.

25 *Olim*, h. e. aliquando; nam modo indefinitum eſt. Bax.

Cruſtula & Lucilius dixit; *Guſtavi cruſtula ſolus*. Vet. Schol. Eadem erant cruſtula quæ

Ille gravem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic caupo, miles, nautæque per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Seſe ferre, ſenes ut in otia tuta recedant,
Aiunt, cum ſibi ſint congeſta cibaria: ſicut
Parvula (nam exemplo eſt) magni formica laboris
Ore trahit, quodcunque poteſt, atque addit acervo,
Quem ſtruit: haud ignara ac non incauta futuri:
Quæ, ſimul inverſum contriſtat Aquarius annum,
Non uſquam prorepit, et illis utitur ante
Quæſitis ſapiens; cum te neque fervidus æſtus
Dimoveat

35 *pro* ac, aut *Han.* 38 ſapiens *etiam MS. Bos Anim. p.* 56. *& omnes Cruq. it. prima omnium editio Zar. H. Steph. &c. Sed* patiens *MS. Han. Gott. coll. Sax. editt. vett. etiam Ald. & Ro. Steph. & Mſs. Mus. Br. C. D. F.* potieris *pro* potiens *Flor. Ven.* 1486. *Loch.*

quæ & placentæ. *Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſervo.* Juvenal. 9. 5.
BAX.

30 *Currunt.* navigant. ut Od. 28. lib. 1. 36. *licebit, Injecto ter pulvere, curras.* ex quo curſus pro navigatione ſumitur: ut Od. 6. lib. 1. v. 7. *Nec curſus duplicis per mare Ulyſſei.* & Od. 34. ejuſd. lib. v. 3. *nunc retrorſum vela dare, atque iterare curſus Cogor relictos.* LAM.

Proprie currunt; ut, (Æn. 3, 191) *Vaſtumque cava trabe currimus æquor.* Vet. Schol.
BAX.

Hac mente, hoc conſilio, hoc propoſito. Vet. Schol. BAX.

32 *Congeſta cibaria*; ac ſi jam de formica ageretur. BAX.

33 Ἀντίθετον *Parvula eſt magni.* Vet. Schol. BAX.

Nam exemplo eſt; excuſat humile exemplum a materia, & conſuetudine ruſtica: poſuit enim *eſt* pro *eſſe ſolet.* BAX. Non amplius exemplo erit in poſterum quando diligentia illam ſua & providentia privavit ætas noſtra, nimis maligna virtutibus animalium. Forte tamen facient in formica poetæ, quod in cycnis. GES.

Formica rufa. LINN.

35 *Haud ignara*; Comice gravis eſt in levi materia, & ruſticum deridet acumen.
BAX.

36 Scite *inverſum*, ac ſi videri vellet hiemem ex inverſa Aquarii urna defuſam.
BAX.

38 *Et illis utitur ante Quaeſitis patiens. Patiens*, quod editiones veteres occupaverat, primus expulit eruditiſſimus Lambinus; & in ejus locum ex quinque ſuis *ſapiens* repoſuit. Illud tamen repoſcunt non modo Douza, Torrentius, & Marcilius, Lambino ſemper iniqui: ſed, quod magis miror, acerrimi vir judicii Gronovius pater ad Senecae Thyeſtem v. 470. Nempe aiunt *formicam* recte dici *patientem*; ut illud de *mure*, Serm. II, 6. v. 91.

quid

Dimoveat lucro, neque hiems, ignis, mare, ferrum;
Nil obſtet tibi, dum ne ſit te ditior alter.
Quid juvat immenſum te argenti pondus et auri
Furtim

quid te juvat, inquit, amice,
Praerupti nemoris patientem *vivere dorſo?*
ſane quidem; ſine dubio formica eſt *patiens* laboris. Verum illud nunc non quaeritur, numquamne alias ea beſtiola *patiens* vocari poſſit; ſed an loco, ſenſui, & auctoris menti id epitheton conveniat. Id quod jam examinandum venit. Principio ſi legere velis *quaeſitis utitur ſapiens*, perinde erit, ac ſi hilariter, genialiter, non perparce & ſordide uti dixeris. Sic Carm. I, 11. 7.

ſapias, vina liques, & *ſpatio brevi*
Spem longam reſeces.

& I, 7. 17.

ſic tu ſapiens *finire memento*
Triſtitiam vitaeque labores
Molli, Plance, mero:

quae duo loca Lambinus appoſite citavit: quibus adde Ep. I, 15. v. 45.

Vos ſapere, & *ſolos aio* bene vivere, *quorum*
Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.

& I, 10. v. 44.

Laetus *ſorte tua* vives ſapienter, *Ariſti.*

& Carm. IV, 9. 45.

Non poſſidentem multa *vocaveris*
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter uti.

Quin & *uti* vel *frui* per ſe ſola idem ſignificant: ut Art. Poët. v. 170.

Quaerit, & *inventis miſer abſtinet, ac timet* uti.

Epiſt. I, 7. v. 57.

Et properare loco, & *ceſſare*, & quaerere, & uti.

& Epiſt. I, 4. 7.

di tibi formam,
Di tibi divitias dederunt, artemque fruendi.

Haec ergo erit ſententia; Tu, avare, male te defendere & excuſare quaeris exemplo formicae: illa enim, laboribus per aeſtatem ſtrenue decurſis, hiemem in otio genialiter tranſigit: tu vero totam aetatem quaerendo & laborando conſumis; neque umquam ceſſas, aut quaeſitis uti vel acervum comminuere audes. Jam autem pro *ſapiens* ſubſtitue *patiens*; & totam ſententiam labefactas. *Patiens*, aiunt, *utitur quaeſitis formica*, hoc eſt, *parca, frugalis, paucis contenta.* Imo vero, non *pauco* victu, ſed *duro*, inopi, & ſordido contenta. Sic enim exponendum eſt, quod de *mure* dictum afferunt, Serm. II. 6. 91.

Praerupti nemoris patientem *vivere dorſo*;

hoc eſt, *lolio & adore* viliſſimo cibo patienter victitantem; cum in urbe ſuaviſſimis ferculis & bellariis ſatur quotidie eſſe poſſit. Ita Epiſt. I, 17. 13.

Si pranderet olus patienter, *regibus uti*
Nollet Ariſtippus. Bentl.

Tres Torrentii Codices cum quinque Lambini & Vet. Schol. Legerunt *ſapiens* pro *patiens*, quod longe melius videtur; exprobrat enim avaro ſtultitiam.

Si tamen forte *patiens* ſit verior lectio, interpretabimur *quantumvis patiens & parca.* Sed nec *potiens* ineptum. Cic. Tuſ. 3. c. 18. *Fore ut natura his potiens dolore careat.* Et interdum putare ſubit, ex *potiens* rariuſculo ortum *patiens*; hoc cum diſpliceret, mutatum in *ſapiens*. Ges.

Cum te; *Inſurgit in avarum hominem.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

39 Hoc equidem mallem quam Bentleii *Demoveat*. Bax.

42 *Defoſſa*. Æque uſitatum eſt *defodere* ſcrobem, terram, vineam, pro fodere; ac *defodere* aurum, argentum, theſaurum, pro fodiendo recondere. Virg. Geor. III. 376.

Hic in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta

Furtim defoſſa timidum deponere terra?
¶ Quod, ſi comminuas, vilem redigatur ad aſſem.
¶ At ni id fit, quid habet pulchri conſtructus acervus?
Millia frumenti tua triverit area centum,
Non tuus hoc capiet venter pluſquam meus: ut ſi
Reticulum panis venales inter onuſto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias quam
Qui nil portarit. Vel dic, quid referat intra
Naturæ fines viventi, jugera centum, an
Mille aret? ¶ At ſuave eſt ex magno tollere acervo.
¶ Dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquas,

Cur

44 At niſi *Mſ. Mus. Br. C.* 46 *plus ac Mſ. Mus. Br. A.*

Otia agunt terra.
& rurſus: Geor. II. 507.
Condit opes alius defoſſoque incubat auro.
TORR.

Quod in terra defoditur proprie theſaurus appellatur. BAX.

Deponitur & fidei commiſſum, & quod ſervandum traditur. BAX.

43 Hic verſus reſponſionem avari continet. *Quod* cauſale eſt: cujus gloſſam habet liber Hannoveranus, *Nam*. GES.

Comminuas; maxime cavent avari ne quid de rotunda ſumma decedat. BAX.

44 *Quid pulchri?* Τί Καλόν; BAX. Senſus eſt, at niſi per moderatum uſum deminutio quædam fit, ſ. niſi tu uteris: non eſt quod acervus iſte laudetur aut magni fiat.
ZEUN.

46 *Non tuus hoc capiet, venter plus quam meus.* Editiones quidem veteres *plus quam meus* in ſequentes propagarunt: idque ſilentio tranſmiſerunt interpretes omnes; excepto Berſmanno, qui ex duobus ſuis *plus ac meus* protulit. Ego vero in Graeviano, Reginenſi, & octo praeterea aliis eandem lectionem reperi, *quam* autem in duobus tantum, eiſque notae ſequioris: ut inde de aliorum codicibus conjecturam capere poſſis. Revocanda igitur membranarum ſcriptura,

Non tuus hoc capiet venter plus, AC *meus.*

Plus ac, *minus ac*, *aliter ac* &c. notiſſimae locutiones. Serm. II, 3. v. 270.

nihilo plus *explicet*, ac *ſi.*

Inſanire paret certa ratione modoque.

Ideo autem hoc in loco AC maluit auctor, quia mox verſu abhinc uno habetur,

nihilo plus *accipias*, quam:

Variare itaque ſermonem voluit, ut faſtidium evitaret. BENTL.

In duobus Libris Bentleius ſcribit reperiri *ac meus* pro *quam meus*, quod ut uſitatius eo magis illi placuit. BAX.

47 *Reticulum rete eſt, quo in urbe panis portari ſolet.* Vet. Schol. Æſopi panarium tangit, ut vult Torrentius; & ridicule avarum bajulo & mancipio comparat. BAX.

Venales; *ſervos.* Vet. Schol. BAX.

49 *Intra naturæ fines:* egregie Seneca, *Si ad*

Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?
Ut tibi ſi ſit opus liquidi non amplius urna,
Vel cyatho, et dicas; Magno de flumine mallem,
Quam ex hoc fonticulo tantundem ſumere. Eo fit,
Plenior ut ſi quos delectet copia juſto,
Cum ripa ſimul avulſos ferat Aufidus acer:
At qui tantuli eget quanto eſt opus, is neque limo
Turbatam

53 Laudas *Mſs. Mus. Br. B. G.* 58 Cum ſimul avulſos ripa *Mſ. Mus. Br. B.* 59 tantulo *coll. Sax. G. Z. & Mſs. Mus. Br. D. F. G.*

ad naturam vives nunquam eris pauper; ſi ad opiniones nunquam eris dives. Bax. Lib. I. Epiſt. 16. fin. ex Epicuro. Ges.

52 *Haurire*; jam animo conceperat Aufidum. Bax.

Relinquas, concedas. Vet. Schol. Comicum & morale verbum. Bax.

53 *Cumeris.* vaſis fictilibus, aut vimineis, in quibus condebant frumentum. epiſt. 1, 7, 29. *Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam Repſerat in cumeram frumenti.* κυψέλας appellant Græci. Lam.

Laudes, mireris. Bax.

Cumera, vel *cumerum* vas erat forma dolii ſive cadi, vimineum, palmeum, ſparteum, vel etiam teſtaceum, acuminato cooperculo cameratum, unde & nomen ſuum accepiſſe videtur. Erat autem diverſi generis. *Cumerum dicimus vas ingens vimineum in quo frumenta reconduntur: & vaſa fictilia ſimilia doliis & vaſa minora quæ capiunt quinque ſive ſex modios, quæ lingua Sabinorum Trimodiæ dicuntur.* Vet. Sch. Punica & Syra vox קמטרא a Græco Κάμπτρα eſt: atque hinc Latinis *Cumera*, vel *Cumerum*. Bax.

54 *Liquidi, aquæ, more Græco.* Vet. Schol. Cruq. Ὑγρῦ. Bax.

Notum eſt urnam & cyathum nomina eſſe menſurarum. Bax.

55 *Magno de flumine mallem.* Etiam *mallem* de loco movere veriti ſunt Interpretes, quia in prioribus editionibus obtinuerat. Solus Lambinus, in quinque ſuis *malim* ſe inveniſſe memorat; ceteri tacent. At idem exhibet melior majorque pars noſtrorum, Graevianus, Leidenſis, Colbertinus, Galei, Battelianus aliique, & a prima manu Reginenſis. Lege igitur,

magno de flumine MALIM,
Quam ex hoc fonticulo tantundem ſumere.

Praeſentis enim temporis verbum hic requiritur. Si tibi *ſit* opus——& *dicas, Malim* ſumere. Si *mallem* legis; tum dicendum fuerit, *Si eſſet opus, & Dixeris.* Bentl.

Quinque Lambini MSS. legerunt *malim* pro *mallem*; ego tamen nihil muto. Bentleio placuit *malim*; quid inde? Bax.

57 *Juſtum* dicitur, ſumpta Metaphora a ſtatera, cum nihil vel ſupereſt, vel deeſt. Bax.

58 *Cum ripa.* Optimus cod. non inamœna quadam novitate legit:

Cum ſimul avulſis ripa, &c. Torr.

Credo enim de Apulo aliquo, vel Calabro cogitaſſe, qui ſe puero tali modo perierat. Bax.

Acer, Ὀξὺς, Græco more. Bax.

59 *At qui tantuli eget, quanto eſt opus. Tantuli* habent meliores noſtri, Graevianus, & a prima manu Reginenſis, cum aliis: atque ita editiones vetuſtae; non *tantulo*. Porro & in iiſdem extat *Quanto eſt opus.* Nicolaus

Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in undis.
At bona pars hominum decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit; quia tanti, quantum habeas, sis,
Quid facias illi? jubeas miserum esse libenter
Quatinus id facit: ut quidam memoratur Athenis
Sordidus ac dives, populi contemnere voces
Sic solitus; Populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus

60 nec *Mss. Mus. Br. D. F.* 63 miseram *Bentl. ex conj. Cun.*

Heinsius ex conjectura, *Quantillo opus*. Mihi quidem magis arridet ea lectio, quam in suis quibusdam Lambinus invenit,

At qui tantuli eget, QUANTUM *est opus*.

Nam & eo pacto sententia fit paullo concinnior; & praeterea locutio ejusmodi est, ut non temere a Librariis substitui posset; quibus sollemne est reconditas & raras lectiones in familiares & tritas mutare; non vicissim. Lactantius III, 5. *Nam vulgus interdum plus sapit, quia tantum*, quantum opus est, *sapit*. Quadrigarius apud Gellium XVII, 2. *Nihil sibi* divitias *opus esse*. Lucretius II, 1137.

Unde queat tantum suboriri ac suppeditare,
Quantum opus est; & *quod satis est, natura novare.*

Ita Cicero saepe, *Quod opus est, Quae opus erunt, Nummos opus esse, Dux nobis & auctor opus est*, & similia. BENTL.

Ostendit se egere qui cupit. BAX.

Bentleius reposuit *quantum est opus*, verum ex ingenio suo, non meo. BAX.

61 *Bona nunc pro magna dictum, ut saepe Ennius & alii veteres.* Vet. Schol. BAX.

Decepta, allecta; proprie decipiuntur volucres ab aucupibus. BAX.

62 Ex Lucilio tractum; sic enim ille: *Quantum habeas, tanti ipse fies, tantique habearis.* Quanto melius Juvenalis 3. 143 *Quantum quisque sua nummorum servat in arca, Tantum habet & fidei.* Sententiam origine Euripideam ostendit Erasmus. BAX.

tanti quia. CUN.

63 *Quid facias illi?* Pro conclamato relinquendum censeo. BAX.

Jubeas miserum esse; dictat formulam valedicendi insulso capitoni. BAX. *Miseram* necessarium putat Bentleius, quia referatur ad *bona pars*. Sed frequens nimis est in talibus Synesis: nimis grata talis negligentia, quam ut corrigendam putem manum Flacci, non modo librariorum. GES.

Esse modo pro *manere* posuit; & vehementer probo Torrentii distinctionem inter *esse* & *libenter*. BAX. At ego sustuli distinctionem, ut integrum certe relinquam lectori, quo velit illud *libenter* referre: equidem ad *miserum esse*, ut sit oxymorum. GES,

64 *Id facit*; h. e. miser est: Moraliter & comice. BAX.

Incertum ex qua Comoedia haec hauserit. Vetus Scholiastes autor est eum Timonem dicere Μισάνθρωπον Atheniensem, de quo vide lepidissimum Luciani Dialogum huc spectantem. BAX.

65 *Voces*; *quia solebat populus ingressis Theatrum bene meritis plaudere, malos exsibilare.* Vet. Schol. Imo & vocibus infremere. BAX.

67 *Contemplor*; *considero.* Vet. Schol. BAX.

67 *Tantalus*

Tantalus a labris ſitiens fugientia captat
Flumina: quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur: congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians, et tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Neſcis quo valeat nummus? quem præbeat uſum?
Panis ematur, olus, vini ſextarius: adde,
Queis humana ſibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem, nocteſque dieſque
Formidare malos fures, incendia, ſervos,

Ne

73 *pro* quo, quid *Han. & Gott.*

68 *Tantalus a labris*; *Commendandum eſt hoc pronuntiatione.* Vet. Schol. Quo ſcilicet moveri poſſit ſequens riſus. Bax. Perſonam Tantali inducit, ut oſtendat, adeo miſerum eſſe hunc plauſorem cui ipſius, ut comparari poſſit cum exemplo pœnarum infernalium. Ges.

ab labris. Cun.

69 Mirus Iconiſmus vigilis hujus Draconis. Bax. *Quid rides?* H. e. non eſt quod fabulam iſtam de pœna Tantali tanquam abſurdam rideas: nam convenit in te.

Zeun.

71 *Inhians*; ſolicitudine & metu defixus & attonitus; eſt etiam Oxymorum in *Indormis inhians*; nam vigilanti ſimilior erat etiam ubi dormiebat. Bax.

Tanquam parcere ſacris; Hyperbaton eſt, & Proverbialis Elocutio. Bax.

72 *Aut pictis.* quidam libri veteres habent, *& pictis:* al. *ac pictis.* Lam.

73 *Neſcis quo val. n. q. p. uſum?* legendum cum interrogatione, & *quo valeat*, non *quid valeat.* ſic enim habent lib. manuſcrip. Vat. 2. Faër. Torn. Nicot. Ruſſard *quo* autem. id eſt, ad quam rem, vel ad quem uſum.

Lam.

Quo valeat. Sic & libri noſtri omnes magno conſenſu, non *quid*, ut in vulgatis.

Torr.

Neſcis; Interrogando graviter corripit & exagitat inſenſatum. Bax.

74 *Panis ematur*; iſta ex Menandro deſumta ſunt, cujus iſta ſunt verba apud Stobæum, ut olim monebat Cruquius; Τ' ἀργύριον εἶναι μειράκιόν σοι φαίνεται, Οὐ τῶν ἀναγκαίων καθ' ἡμέραν μόνον Τιμὴν παρσχεῖν δυνατόν, ἄρτων, ἀλφίτων, Ὄξους, ἐλαίου· μεῖζονος δὲ ἄλλου τινός. Bax. *Flor. Grot. XXII.*

75 *Queis humana*; *balnea dicit uſumque mulieris, & alia hujuſmodi.* Vet. Schol. Menandri verecundiam, imitatus eſt, idem enim apud illum eſt, μείζονος δ' ἄλλου τινός. Bax.

Vox *humana* excuſationem continet ineptiarum atque libidinis. Bax.

76 *Exanimam.* Cun.

Exanimis mortuo proximus videtur.

Bax.

77 *Malus*, Græcis πονηρὸς, callidus eſt ad malefaciendum: bonum Epitheton. Bax.

78 *Compilent.* Bene de hoc vocabulo Pedianus Verr. III. *Compilare* eſt pilos convellere; & ſic fraudare furto, ut ne pili quidem

Ne te compilent fugientes: hoc juvat? horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.
At si condoluit tentatum frigore corpus,
Aut alius casus lecto te affixit; habes qui
Assideat, fomenta paret, medicum roget ut te
Suscitet ac reddat natis carisque propinquis?

Non

79 optarem *G. Z.* 81 affixit *etiam H. Z. Med.* 1477 & 1503. *Ven.* 1479. *Flor. Loch. Ald. R. Steph. & plerique alii.* Afflixit *G. coll. Sax. H. Steph. &c.* 83 natis reddat *Mss. Mus. Br. A. B.*

quidem in spoliati corpore relinquantur. TORR.

Compilent, expolient. Vet. Sch. *Compilare est cogere in unum & condere, ex quo furari.* Festus. A Græco πιλεῖν, quod est stipare. BAX.

Horum comice pro *talium.* BAX.

80 *At*; h. e. *quinimo*, vel *imo etiam.* BAX.

Tentatum frigore; aëre aut aqua vexatum. Vet. Schol. Tentatur quod undique contrectatur, & per hoc vexatur. BAX. Forte intelligitur pleuritis a frigore post æstum contracta. Conf. Ser. 2, 6, 45. GES.

81 *Lecto te affixit.* Editio prima Veneta, *Afflixit*; altera & Loscheri *affixit.* Inde in partes itum est ab interpretibus: ita tamen ut pluribus placuerit *afflixit*, quod profecto & in pluribus membranis reperitur. Verior tamen ea lectio est, quae pauciores advocatos sibi nacta est. Seneca Epist. LXVII. *Ago gratias senectuti, quod me lectulo affixit.* Ubi nulla in tot codicibus variatio est, praeterquam quod tres apud Gruterum Palatini *lecto* pro *lectulo* exhibeant; atque eo propius ad hanc Flacci lectionem accedant. Cic. in Ver. Act. II. Lib. V. c. 7. *Nam pater, grandis natu, jam diu lecto tenebatur*; quod perinde est ac *affigebatur. Morbus* quidem *afflixit*, vel *casus afflixit* recte dixeris; atque ita saepe Celsus aliique: minime vero, *casus lecto afflixit. Affligere* enim, sequente dativo, vim & impetum in illidendo significat: atqui aegroti lecto decumbunt, non lecto illiduntur. Vide nos ad Serm. II, 2. v. 79. BENTL.

Efficacior vox *afflixit* quam *affixit:* atque hanc lectionem & Lambini & Cruquii Codices tuentur, & probavit Stephanus; Scholiastæ silent. Stat tamen Bentleius pro *affixit.* BAX. *Affixit* mihi magis hic placet, quia vehementia & primus impetus morbi, quem exprimit *afflixit*, non tam eget amicorum auxilio, quam ejus duratio & longa molestia, quam signat *affixit*, ut surgere, & rebus suis superesse, ministrare sibi necessaria, non possit. Respondent sibi *affixit* & *assideat*, quod constantiam praesentiæ notat. Vidit hoc etiam Marcilius. GES.

82 *Assideat*, h. e. juxta te sedeat, & vigilando tecum pernoctet. BAX.

83 *Suscitet, ac reddat natis.* Quia semel in veteribus editis sic constituta est lectio, veriti sunt immutare plerique interpretes. At Cruquius in tribus Blandiniis, in uno suo Pulmannus, in Graeviano, Zulichemiano, Magdalenensi, & Franekerano nos allo ordine *natis reddat* reperimus, Scribe igitur,

Suscitet, ac NATIS REDDAT, *carisque propinquis.*

quae verborum collocatio & dulcior & elegantior est. BENTL.

Suscitet, i. e. *sanum faciat.* Vet. Schol. BAX.

Reddat gnatis; suavi Sarcasmo haec proferuntur. BAX.

85 Ut

Non uxor ſalvum te vult, non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri atque puellæ.
Miraris, ~~eum~~ quum tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, quem non merearis, amorem?
An ſi cognatos, nullo natura labore

Quos

88 At ſi *editt. primæ, Ald. Ro. Steph. Fabric. Rutgers. &c. & Mſs. Mus. Br. A. B. D. F. G. & Edit. Pr. in Bib. Reg. Br.* An ſi *H. G. Glarean. in edit. Ven.* 1544. *f. duo Cruqu. aliquot Torrent. Bentl. Cun.* Atqui *Baxt. Sandby.*

85 Ut neminem prætermittat etiam pueros & puellas de trivio arceſſit. Bax.

86 *Poſt omnia ponas, Tmeſis Figura.* Vet. Schol. Bax.

88 *At ſi cognatos.* Salebroſus ſane locus, unde haud facile eſt pedem inoffenſum referre:

At ſi cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis ſervareque amicos,
Infelix operam perdas: ut ſiquis aſellum
In campo doceat parentem currere frenis.

——Illud jam porro inquirendum, quid ſibi velit & quo ſpectet tota haec oratio, quod in recepta quidem lectione deſperandum mihi videtur. *Tu, avare*, inquit, *ſi cognatorum tuorum amicitiam ſervare & retinere velis, perdas operam infelix.* Hactenus quidem rem intelligere poſſe videor. Fruſtra enim avarus benevolentes ſibi cognatos ſperet, ſine ſumtu & largitione: omnis alia opera rogando, obteſtando, blandiendo, incaſſum ſumitur. Sed repudiant hunc ſenſum quæ mox ſubjunguntur:

ut ſi quis aſellum
In campo doceat parentem currere frenis:

haec enim non in avarum ipſum, ſed in cognatos culpam transferunt. Quippe ſuperiore ſententia is ipſe eſt *aſinus ad lyram*, & indocilis recte utendi cognatis ſuis: hac, contra, cognati vituperantur, tamquam *aſelli frenorum impatientes*, quibus omnis cura cultuſque impenſus in irritum cadit. Vides jam, opinor, locum undique obſeptum eſſe; unde pedem aut proferre, aut referre nullo modo poſſis. Quid ergo? Mihi quidem omnino revocanda videtur lectio, quam uterque Scholiaſtes memorat, quam & Cruquii duo codices, Pulmanni quattuor, Torrentiique aliquot agnoſcunt, & pro varia lectione Leidenſis noſter,

An *ſi cognatos*, ——?

ut ſententia ſit hujuſmodi? An miraris, quod te non ament cognati; quos tu nulla benignitate conciliare tibi ſtudeas? An potius nihili facis a cognatis amari; & omne, quod ad demerendos eos impendi debet, male locatum & perditum iri putas? quaſi ſi aſinum traderes magiſtro, qui in Campo eum inſtituat

Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos?
Virg. Ge. 3. 117.

In quo tamen male tibi conſulis: quid enim?

Uni nimirum tibi recte ſemper eunt res?
Serm. II. 2. 106.

Adveniet fortaſſe tempus, cum cognatorum ope & benevolentia indigeas. Vel *denique*, ſi eorum gratiam non ita magni aeſtimas; cave ſaltem, ne avaritia tua & ſordibus perniciale familiae odium in te concites: ne fortaſſis, ut miſer ille *Ummidius*, ſecuri vel toxico ſublatus digniorem haeredem locupletes. Bentl.

Atqui velis, h. e. imo etiam ſi coneris. Sic enim reponendum duxi pro *Atſi*, cum in novem Torrentii Libris eſſet *An qui*. Prætulit Bentleius *An ſi*. Bax. Torrentius, *An* pro *At*, inquit, habent libri aliquot veteres. Reliquas auctoritates ſupra poſui. Sententia hæc, An putas te fruſtra conſumturum operam (quod proverbiali formula exprimit) ſi cognatos a natura tibi jam conciliatos retinere in amicitia velis? Præterrem quidem ita putares. Ges. *Nullo*

Quos tibi dat, retinere velis ſervareque amicos;
Infelix operam perdas ut ſi quis aſellum
In campo doceat parentem currere frænis?
Denique ſit finis quærendi; quoque habeas plus,
Pauperiem metuas minus, et finire laborem
Incipias, parto quod avebas, ne facias quod
Ummidius

91 campum *Mſs. Mus. Br. A. B.* 92 quamque *vel* cumque *H. G. Z.* cumque *Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Edit. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Nullo labore; hos enim non adeo neceſſe fuerat officiis demereri. BAX.

Salebroſus etiam poſt Bentleium locus: ſic vellem,

An ſic cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis, ſervareque amicos?

Infelix operam perdes, ut ſi quis aſellum
In campo doceat parentem currere frænis: Anne opinaris hoc modo te poſſe cognatos (quos nullo labore tuo natura dat, et idcirco propriis beneficiis ſunt demerendi) fideles retinere? Miſer! fruſtra eris: nam ut inſani eſt aſellum, hebeti indole belluam, diſciplinis docilem reddere dare operam, ita fatui eſt arbitrari cognatos, qui propter ſanguinis affinitatem magna jure poſſunt expectare, nullis muneribus donatos tibi diu futuros amico animo. WAKEF. *(Obſ.)*

89 *Quos tibi dat*; ſupple *amicos:* nam Zeugma eſt a poſteriore. BAX.

90 *Infelix* eſt cui nihil ſuccedit. BAX.

Ut ſi quis aſellum; *Proverbiale Schema eſt docere aſinum currere.* Vet. Schol. Cruqu. Ὄνον εἰς πάδιον. *Campum* autem dicit Martium, vel quodvis ſtadium. BAX.

92 *Cumque habeas plus*, &c. ſic omnes fere habent libri manuſcr. ſententia perbona. hoc enim ſignificat. & cum habeas plus, quam ante habebas, pauperiem met. min. Si quis tamen malet, *quoque habeas plus*, &c. quomodo & Muretus, & nos olim ediderāmus, non improbabo. ſed profecto hæc ſcriptura, eſt tutior: & fortaſſe elegantior. LAM.

Neſcio cur Bentleius repoſuit *cumque* pro *quoque*, nulla de cauſa. BAX.

93 *Pauperiem metuas minus*; cujus contrarium a te factum video. BAX.

94 *Nec facias.* Libri veteres magno conſenſu *Ne facias*, atque ita citatur a Cariſio. TORR.

Nec facias quod Umidius quidam. Primo pro *Nec facias*, quod ex priſcis editionibus male derivatum eſt, ſcribendum NE *facias*; ut omnes ubique codices & aliorum & noſtri exhibent ſummo conſenſu. Neque aliter citat Cariſius p. 202. NE, *quoties pro eo quod eſt apud Graecos* INA MH *accipitur, optativa recipit, ut apud Horatium, Ne facias quod Numidius.*——Illud quod ſequitur ſubtilioris eſt diſquiſitionis,

ne facias, quod
Ummidius quidam (non longa eſt fabula) dives,
Ut metiretur nummos; &c.——

ubi animadverte ſodes, ut aliquantum ſcabrior & pene hiulca ſit oratio: *Ne facias, quod Ummidius quidam, dives & ſordidus: metuebat ſemper, ne victus inopia moreretur.* Certe ad ſententiam plene & diſerte efferendam QUI particula requiritur: *Dives & ſordidus*, qui *metuebat*; aut, Qui *dives & ſordidus metuebat.* Unde nata mihi ſtatim conjectura eſt, quæ minima mutatione ſcabritiem illam leviget, & hiantem dictionem coagmentet:

ne facias, quod
Ummidius; QUI TAM *(non longa eſt fabula)*
dives.
Qui tam dives, ait, *ut pecuniam modio metiretur*;

ita

92. quoque] Taylor in Lyſia 576.

Ummidius quidam (non longa eſt fabula) dives
Ut metiretur nummos; ita ſordidus ut ſe
Non unquam ſervo melius veſtiret; ad uſque
Supremum tempus, ne ſe penuria victus
Opprimeret, metuebat. At hunc liberta ſecuri
Diviſit medium, fortiſſima Tyndaridarum.
¶ Quid mi igitur ſuades? ut vivam Nævius? aut ſic
Ut

95 longe *H.* 27 melius ſervo *Ms. Mus. Br. G.* 100 Tyndariarum *conj. Cun.*

ita ſordidus & parcus, ut honeſtum veſtitum ſibi gravaretur: metuebat tamen, ne &c. Porro *Tam dives*; *ut*, plane ut ſupra verſu 22.

Tam facilem *dicat*, *votis* ut *praebeat aurem.* Bentl.

Quod avebas; i. e. *Quantum avidus fueras quærere.* Vet. Schol. Nam comice *quod* dicitur pro *quantum.* Bax.

Pro *Nec facias* omnes fere manu exarati Codices, cum antiquo Grammatico Soſipatro Chariſio, legerunt *ne facias*, quod longe melius mecum putat Cruquius. Bax.

95 *Umidius.* Quos codices nactus Lamb. ita ediderit neſcio: noſtri fere *Vinidius* habent, aut, quod minimum diſtat, *Vimidius*, & *Vividius*; ſed *Vinidius* Romanum eſt. cetera igitur rejiciamus. Cariſius quidem *Numidius* legit, ſed repugnat prima ſyllaba, quæ brevis eſt, ut in *Numa* & *Numidia.* Torr.

Mira Lectionum varietas, *Uvidius*, *Ubidius*, *Fuſidius*, *Vividius*, *Vinidius*, *Umidius*, *Vimidius*, *Ummidius*, *Umidius*, & apud Chariſium *Numidius*, pro quo legendum cenſeo *Humidius*; nam & Lambinus probavit *Umidius*, quæ optima Codicum Lectio: erat etiam & gens *Umidia*, ut oſtendit Dacerius. Pro *Humidius quidam* Bentleius ſatis ridicule reſcripſit *Ummidius qui tam.* Bax. *Ummidia* gens vel *Umidia* ſatis hodie ſtabilita ex Varro. R. R. 3, 3, 9 & nummis apud Spanh. T. 2 p. 7. Lectio Bentleiana *Ummidius, qui tam* placuit ipſi Cuningamo & Sanadono. Certe ingenioſa eſt & commoda, & modeſta, licet non neceſſaria. Ges.

Dives ut metiretur nummos; Μιδίμνῳ τ' ἀργύριον ἀπομετρεῖν inſtar Proverbii erat, ut Ludovicus Deſprez adnotavit ex Suida. Bax.

98 Eleganti Euphemiſmo diem mortis *ſupremum tempus* nominavit. Bax.

99 Incauti ex improviſo *opprimuntur.* Bax.

Conſtat ex mentione *Tyndaridum* libertam iſtam fuiſſe ei uxorem; quod & Lambino viſum eſt. Bax. Certe pro uxore. Hæc liberta ergo fuit altera quædam Clytaemneſtra, interfectrix mariti. Ges.

100 *Fortiſſima*, tanquam plaudat libertæ ob forte facinus. Bax.

Tyndaridarum modo a Nominativo *Tyndarida*, ut ab Eraſmo præceptore ſuo didicerat olim Glareanus. *Clytæmneſtra Agamemnona maritum ſecuri percuſſit.* Vet. Schol. Bax. Certe ſub patronymico *Tyndaridæ* feminæ etiam poſſunt comprehendi. Ges.

101 Cum *Nævius* ſit omnium Codicum, fruſtra ſunt qui ex conjectura reponunt *Mænius* qui non erat hujus ſæculi. Vet. Schol. corrupte *Mævius:* erant hi duo diverſi in luxuria. Bentleius ſtat pro *Mænius*, levi de cauſa, vel nulla omnino. Bax.

102 *Ut Nomentanus*; *L. Caſſius Nomentanus*

Ut Nomentanus? ¶ Pergis pugnantia ſecum
Frontibus adverſis componere? non ego, avarum
Quũ veto te fieri, vappam jubeo ac nebulonem.
Eſt inter Tanaim quiddam ſocerumque Viſelli.
Eſt modus in rebus; ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.
Illuc, unde abii, redeo; nemo ut avarus

Se

104 aut nebulonem *Mſs. Mus. Br. D. F. G. Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

108 Nemon *Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. G. &*

adeo ſine reſpectu bonorum ſuorum prodigus, ut ſeſtertiũm ſeptuagies gulæ ac libidini impenderet: hujus cocum nomine Damam P. Salluſtius Criſpus Hiſtoriarum Scriptor fertur centenis millibus æris conductum habuiſſe. Vet. Schol. Bax.

Pergis componere, h. e. an compoſiturus es? Nam *pergere* eſt ad opus properare, ſeu recta procedere. Bax.

103 *Frontibus adverſis*; uti arietes pugnant. Bax.

104 *Vappam*. hominem omnia profundentem, nullius bonæ frugi, nequam, ad nullam rem utilem. tralatio ducta a vino corrupto. vappa enim vinum eſt, quod degeneravit a bonitate, & natura vini. Horat. Satyr. 5. v. 16. hujus lib. *Multa prolutus vappa nauta, atque viator.* Lam.

Vappam Nævium dicit, quem Sat. 2, 2, 68 *Simplicem appellat*, hoc eſt, ineptum; quod infano ſumtu ſtolidas ſequeretur delicias. Nos hujuſmodi humunciones *Fops* dicimus: an & hoc a *Vappa* quærant alii. Bax.

Donatus *nebulonem* deducit a νὴ & βολὴ, quod nullum habeat animi ſui conſilium. Nebulones nihil habent penſi quid profundant. *Nebulonem* autem dicit *Nomentanum*. Vernacula noſtra *Rakes* dicuntur, qui ex tempore vivunt. Bax.

105 *Eſt inter Tanaim*; *Sumſiſſe hoc ex Proverbio Græco, ſub Nominibus relatum eſt; illi enim ita dicunt: Quod tamen in Latino ſermone uſurpari ſcimus.* Vet. Schol. Dicit ſe in eo libro quem de Nominibus Horatianis conſcripſerat, plura de hac re dixiſſe. Vide an tali modo concipi potuerit hoc Proverbium, Διήνεκέ τι Τανάϊ; καὶ Βισέλλῃ ἐχυρός. Non enim dubitavi pro *Viſelli* reponere *Biſelli*, cum Græcum ſit Proverbium, & Lambinus in nonnullis Codicibus reperit *Biſelli* (etſi pro comperto habuerim fuiſſe Romanis & Gentem *Viſelliam*, quæ forte cauſa erroris fuit.) *Biſelli* hujus ſocero (quiſquis is tandem fuerit) immanis erat hernia, & e diverſo Tanai Spadoni omnino nihil, nam demetebantur ei omnia, ut a Vet. Schol. monemur. Quis credat vel Mæcenati, vel planco libertum fuiſſe e Græco Proverbio? Apud Veterem Scholiaſten æra commiſcentur lupinis, ut norunt eruditi. Bax. Latinum nomen Latina litera ſcribamus: ſuum morem relinquamus Græcis. Ges.

106 *Eſt modus*; Græcum eſt, Τὸ μέτρον ἄριστον. Sic & Vet. Schol. Bax.

In rebus; h. e. in omnibus rebus. Sic & Perſius; 1, 1. *Quantum eſt in rebus inane!* Bax.

107 *Rectum* in medio eſt; a ſtatera ducta Metaphora. Bax. Vel a linea recta ſ. rigore, a qua quidquid recedit pravum eſt. Ges.

108 Cum antiquiſſimo Cruquii Codice repoſui *nemo ut avarus!* Eſt autem *hæc admira-*

tio

Se probet? at potius laudet diverſa ſequentes?
Quodque aliena capella gerat diſtentius uber,
Tabeſcat? neque ſe majori pauperiorum
Turbæ comparet? hunc atque hunc ſuperare laboret?
Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat:
Ut ~~cum~~ quum carceribus miſſos rapit ungula currus,
Inſtat equis auriga ſuos vincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntem.
Inde fit ut raro, qui ſe vixiſſe beatum
Dicat, et exacto contentus tempore vitæ

Cedat

115 ſuis *Mſs. Mus. Br. C. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 118 vita *etiam G. it. Cun. & Mſ. Mus. Br. A.*

tio pronunciantis. Vet. Schol. Grammaticaſtri fecere *nemon'?* quos Bentleius ſequitur. Bax.

109 Legendum plane cum Cruquii Codice *at* pro *ac*. Bax.

110 *Gerat diſtentius uber*; *Proverbio uſus eſt quo & Ovid. Art. Am.* 1, 350. *Vicinumque pecus grandius uber habet*. Vet. Schol. Bax.

114 *Ut, cum carceribus m.* Docet a ſimili quam miſerum, atque infinitum ſit avari ſtudium. Quemadmodum (inquit) in ludis Olympicis, compluribus quadrigis certamen ineuntibus, & jam dimiſſis e carceribus, is auriga, qui ſecundo, aut tertio loco currit, poſteriores quadrigas, & eas, quas præteriit, ne reſpicit quidem: ſed eas tantum, quæ antecedunt, & a quibus ſuperatur, ſpectat, eiſque inſtat, id eſt, eas proxime inſequitur, primum ut aſſequatur, deinde ut ſuperet: ita homo rei amplificandæ ſtudio ſupra modum deditus, quem avarum appellamus, non ſolet ſe cum minus divitibus comparare, ut cum eos a ſe ſuperatos cogitet, quærendi finem faciat: ſed cum locupletioribus, ut totam vitam in quærendo & congerendo conſumat, nunquam autem rebus quæſitis fruatur. cum hoc Horatiano verſu congruit Virgilianus ille Georgic. 1. in extr. *Ut cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ*. Ordo autem horum verborum, & ſententia, hæc eſt: Quemadmodum (inquit) cum ungula rapit currus carceribus miſſos, id eſt, cum equi ungulis ſolidis & continuis præditi, id eſt, μάνυχες, ſeu μάνυχοι, corripiunt, id eſt, celerrime trahunt currus e carceribus patefactis dimiſſos: auriga inſtat iis equis, qui ſuos præcurrunt, & curſu prævertunt, nihili faciens & contemnens eos equos, qui ſunt a ſe præteriti, & qui inter ultimos currunt. ungulam poſuit, pro ungulis: ungulas pro equis ungulatis. Lam.

Carceres, Græcis Κάρχαρα Septa ſunt: Stabula erant Circi, unde & initium Curulis Decurſionis fuerat. Bax.

Miſſos, Miſſio vox Circi eſt. Bax.

Ungula pro *equis* τρόπῳ συνεκδοχῇ *dicitur*. Vet. Schol. Bax.

116 *Præteritum*, modo Paſſive dicitur. Bax.

118 *Dicat*, h. e. fateatur, Comica loquela. Bax.

Si *exacto tempore* ſatis plenum crederem, aſſentirem Torrentio & Cruquio reponentibus *vita*, autoritate quorundam Codicum.

Cedat, uti conviva ſatur, reperire queamus.
Jam ſatis eſt: ne me Criſpini ſcrinia lippi
Compilaſſe putes, verbum non amplius addam.

SATIRA II.

Bentleius tamen aſſentit, nam edidit *vita Cedat uti conviva ſatur*. BAX.

119 *Uti conviva ſatur*; Lucretii eſt (3, 951) *Cur non, ut plenus vitæ conviva, recedis?* Hoc adnotavit Lambinus. BAX.

120 *Criſpini ſcrinia lippi*. Ipſe quidem Horatius *lippus erat*, ut ipſe de ſe confitetur non ſemel. Serm. I, 5. v. 30.

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere.

& ibidem v. 49.

dormitum ego Virgiliuſque:
Namque pila lippis *inimicum & ludere crudis.*

& Epiſt. I, 1. v. 29.

Reſtat, ut his ego me ipſe regam ſolerque elementis.
Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus;
Non tamen idcirco contemnas lippus *inungi.*

Impudentis ergo hominis & ſtolidi eſſe videatur, imo communi plane ſenſu carentis, Criſpinum ob lippitudinem deridere, cum ipſe eodem oculorum vitio laboraret. Nunquam equidem crediderim adeo ſui oblitum & decori inſcientem fuiſſe noſtrum, ut hoc faceret. Neque vero Scholiaſtae veteres vel verbulo indicant lippiiſſe Criſpinum: & tamen illi ex commentariis veterum non pauca didicerunt, praeſertim circa perſonas, quae hodie aliunde ſcire nunquam potuimus: quale illud de *Tanai* & *Viſellii ſocero*, verſu 105. illum ſcilicet ſpadonem fuiſſe, hunc hernioſum. Imo inde potius ſanis eum fuiſſe oculis recte colligas: quippe Annotator Cruquianus *non oculorum ratione, ſed mentis, quod inſulſus fuerit poëta*, lippum hic vocatum memorat: alius vero Gloſſator, cognomen ei *Lippo* fuiſſe inditum. Quae cum abſurda ſint, & otioſorum hominum commenta; tanto magis tamen oſtendunt ab oculorum morbo immunem eum fuiſſe: quod ad has ineptias deſcendere coacti ſint, quo rationem hujus epitheti pravam ſaltem & falſam eruerent. Quid ergo? mihi nulla quidem dubitatio eſt, quin auctor ſic ſcripſerit.

Jam ſatis eſt: ne me Criſpini ſcrinia LIPPUM
Compilaſſe putes, verbum non amplius addam.

Tam enim hoc urbane & facete de ſe dixerit, quam de Criſpino ſtolide & inhumane. Hoc ſcilicet Maecenatem dicturum ſibi fingit: *Quorſum haec tam putida? mirum, ni hic lippus Criſpini ſcrinia compilaverit.* Ecquid vero jam videtur? annon ſordet prae hac noſtra lectio illa vulgata? Ego quoque, utpote in re clara & certa, verbum non amplius addam. BENTL.

Suaviter commendat ſe Epicureis ſuggillando Stoicos. *Criſpinus iſte* (autore Vetere Scholiaſte) *Poeta fuit qui Sectam Stoicam Verſibus ſcripſit* in tantum garrulis ut *Aretalogi* nomen ei hæreret. BAX.

Lippus perpetuum convicium aſſidue potantium. *Lippi; inſulſi.* Vet. Schol. Cruq. *Hos pueris monitus patres infundere lippos Cum videas.* Perſ. 1, 79. Simulabat iſte Curium, & Bacchanalia tamen vivebat. Mirandum unde Bentleio in mentem venerit *lippum* eſſe reponendum pro *lippi*, quo Horatius ſe ipſum, non Criſpinum tangat. Quid? an magnum putavit Flaccus poſſe a ſe lippo compilari ſcrinia Criſpini? Ni hoc tamen eſſet dictum ab Horatio, & *ſtolidus* eſſet & *inhumanus* ſi tu Bentleium audis. Aſſidui potatores vulgari convicio *lippi* audiebant: atque horum in numero erat Philoſophaſter Criſpinus. BAX.

1 *Ambubaiæ dicuntur mulieres tibicinæ lingua Syrorum.* Vet. Schol. *Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes, Et linguam & mores & cum tibicine chordas Obliquas, nec non gentilia tympana*

SATIRA II.

(Om.)

IN MOECHOS.

Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne
Mœſtum ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli;
Quippe

2 baratrones *H.*

tympana ſecum Advexit. Juvenal. 3, 62. Syris אנבובא *Anbuba*, tibia eſt. Bax.

Collegia proprie mercatorum ſunt & artificum; modo ridicule tibicinarum greges. Bax.

Pharmacopolas medicos dicit circumforaneos. Bax.

2 *Balatrones.* ad *Balatrones* quod attinet, non tam certa ejus vocabuli ratio eſt. Putarim tamen ſcurras præcipue ac paraſitos eo contineri, quippe viliſſimos homines, qui ventris cauſſa quamvis etiam contumeliam non inviti paterentur. A qua vilitate hoc illis nomen: *Blateæ* enim, *& balatrones, bullæ luti ex itineribus dicebantur, aut id quod de calceamentorum ſoleis deraditur*; teſte Feſto. Alii unius literæ mutatione a *baratro* dici malint, nec male, ni fallor; vel quod ventri tamquam baratro omnia donent, vel quod digni ſint qui in baratrum mittantur, ut in locum ſic dictum Athenis olim malefici, aut in latomias Syracuſis. Sed & vetus Scholiaſtes a *balatu* dictos videri exiſtimat; ut *a blatiendo*, inquit, *blaterones.* Quicquid ſit, de vilibus ac nugatoriis hominibus dici conſtat etiam ex Varrone lib. 11. de Re. ruſt. c. v. ubi Q. Lucienus Senator, cum ſero ad conſtitutum venientem ſodalium nonnulli convitiati eſſent, jocoſo & ipſe utens convitio, *At videbo jam vos*, inquit, *balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra.* Quod vero viri quidam doctiſſimi Gallicum eſſe vocabulum volunt a *belitre*, ego Gallorum hanc vocem potius a Romanis ſumpſerim, *a blito*, nempe viliſſimo olere, unde blitei, & bliteri. Quamquam hoc convitium ad feminas magis pertinebat. De quo præter veteres Grammaticos Plin. lib. xx. c. xxii. Torr.

Balatrones perditos dicit nebulones per jocum a *Servilio Balatrone, cujus in ſecundo meminit*, ut ait. Vet Schol. Bax. Mendici, αγύρται, Chaldæi, harioli, Iſis ſacerdotes, qui præſtigiis ludendo plebem ſtipem colligebant. Zeun.

3 *Per invidiam Cantorem pro Muſico obtrectatore dicit.* Vet. Schol. Bax.

Marcus Tigellius Hermogenes, muſicus peritiſſimus & vocis eximiæ Caio Cæſari Dictatori & poſt Cleopatræ acceptiſſimus, Auguſto quoque Cæſari amiciſſimus. Porro autem cauſam infectandi hominis non mediocris ingenii habuit Horatius, quod carmina ejus parum ſcite eſſe modulata dicebat. Vet. Schol. Quid mirum parum conveniſſe veteri Aulico & Cæſariano, cum novo & Pompeiano? Bax. Vid. Sat. 1, 3, 4. 1, 4, 72 & 1, 10, 90. Ges.

4 *Benignus erat*; ſic enim illi dicebant prodigum. Bax.

5 *Amico*;

Quippe benignus erat: contra hic ne prodigus eſſe
Dicatur metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo duramque famem depellere poſſit.
Hunc ſi perconteris, avi cur atque parentis
Præclaram ingrata ſtringat malus ingluvie rem,
Omnia conductis coemens obſonia nummis;
Sordidus atque animi quod parvi nolit haberi,
Reſpondet: Laudatur ab his, culpatur ab illis.
Fufidius vappæ famam timet ac nebulonis,
Dives

6 propellere *coll. Sax. editt. vett. Cun. & Mſ. Mus. Br. C. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*
8 inglubie *H.*

5 *Amico*; ſive cognatus, ſive cliens is fuerat. BAX.

6 *Famem depellere poſſit.* Editiones veteres, Venetae duae & Loſcheriana, PROPELLERE: atque ita major pars codicum. Utrumque probum videtur. *Propellere* quidem *famem aut frigus* non memini legiſſe: at *propulſare*, quod proxime accedit, non ſemel occurrit. Cicero de Finibus IV, 25. *Vacemus, an cruciemur dolore*; frigus, famem propulſare *necne poſſimus.* Tacitus Annal. XIV, 24. *Carne pecudum* propulſare famem *adacti.* Præſtat tamen retinere DEPELLERE, quod poſt Aldum omnes fere Editiones ſecutae ſunt; & ita nos in Graeviano, Magdalenenſi, Batteliano, & Coll. Trinitatis reperimus. Cicero de Oratore III, 38. *Ut veſtis* frigoris depellendi *cauſſa reperta.* Seneca Epiſt. IV. *Ut* famem *ſitimque* depellas. Quintilianus Declam. V. 6. *Quid tam publicum, quam ut alicujus* famem *proximus quiſque* depellat? Tacitus Annal. XV, 12. *Ut ſimul hoſtem* famemque depelleret. Idem Hiſt. V, 4. *Effigies animalis, quo monſtrante errorem* ſitimque depulerunt. Sic denique hunc verſum citat Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. XIV, 273.

Frigus quo duramque famem DEPELLERE *poſſit.*
BENTL.

8 *Ingrata, nulli grata*; ut belle Landinus: h. e. illaudata, vel devota. BAX.

Stringat, h. e. tanquam uno morſu deglutiat; Metaphora a voraci aliqua volucri. Stringitur enim quod uno raptu devoratur. BAX.

Simpliciora mihi videntur verba Vet. Schol. Cruq. *Stringat, conſumat, attenuet, deminuat, radat: ſumta metaphora a ramis, quos ſtringimus, quando illos nudamus foliis.* Alias in metallis *ſtringere* eſt conflando in maſſam redigere, quod ſpectavit forte, poſt Cruquium Baxterus. GES.

Quod ob diritatem abominamur exſecrando, *malum* dicimus: ſic & malum omen pro diro, & malam rem pro patibulo dicere conſuevimus per Euphemiſmum. BAX.

9 *Conducuntur quaſi nummi, pro quibus merces ſolvitur.* Vet. Schol. BAX. Pulchre: nam ut *locat* pecuniam, qui fenori dat, ita qui mutuo ſumit, *conducit.* GES.

12 Hunc *Fuſitium* dixit Catullus atque Dion, ut adnotavit Dacerius. BAX.

Vappa nec vinum, nec acetum eſt. Vet. Sch. Superiori jam Satyra (v. 104) oſtendimus quid ſit inter vappam & nebulonem. BAX.

13 *Dives agris, dives.* Hic verſus reperitur etiam

Dives agris, dives poſitis in fœnere nummis.
Quinas hic capiti mercedes exſecat; atque
Quanto perditior quiſque eſt, tanto acrius urget;
Nomina ſectatur, modo ſumta veſte virili,
Sub patribus duris, tironum. Maxime, quis non,
Jupiter, exclamat, ſimul atque audivit? ¶ At in ſe
Pro quæſtu ſumtum facit. ¶ Hic vix credere poſſis
Quam ſibi non ſit amicus: ita ut pater ille, Terentî
Fabula quem miſerum nato vixiſſe fugato
Inducit, non ſe pejus cruciaverit atque hic.
Si quis nunc quærat, Quo res hæc pertinet? Illuc,
Dum

14 exigit *Mſs. Mus. Br. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 18 exclamet *Mſs. Mus. Br. A. B. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

etiam in epiſt. ad Piſones de arte Poëtica. 421. Lam.

14 *Quinis centeſimis fœnerat.* Vet. Schol. Bax.

Exſecat capiti; h. e. *de ſorte deducit.* Vet. Schol. Qui caſtrant animalia & *exſecare* & *deducere* dicuntur. *Exſecat, graviter lædendo debitores*, ut ait Vet. Schol. Bax.

15 *Quanto perditior quiſque.* quanto quiſque eſt luxurioſior, & ἀσωτότερος, tanto fœnerator ille graviores ei uſuras imponit. unus & alter liber manuſcr. habent *proditior:* quos non ſequor. Lam.

Perditior, ſumptibus inſanior, & per hoc deploratior. Bax.

Acrius urguet; *Gravioribus uſuris onerat.* Vet. Schol. Urgere enim deprimere & obruere eſt. Nunquam parcit fœnerator; nullius miſeretur. Bax.

16 *Nomina ſectatur*; h. e. ut debitores faciat venatur. Debitores enim *nomina* dicebantur, poſtquam in codices relati ſunt. Bax.

Veſte virili; toga pura. Bax.

17 *Sub patribus duris tir.* ordo eſt hic, Sectatur nomina tironum ſub patribus duris, id eſt, adoleſcentium, qui ſunt ſub imperio patrum durorum, non ita pridem ſumta virili toga. Per duros patres autem, præparcos & nimium triſtes, ac ſeveros ſignificat. Sic M. Tul. de Senect. cap. 18. *Quanta in altero duritas, in altero comitas?* enim legendum eſſe, non, ut vulgo, *diritas*, alibi admonuimus. Lam.

Qui depoſita jam prætexta ad forum deducebantur, tirones appellabantur. *Non licebat per Senatus conſulta tironibus fœnerari.* Vet. Schol. Bax.

18 *In ſe.* Sic ſex noſtri codd. & paulo ante *exclamat* pro *exclamet.* Torr.

19 *Pro quæſtu ſumtum facit*; *Largiter potitus cenſu, & bene procurat corpus ſuum.* Vet. Schol. Bax.

20 *Pater ille Terenti:* Menedemus Heautontimoroumenos. Bax.

21 Miſer eſt qui cruciatur animi. Bax.

Fugato, h. e. in exſilium acto. Bax. Qui patris convicia non ferens militatum abierit. Ges.

22 *Atque*

Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.
Malthinus tunicis demiſſis ambulat; eſt qui
Inguen ad obſcenum ſubductis uſque facetus:
Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum:
Nil

25 Malchinus *etiam G.* 27 Gargonius *etiam G. & coll. Sax.*

22 *Atque pro quam.* Vet. Schol. Bax.

23 *Pertinet*, h. e. tendit: & *tendo* & *teneo* a Græco τείνω ſunt. Bax.

24 Ex diſciplina Stoica *Stultos*, h. e. inſanos Philoſophiæ dicit expertes. Bax.

in contraria vergunt. Cun.

25 *Malthinus tunicis.* Ita Editio Veneta prima: ſed altera cum Loſcheriana MALCHINUS. Par quoque in membranis diverſitas. Codex Graevianus, *Malthinus*, Leidenſis, Torrentianus & Barthianus Adverſ. XXXVIII, 6. *Maltinus*; Reginenſis cum pluribus aliis, *Malchinus*, duo *Malchimus*. Qui *Maltinus* ſcribunt, deductum volunt a vetere vocabulo *Malta*, quo *mollis* ſignificatur, ut Lucilius XXVII.

Inſanum vocant, quem maltam *ac feminam dici vident.*

Ergo ſi *Malta* inter cognomina erat (quod non memini me legiſſe) erit a *Malta Maltinus*, ut ab *Agrippa Agrippinus*. Quibus autem *Malthinus* magis arridet, ii a μαλθακὸς *mollis* nomen formatum putant: verum haec ſententia vix ullam veri ſpeciem habet. Mihi quidem tutius hic videtur, in re adeo incerta plurimorum codicum veſtigiis inſiſtere; ut MALCHINUS cognomen ſit a *Malcho* derivatum. Gruterus 317, 7. T. AEL. MALCO. LICTORI. 93, 5. SUB. CURA. M. ULPII. MALCHI. unde & 627, 13. P. METTIO MALCHIONI. 578, 2. T. STATILIUS MALCHIO. A *Malcho* autem *Malchinus*, ut *a Paullo, Paullinus, a Rufo Rufinus, a Balbo Balbinus*, & alia infinita. Bentl.

Hoc rectius quam Bentleii *Malchinus*. Permiſcentur literæ *c* & *t* in veteribus Membranis, cum ſint fere nullo, vel admodum exiguo diſcrimine. A Luciliano verbo *maltha*, quod pro *molli* poſitum eſt, *Malthinum* effinxit; & *Mæcenatem tangit* teſte Vet. Schol. Hunc etiam dicit Paterc. 2, 88. *otio & mollitie ultra fœminam* fuiſſe. *Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit.* Perſius (1, 116). Eſt autem *Maltha* prodente Vetere Theocriti Scholiaſte) κηρὸς ἀμόλγη συνεψημένος, καὶ ἐν τῷ βίῳ λοιδόρημα. Alias πισσόκηρον ita dicitur, h. e. *Pix cum cera mixta*; autore Paulo Diacono. Bax. Nullo modo mihi fit probabile, ſic illudere Mæcenati ſuo, aut Agrippæ adeo, voluiſſe Horatium. *Amicus* ille apud Perſium Flacci eſt unuſquiſque lector. Aulicus ſi quis alius, fuit Horatius. Ges.

Tunicis demiſſis; Cui laticlavi jus non erit, ita cingatur ut tunicæ prioribus oris infra genua paulum, poſterioribus ad medios poplites uſque perveniant; nam infra mulierum eſt, ſupra Centurionum. Quintil. Inſt. Orat. XI, 3.

Ambulat, h. e. foras prodit.

Sunt qui hunc volunt fuiſſe Agrippam Auguſti generum. Bax.

26 *Facetus, non verbis ſed factis.* Torrentius. Bax.

27 *Poſtilli diapaſmata ſunt*, vel *aridi odores* ad exſiccandos ſudores; quod confirmat Vet. Schol. Cruqu. Bax.

Conſtat *Rufillum* iſtum atque *Gorgonium* fuiſſe alicujus notæ, quod Satyra quarta ſignificet hunc verſum ſibi invidiam feciſſe.

Bax.

Bentleius oſtendit frequentius ſcribi *Gargonius* in veteribus Inſcriptionibus; atque ita ille edidit in ſuo Horatio. Sed varietas iſta ſatis frequens eſt in nominibus, operarum inſcitia. Bax.

28 *Proprie*

Nil medium eſt. Sunt qui nolint tetigiſſe, niſi illas
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte:
Contra alius nullam, niſi olente in fornice ſtantem.
Quidam notus homo cum exiret fornice, Macte
Virtute eſto, inquit ſententia dia Catonis:
Nam ſimul ac venas inflavit tetra libido,
Huc juvenes æquum eſt deſcendere; non alienas
Permolere uxores. Nolim laudarier, inquit,

Sic

29 ſubducta *Mſs. Mus. Br. A.* 33 tenta *conj. anon. in edit. Sandb.*

28 *Proprie tetigiſſe, unde & intactæ virgines dicuntur.* Vet. Schol. Bax.

29 *Quarum ſubſuta*; *Matronas ſignificat: hæ enim ſtola utuntur ad imos pedes demiſſa, cujus imam partem ambit inſtita aſſuta.* Vet. Schol. Bax. Diſputamus de h. l. in Theſ. Stephan. Ges.

Inſtita eſt tenuiſſima faſciola quæ prætexta dicitur, τὸ περιπέδιλον. Vet. Schol. *Duas inſtitas ancilla protulit de ſinu, alteraque pedes noſtros alligavit, altera manus.* Petronius Arbiter (c. 20) citante Cruquio. Bax.

30 *Stantem*, h. e. *proſtantem*, per Aphæreſin. Bax.

31 *Macte virtute.* ſic ſæpe loquitur Livius, ut lib. 10. 40. *Tu quidem macte virtute, diligentiaque eſto.* & Cic. Tuſcul. 1. 17. *Macte virtute. ego enim ipſe cum eodem ipſo non invitus erraverim.* idem lib. 12 epiſt. 6, ad Att. *Macte virtute. mihi quidem gratum: & erit gratius, ſi, &c.* Virgil. Æn. 9. 641. *Macte nova virtute puer: ſic itur ad aſtra.* Macte autem valet magis aucte. ex quo *mactare*: quod valet magis augere. Lam.

31 *Notus homo, honeſtus & nobilis. Catone tranſeunte, quidam exiit de fornice, quem cum fugeret, laudavit & revocavit: poſtea cum frequentius eum exeuntem de eodem lupanari vidiſſet, dixiſſe fertur, Adoleſcens, ego te laudavi tanquam huc interdum venires, non tanquam hic habitares.* Vet. Schol. Bax.

Suaviter Luciliano ſtylo Catonis Cenſorii verba protulit. *Laudibus ferunt, mactant honoribus.* Cicero de Repub. 6. referente Lambino. *Macte inquam virtute, ſimulque his verſibus eſto.* Lucilius. Puto *Macte* Oſcum eſſe verbum & indeclinabile, & ſignificare magnum, vel amplum. Gothis *Macht* potentia eſt, quod refertur ad Μέγεθος. Bax.

32 *Sententia dia Catonis*: ſic & Lucilius, *Valeri ſententia dia*, pro ipſo Valerio: eſt enim Periphraſis ipſius Catonis. Bax.

33 *Tetra*, ferox & indomita: Tetrum enim dicitur quodcunque animo vel ſenſibus, vel aſperum eſt vel dirum. Etiam Perſius *venam* poſuit pro virili membro. *Cum numeroſa vago ſingultiet inguine vena.* vi. 72. Bax.

34 *Huc deſcendere*; ad meretrices ſcilicet: nam ad viliora deſcenditur. Male de ipſo loco accipiunt Interpretes. Bax.

Æquum eſt: neque jus, neque cenſores vetant, & excuſationem habet vox *Juvenes*. Bax.

35 *Permolere*; Theocrito μύλλειν eſt: Veteres inſerto in foramen baculo molam trudebant, Τῇ κώπῃ τὰς μύλας ὤθεντο, inquit Theocriti Scholiaſtes *Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere c—is.* Lucilius. Bax.

36 *Cupiennius Libo Cumanus Auguſti familiaritate clarus, corporis ſui diligentiſſimus, ſectator*

Sic me, mirator cunni Cupiennius albi.
Audire eſt operæ pretium, procedere recte
Qui mœchis non vultis, ut omni parte laborent ;
Utque illis multo corrupta dolore voluptas,
Atque hæc rara cadat dura inter ſæpe pericla.

Hic

36 Culpennius *H.* 38 mœchos *Aſcenſ. Bentl. Cun.*

matronarum. Vet. Schol. Bax. Cunnus albus eſt haud dubie Matrona veſte alba induta. Nam etſi Ferrarii ſatis certa eſſet, tamen hoc tempore cum lege Julia luxus muliebris coercitus eſſet, tunica aut ſtola ſine purpura fuiſſe videtur. Zeun.

Album felix & beatum eſt; quod Interpretes latuiſſe miror. *Quia tu gallinæ filius albæ Nos viles pulli, nati infelicibus ovis.* Juv. xiii. 141. Octavius Ferrarius de Re Veſtiaria oſtendit matronarum tunicas, ſive ſtolas, fuiſſe purpureas & ſegmentis ſive vittis aureis diſtinctas, & nunquam albis veſtibus præterquam in luctibus uti conſueviſſe. In Epithalamio tamen Thetidis apud Catul. lxiv. 308. legimus, *Veſtis Candida purpurea talos incinxerat ora*; quem locum citavit vir doctus Lud. Deſprez. Verum & flammeus color candidus eſt, & cœruleus purpureus. Bax. *Album* hic mihi videbatur nihil aliud notare, quam teneritatem & mollitiem ſtolatarum, pulveris ac ſolis impatientium. Ges.

37 *Audire eſt operæ.* imitatus Horat. verſus Ennianos, Annal. i. pag. 31. *Audire eſt operæ pretium, procedere recte Qui rem Romanam, Latiumque augeſcere vultis.* operæ pretium, id dicimus, quod tanti eſt, quanti opera in eo inſumta. Itaque operæ pretium facere, & inanem operam ſumere, plane ſunt contraria: &, cum ita loquimur, operæ pretium eſt audire, operæ pretium eſt ſpectare, hoc ſignificamus, non perditurum eum operam, qui audiat, neque eum, qui ſpectet. Lam.

Urbane abutitur Ennianis verſibus; Audire eſt operæ pretium procedere recte, Qui rem Romanam Latiumque augeſcere vultis: ſed illud urbanius, quod Ennius Vultis dixerit, hic Non vultis intulerit. Vet. Schol. Bax.

Opera modo dicitur pro tempore impenſo. Bax.

Nihil *rectum* judicatur quod non procedit ex voto: nam animus vulgo eſt norma recti, uti ratio ſapientibus. Bax.

38 *Qui mœchis non vultis.* Parodiam hanc eſſe ex verſibus Ennianis monent Scholiaſtae:

Audire eſt operae pretium, procedere recte
Qui mœchis non vultis.

Ennii autem verba ſic citant:

Audire eſt operae pretium, procedere recte
Qui rem Romanam, Latiumque augeſcere vultis.

Unde facile erat divinare, quo propior eſſet & perfectior imitatio, ſic potius ſcripſiſſe Noſtrum,

procedere recte
Qui MOECHOS *non vultis.*

Atque ita poſtea reperi in codice Leidenſi, & in Excerptis Bodleianis, & Collegii Trinitatis Codice pro varia lectione, & in Reginenſi a manu ſecunda. Neque aliter legiſſe Acronem, ex ejus paraphraſi, quantumvis inepta & abſurda, licet animadvertere. *Operae*, ait, *pretium eſt audire* moechos, *qui non vultis procedere recte ad meretricem.* Porro, quod ad ſententiam attinet, eodem recidit, ſive *moechos recte procedere* dixeris, ſive *recte procedere moechis.* Terentius Adelph. Act. & Scen. ult. v, 22.

Syre, proceſſiſti hodie pulchre:

quod perinde eſt, ac *pulchre tibi hodie proceſſit.* Bentl.

Laborare dura pati eſt hoc loco. Bax.

39 *Corruptum* dicitur cui aliquid tetri vel amari guſtus admiſcetur. Bax.

40 De communi uſu *cadat* ponit pro *contingat*, quod magis comicum. Bax.

41 *Ille*

Hic ſe præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæſus; fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam; dedit hic pro corpore nummos;
Hunc perminxerunt calones: quin etiam illud
Accidit, ut quidam teſtes caudamque ſalacem
Demeteret ferrum. Jure omnes: Galba negabat.

Tutior

45 quidam—ferro *etiam H. G. Sax.* cuidam—ferrum *H. Steph. & Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* quoidam—ferrum *Cun.*

41 *Ille flagellis*; *Salluſtius Criſpus in Fauſtæ filiæ Syllæ adulterio deprehenſus, ab Annio Milone flagellis cæſus eſſe dicitur, quod Aſconius Pædianus in Vita ejus ſignificat.* Vet. Schol. Bax.

42 *Ad mortem*; Comica Hyperbole. Bax. *Horribile* tamen *flagellum.* Vid. Sat. 1, 3, 119. Ges.

43 *Dedit hic pro corp. num.* honeſto homines loco nati, & locupletes deprehenſi in adulterio, pretio ſeſe redimebant: humiles & pauperes non item, ut jam cognoſcemus. hujuſmodi pretia autem Homerus ὀδυσσ. θ. μοιχάγρια nominat, eo loco, ubi cantum illum Demodoci perſequitur de Marte, & Venere in adulterio deprehenſis, & a Vulcano tenuiſſima vinculorum textura irretitis. Lam.

Fures *prædones* dicit, qui nocturno tempore per urbem graſſati ſunt, ut ex Juvenale patet. Bax.

Pro obſcœna parte corporis. Vet. Schol. Bax. *Pro corpore* ad redimendam vexationem quamcunque corporis, cujus genera enarrat deinde. Poterat memoraſſe etiam *raphanoſque mugileſque* Catul. xv. 19. & Juven. x. 317. Ges.

44 *Perminxerunt*; ſic & Perſius, *Patriciæ immeiat vulvæ.* Bax.

Calones ſunt miniſtri militum, liberi homines, lixæ vero ſervi eorundem. Vet. Schol. A ſcindendis lignis quæ *calas* Veteres dicebant a Græco Κᾶλον. *Scinde puer calam ut caleas.* Lucilius. Bax.

Illud in frequenti uſu eſt pro *hoc.* Bax.

45 Nil opus eſt *cuidam* reponi pro *quidam* contra fidem tot Codicum, cum ſit *quidam* etiam in Dativo: Sic & Virgil. Ecl. iv. 62. *Qui non riſere parentes*, pro *Cui.* Bax.

Salacem; *Dicitur membrum illud, in quo libido eſt, eſſe ſalſum.* Vet. Schol. Bax.

46 *Demeteret ferrum.* In vetuſtis editionibus ſic locus hic exhibetur,

quin etiam illud
Accidit, ut quidam teſtes caudamque ſalacem
Demeteret ferro.

Quae cum manca & imperfecta oratio ſit (deeſt enim nomen caſus dativi) cumque Lambinus in duobus ſuis *cuidam*, non *quidam*, invenerit; ille partim eos ſecutus, partim conjecturae ſuae fiſus, ſic edi curavit,

Accidit, ut cuidam *teſtes caudamque ſalacem*
Demeteret ferrum.

Quin & Cruquius in uno ſuo *cuidam* pro varia lectione adſcriptum reperit; in altero ultima ſyllaba *τοῦ ferro* in litura erat; ut a prima manu *ferrum* fuiſſe videatur. Henricus autem Stephanus utrumque, & *cuidam* & *ferrum*, ex veteribus codicibus edidiſſe ſe memorat; quem tamen non alios praeter Lambinianos & Cruquianos velle hic ſuſpicor. Mihi vero *demeteret ferrum* (praeterquam quod codices id abnegent) figuratius paullo & elatius videbatur, quam ut Sermonibus hiſce per humum repentibus conveniret: quale illud Virgilii, Aen. X, 394.

Nam tibi, Thymbre, caput Evandrius abſtulit enſis:

& praeterea *ferro demetere* receptam bonis

Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda!
Libertinarum dico, Salluſtius in quas
Non minus inſanit, quam qui mœchatur: at hic ſi,
Qua

48 in qua *Bentl. & Cun. ex MSS. it. Sax.* 49 *Pro* At, ut *ex MS. Bent. it. Bos & G.*

ſcriptoribus phraſin, non temere mutandam eſſe cenſebam. Silius Ital. XVI. 101.

Tantum acies, hominumque ferox diſcordia ferro
Demetit.

Lactantius V, 9. *Qui virilia ſua* ferro metant. Seneca Agam. V. 986.

Aegiſthe, veſſas impium ferro *caput*
Demetere?

Ovid. Metam. V, 104.

Huic Chromis amplexo tremulis altaria palmis
Demetit enſe *caput*

ubi plura vide apud Heinſium in notis. Quamobrem unius literulae vel apicis potius additione ſic locum refingebam, cum ſuperioribus connectens:

Hunc perminxerunt calones; quin etiam illud
Accidit, ut CUIDAM *teſtes caudamque ſalacem*
DEMETERENT *ferro:*

ſcilicet, *calones demeterent:* quibus enim potius ejuſmodi opus mandandum erat? Ita in Milite Plauti Glorioſo Act. v. Scena ult. v. 1. Periplectomenes moechum deprenſum Carioni & Sceledro ſervis verberandum & caſtrandum committit;

Ducite iſtum: ſi non ſequitur, rapite ſublimem
foras:
Vide ut iſtic tibi ſit acutus, Cario, culteg
probe.

Atque haec olim mihi in mentem veniebant; cum poſtea animadverti πολυμαθέστατον Barthium in Adverſar. XXXVIII, 6. in eandem plane conjecturam incidiſſe. Ille itaque hanc palmam ſibi habeat, qui prior occupavit. BENTL.

Bentleio magis arridet inuſitatior ſcriptura *Demeterent ferro*, calones ſcilicet. BAX.

Amare ſervium Galbam Juriſconſultum perſtringit, quaſi contra manifeſtum jus pro adulteris reſpondentem, quia & ipſe adulter eſſet. Vet. Schol. BAX.

48 *Salluſtius in quas Non minus inſanit.* At potius caſus Ablativus hic requiri videtur, ut Epod. XI. 5.

Hic tertius December, ex quo deſtiti
Inachia furere.

& Serm. I, 4. v. 49.

meretrice nepos inſanus amica.

& v. 27.

Hic nuptarum inſanit amoribus, *hic puerorum.*

& Carm. I, 17. 19.

Dices laborantes in uno
Penelopen vitreamque Circen.

Unde acutiſſimus Nic. Heinſius in exemplaris ſui margine. *Forte*, inquit INQUIS *corrigendum* Recte quidem, quod ad dictionem attinet. Nos tamen, ni fallimur, verius propiuſque ad receptam lectionem;

Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda,
Libertinarum dico: Salluſtius in QUA
Non minus inſanit, quam qui moechatur.

hoc eſt, in *qua claſſe libertinarum.* Atque ita poſtea invenimus clare & ſine ulla raſura in Codice Regio. Poteris tamen vulgatam defendere ex Seneca Her. Oet. v. 370.

Referam quid alias? nempe Theſpiades vacant,
Brevique in illas arſit *Atrides face.*

Ubi tamen idem Heinſius (referente Gronovio) *in illis arſit* repoſitum voluit; ut apud Ovidium Metam. VII, 21.

quid in hoſpite *regia virgo*
Ureris?

& VIII, 50.

merito deus arſit in illa. BENTL.

49 Dilogus *inſanit* & de ardore libidinis & de immodicis ſumtibus; & eſt Præteritum, pro *inſanivit.* BAX. Præſenti potius intelligam: per Antonomaſian enim ponitur Salluſtrius. GES.

Qua res, qua ratio ſuaderet, quaque modeſte
Munifico eſſe licet, vellet bonus atque benignus
Eſſe; daret quantum ſatis eſſet, nec ſibi damno
Dedecorique foret: verum hoc ſe amplectitur uno:
Hoc amat, hoc laudat; Matronam nullam ego tango:
Ut quondam Marſæus, amator Originis, ille
Qui patrium mimæ donat fundumque laremque,
Nil fuerit mi, inquit, cum uxoribus unquam alienis,
Verum eſt cum mimis; eſt cum meretricibus, unde
Fama malum gravius, quam res trahit: an tibi abunde
Perſonam ſatis eſt, non illud quicquid ubique
Officit, evitare? bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare, malum eſt ubicunque. Quid inter-
Eſt

56 mimæ cenſum donavit avaræ *coll. Sax.*

Ges. Mœchatur, qui cum uxore aliena eaque ingenua adulterium committit. Zeun.

50 *Qua*, h. e. *in quantum, deeſt tenus.* Vet. Schol. Bax.

Res occaſio eſt, ſive præſens negotium. Bax.

Modeſte, h. e. *moderate.* Bax.

51 Omnes fere Lambini & Cruquii Codices legerunt *munifico eſſe licet* pro *munificum:* Scholiaſtæ ſilent. Bax.

53 *Se amplectitur*; gratulans ſibi plaudit. Bax.

54 *Matronam nullam*; Ethopœia. Bax.

55 Cytheris, Origo, & Arbuſcula hoc tempore inſignes erant mimæ, quarum prima Virgilii erat Lycoris. Bax.

56 *Donat* modo Præteritum eſt pro *donavit.* Bax.

59 *Fama trahit gravius malum*; *Intelligi vult ex nimio mimarum aut meretricum amore vexari quidem cenſum, ſed multo graviora damna famæ accidere.* Vet. Schol. Bax.

60 *Perſona* dignitatis eſt nomen: ſic & Cicero dicit eſſe qui ſentiant Philoſophiam indignam eſſe *Perſona.* Cornelius Celſus plene *Splendidam* dicit *Perſonam:* modo matronam dicit *Perſonam*; præſertim vero honoratiorem. Bax. Cic. de Fin. 1. pr. quo reſpicit vir doctus, *ſuam* aperte *perſonam* intelligit. *Perſona* tam indignitatem & ſordes, quam dignitatem & honorem notat. Ges.

Mira brevitate poſuit *ubique* & mox *ubicunque* temporis Adverbia pro perſonis quibuſcunque. Bax.

61 Diſperdere famam. Cun.

62 *Oblimare, deterere, tractum a lima.* Vet. Schol. Bax.

63 *Peccesve.* legendum puto *peccesne.* & ita loquitur Satyr. 8. Lib. 1. v. 2. *Cum faber incertus ſcamnum, faceretne Priapum.* Lam.

Bentleius autoritate quorumdam Librorum,

Eſt in matrona, ancilla, peccesve togata?
Villius in Fauſta Sullæ gener, hoc miſer uno
Nomine

rum, repoſuit *peccesne* pro *peccesve*; quod tamen nobis tantundem videtur. Librariis ipſis nihil erat penſi ſuper tali materia.

BAX.

Matronæ quæ a maritis ob adulterium repudiabantur togam accipiebant, ſublata ſtola propter ignominiam. Nam proſtare ſolebant cum pullis togis. Vet. Schol. BAX.

64 *Villius in fauſta ſyllae gener.* Scholiaſtae ad locum; *Villius*, inquiunt, pro *Annio* ponitur. ut Carm. II, 12. v. 13. *Licymnia* pro *Terentia*; *eodem numero ſyllabarum commutationem nominum fecit. Quippe Fauſta Syllae filia T. Annio Miloni nupta eſt.* Et quidem Fauſtam Miloni nuptam fuiſſe bona fide narrant Scholiaſtae; neque dubitare debuit optimus Torrentius. Aſconius in Argumento orat: Milon: *Milo*, inquit, *rheda vehebatur cum* uxore Fauſta *filia L. Syllae Dictatoris.* Et iterum: *Poſtulaverunt familiam Milonis, item* Fauſtae uxoris ejus, *exhibendam.* Servius ad Aeneïd. VI, 612. *Salluſtium ſignificat, quem* Milo *deprehenſum ſub ſervi habitu verberavit in adulterio* uxoris ſuae, *quae fuerat* Fauſta *Syllae filia.* Idem indicat & Cicero Epiſt. ad Atticum V, 8. Atqui eo ipſo, quod fides in hac re Scholiaſtis conſtat, in altera eis abneganda eſt, cum *Annium* tecto nomine *Villium* hic vocari volunt. Non enim hic de *maritorum*, ſed *Moechorum* incommodis periculiſque Noſter agit; ut bene animadvertit Lambinus. Ergo *Villius* iſte, quicumque fuerit, erat adulter Fauſtae, non conjux. *Villius in Fauſta Syllae gener*, eleganter dictum; ut Tacitus Annal. III. 24. *D. Silanus* in nepti *Auguſti adulter.* Quamobrem ſi fictum *Villii* nomen exiſtimarem, *Fulvium* potius, notum Fauſtae adulterum, perſtringi hic crederem: de quo Macrobius Saturn. II, 2. *Fauſtus Syllae filius, cum* ſoror ejus *eodem tempore duos moechos haberet*, Fulvium *Fullonis filium & Pompeium Maculam*; *Miror, inquit, ſororem meam habere maculam, cum fullonem habeat.* Sed quorſum opus erat, ut *moechum* falſo nomine celaret Noſter, cum *Fauſtam* ſuo & vero prodiderit? Hoc plane ineptum eſt. Quare aut FULVIUS hic pro VILLIUS reponi poterit; cum demta litera initiali proxime accedat ad ſcripturam receptam: aut fortaſſe ipſum *Villium* habemus, Cicer. Epiſt. Fam. II, 6. *Nondum erat auditum te ad Italiam advenisse, cum Sextum* Villium, Milonis mei familiarem, *cum his ad te literis miſi.* Nota enim moechorum ars, in mariti ſe familiaritatem inſinuare, cum ad uxorem viam affectant. BENTL.

Facile aſſentior Dacerio, Villium fuiſſe nobilem, & Longarenum contra ignobilem quendam. BAX. Villius familiaritate Milonis (de qua Cic. fam. 2, 6) abuſus videtur ad ſtuprum conandum uxoris illius Fauſtæ, Sullæ filiæ: quam cupiditatem in illo hoc ipſum incendit, quod ſic dictatoris *gener* quodammodo fieret. *Gener* etiam de ſtupri conjunctione, ut vulgo in Germania *affines* jocoſe dicunt. Itaque carere licet emendatione propoſita in Miſcell. obſervatt. Burm. Vol. 2 p. 88 ſq. *genere*, ut Fauſta *genus* Sullæ pro filia dicatur. Sed quidni manemus in antiqua interpretatione quæ tum Acroni tum Porphyrio adſcribitur a Fabricio: *Villius pro Annio dixit. Annius autem Milo maritus fuit Fauſtæ, Cornelii Sullæ filiæ, quia a familia* (ſervis) *Longareni rediens a cœna ante ædes ſuas, ne adulterum* (Longarenum) *deprehenderet, pugnis cæſus eſt, & ferro petitus.* Sic *gener* proprie dicetur, & pulchre conſtabunt omnia, niſi quod miror, cur Annium non ſuo nomine compellarit. An Fauſta Milonis poſt exilium hujus nupſit Villio? an prius quam Miloni nuberet fuit in matrimonio Villii?

GES.

Hoc

Nomine deceptus, pœnas dedit uſque ſuperque
Quam ſatis eſt; pugnis cæſus, ferroque petitus;
Excluſus fore, cum Longarenus foret intus.
Huic ſi mutonis verbis mala tanta videntis
Diceret hæc animus; Quid vis tibi? numquid ego a te
Magno prognatum depoſco conſule cunnum,
Velatumque ſtola, mea cum conferbuit ira?
Quid reſponderet? Magno patre nata puella eſt.
At quanto meliora monet, pugnantiaque iſtis,
Dives opis natura ſuæ, ſi tu modo recte

Diſpenſare

68 videnti, *quod Bentl. reduxit, etiam H. G. Sax. & primæ editt. & Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 71 mea tum cum inferb. *coll. Sax.* 74 tu ſi *Mſs. Mus. Br. A. B. C. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Huc ex Villii ſententia dicit ſatis feſtiva Ironia. Bax.

65 *Deceptus*, allectus & inviſcatus. Bax. *Pœnas dedit uſque ſuperque*, &c. Lego *quam ſatis*, & *pugnis*, *Et* enim additum ad dolorem exprimendum aptum eſt. Illud autem *eſt* non ſolum commode poteſt abeſſe, ſed et parum commode adjicitur, cum verbum *dedit* præceſſerit. Quod ſi *et* in *eſt* mutandi cauſam quæris; corrector conjunctionem abundare exiſtimans, in locum *et*, *eſt* ſubſtituit. Cun.

66 *Pugnis cæſus*; *A familia Longareni mœchi.* Vet. Schol. Bax. Sunt qui Milonem maritum intelligant. At vero non apparet cauſa, cur non verum nomen ponere maluerit auctor. Zeun.

68 *Mala tanta videntis. Videnti* habent tum veteres editiones, tum ſcripti codices ad unum omnes; certe quibus ego uſus ſum. Atque ita ſententia poſtulat, *Huic Villio videnti tanta mala, ſcilicet ſe pugnis caeſum, ferro petitum, & domo excluſum, eſſe, ſi animus diceret.* Equidem miror, unde illud *videntis* in tot editiones malum pedem intulerit: cum nihil eo inſulſius abſurdiuſve fingi poſſit. Bentl.

Lucilianum eſt *muto*, & a Græco Μυτὶς, quod ſummitas eſt Naſi. *Læſo jam lacrimas muteni abſterget amica.* Lucilius. Bax. Non miror *videntis* magis placuiſſe viris doctis, licet major ſit auctoritas alterius lectionis. Vividior enim fit & magis poetica oratio, ſi pars quæ hic loquens introducitur, vidiſſe dicatur mala. Quid vero opus erat tam gravi oratione, ſi vidiſſet Villius mala tanta? Sapientior pars eſt libidinoſa ſuo domino. Ges.

69 In *animo* conſilium eſt & ratio. Bax. *Quid vis tibi*; h. e. Quam rem tu agis? An mentis bene ſanæ es? Bax.

71 *Stola* tunica erat muliebris, & propria matronarum. Bax.

Iram dicit libidinis inſaniam. *Ira furor brevis eſt.* Bax.

73 Ridicule philoſophatur in re turpicula. Nam Philoſophiæ eſt ad naturam vivere. Bax.

74 *Dives opis*; nihil, quod ſui muneris eſt, naturæ deeſt. Bax.

Recte diſpenſat qui ſapienter utitur: nos etiam dominæ naturæ diſpenſatores ſumus. Bax.

Diſpenſare velis, ac non fugienda petendis
Immiſcere! Tuo vitio, rerumne, labores,
Nil referre putas? Quare ne pœniteat te:
Deſine matronas ſectarier, unde laboris
Plus haurire mali eſt, quam ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter niveos virideſque lapillos
Sit licet, hoc, Cerinthe, tuo tenerum eſt femur, aut crus
Rectius;

81 (Sit licet hoc Cerinthe tuum) *vulg.* tuæ *conj. Cun.* tuum *Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Edit. Br. in Bib. Reg. Br.*

76 *Vitio noſtro laboramus, ſi dolemus cum deſit phaſianus; rerum natura laboramus, ſi dolemus cum deſit panis.* Vet. Schol. BAX. *Tuo vitio*, tua culpa, ſi amas matronam. rerumne, an neceſſario, ſine culpa tua. ZEUN.

Labores; *miſer fis*; nam & labor miſeria eſt. BAX.

79 *Ex re*, potita ſcilicet. BAX.

80 *Niveos virideſque lapillos*; *uniones & ſmaragdos.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

81 *Sit licet hoc, Cerinthe, tuum.* Locus implicatiſſimus, quemque fruſtra aggreſſi ſunt viri eruditi:

Nec magis huic inter niveos virideſque lapillos
(Sit licet hoc, Cerinthe, tuum) tenerum eſt
femur, aut crus
Rectius: atque etiam melius perſaepe togatae.

Nec huic matronae, ait, *magis tenerum femur eſt, aut crus rectius.* Rectius quo? omnino deeſt aliquid, quocum comparatio fiat. Deinde illud vide, *Sit licet hoc, Cerinthe, tuum.* Quodnam, amabo, illud *tuum?* hic vero in anguſtiis ſe verſari probe ſentiunt Interpretes. Quidam enim ſic explicant, *hoc tuum* Cerinthe, niveos lapillos geſtare: alii, *hoc tuum* matronas lapillos geſtantes deperire. Quae, ut ſine teſte & auctore dicuntur (quis enim de Cerintho talia prodidit) ita ex verbis auctoris nullis tormentis elici, nulloque jure ſubintelligi poſſunt. *Hoc tuum* enim ex vi conſtructionis nuſquam alio referri poteſt, quam ad *femur aut crus.* Id quod ſatis oſtendit Priſciani locus p. 701. *Hoc femur femoris: Horatius: Femur, o Cherinte, tuum:* ſive ut in Codd. MSS. extat, *Femur Cerinthe tuum.* Quae conſtructio cum ineptam aut nullam potius ſententiam efficiat; ideo ad coacta illa, & conſcii quidem abſurditatis, confugerunt interpretes. Nos locum ipſum prius emendabimus; deinde rerum ſingularum rationes reddemus: ſic itaque legimus & diſtinguimus;

Nec magis huic, inter niveos virideſque lapillos
Sit licet, O Cerinthe, TUO *tenerum eſt femur,*
aut crus
Rectius: atque etiam melius perſaepe togatae
EST.

ubi ordo eſt, *Nec huic*, cuicumque ſtolatae ſcilicet & diviti, *ſit licet inter niveos virideſque lapillos, magis tenerum femur aut crus rectius eſt tuo, O Cerinthe: imo vero perſaepe crus femurve melius eſt togatae, quam illi ſtolatae.* Cerinthus, ut recte hic veteres Scholiaſtae, puer erat ex delicatis, omnium iis temporibus formoſiſſimus: qualis Lyciſcus ille Epod. XI. 24. qui *quamlibet mulierem mollitie vincere gloriari* poſſet. De hoc Cerintho & ejus eximia ſpecie multa habet Tibullus lib. IV. Ex ipſo certe cognomine apparet ſervum fuiſſe, etſi poſtea manumiſſum. Eſt enim a Graeco Κήρινθος; & ſcribendum eſt *Cerinthe*; non ut plerique codices & Flacci & Tibulli habent *Cherinte*, vel *Cherinthe.*——Sententia itaque jam nunc ſatis aperta eſt: Nullius matronae margari-

Rectius; atque etiam melius perſæpe togatæ.
Adde huc, quod mercem ſine fucis geſtat; aperte,
Quod venale habet, oſtendit; nec, ſi quid honeſti eſt,
Jactat habetque palam, quærit quo turpia celet.

Regibus

83 Adde hoc, *Mſ. Mus. Br. B.* Merces *Mſ. Mus. Br. G.* 84 Neque *Mſs. Mus. Br. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

margaritis & ſmaragdis onuſtæ femur tenerius aut crus rectius eſt tuo, o formoſiſſime Cerinthe, qui ejuſmodi ornamentis cares. Porro, *O Cerinthe*, non *hoc*, praeferunt duo Cruquii & totidem Berſmanni codices, optimuſque noſter Reginenſis. Facile autem *O* in *hoc* a Librariis mutatum eſt, quia ſequens vocabulum a litera *C* inciperet. Sic Ovid. Triſt. III, 3. v. 27.

liquet, o cariſſima, nobis
Tempus agi ſine me non niſi triſte tibi.

plurimi codd. *hoc cariſſima:* & ita alibi paſſim *Tuo* autem habent, non *tuum* Turnebi & Lambini aliquot cum Colbertino noſtro. Cave vero credas illud *tuum* Priſciani auctoritate firmari; cum citet ex Horatio, *Femur, Cerinthe, tuum.* Non enim, quod ipſe vides, eo ordine & modo, quo apud auctorem extant, verba laudavit; ſed ſuis uſibus variando accommodavit: idque jure ſuo; quippe & nos, qui *tuo* legimus, *Cerinthi femur* intelligimus. Denique poſt *togatae* EST exhibetur in Blandiniis Cruquianis. Ceterum Codex Coll. Trinitatis paullo ornatius verba collocat,

Nec magis huic NIVEOS INTER *virideſque lapillos.*

Imitatus vero eſt elegantiſſimus Boëtius Conſol. Philoſ. III, 10.

Ant Indus calido propinquus orbi
Candidis *miſcens* virides lapillos.

& III, 4.

Quamvis ſe Tyrio ſuperbus oſtro
Comeret, & niveis lapillis.

Seneca Hippol. 391.

nec niveus lapis
Deducat aures, Indici donum maris.

Poſtremo non aliter, quam nos, legiſſe veteres Scholiaſtas conſtabit ex ipſorum enarratione, quae ſic habet: *Nec femur aut crus magis tenerum eſt huic matronae, licet ſit inter niveos & virides lapillos, quam tuum, o Cerinthe: cum tenerius femur atque etiam melius crus perſaepe ſit togatae.* Nihil verius. Certe *quam tuum, o Cerinthe*, liquidiſſima eſt paraphraſis noſtrae lectionis,

Sit licet, O Cerinthe, tuo. Bentl.

Bentleio placuit ita hunc verſum emendare, *Sit licet, O Cerinthe, tuo.* Non videtur mihi vidiſſe *tuum* dici pro *quale tuum.* Æquari voluit hic Cerinthi femur femoribus matronarum, imo & præferri. Nihil opis eſt a Manuſcriptis. Et Bentleii Textus nimis involutus & obſcurus videtur. Bax. Huic nobili matronæ, licet jaceat inter gemmas & margaritas, femur ideo non eſt magis tenerum, neque crus rectius *quam tuum*, Cerinthe. Sic. vett. Scholl. *Quam tuum* idem eſt, quod *tuo:* ut reſtituit feliciter Bentleius. Quod autem *hoc* in *o* mutavit, nihil opus videtur: eſt enim *hoc* idem quod *ideo, ob hoc* &c. Ges.

Pulcherrimus erat iſte puer, Sulpiciæ & matronarum delitiæ, de quo Tibullus IV. 3. 11. & alibi. Significat hunc vel ipſis matronis præferendum. Bax.

83 Mire *geſtat mercem* de meretrice, quod proprie faciunt circumforanei mercatores. Bax.

84 *Honeſti*, i. e. *pulchri*. Vet. Schol. Bax.

86 *Ubi equos mercantur, opertos Inſpiciunt.* Editio princeps Veneta *opertos:* ſed altera cum Loſcheriana *apertos.* Prius tamen in

Regibus hic mos eſt, ubi equos mercantur, opertos
Inſpiciunt; ne ſi facies (ut ſæpe) decora
Molli fulta pede eſt, emtorem inducat hiantem;
Quod

86 opertos *etiam Sax. G. H. & editi ante Landi. Huic, Lipſio, Fabro, Dacerio, placuit* apertos.

recentioribus magis obtinuit; utpote & a Scholiaſtis agnitum, & in pleriſque melioris notae codicibus inventum, ut in noſtris, Leidenſi, Graeviano, Reginenſi aliiſque. In margine Graeviano a manu vetere ſic annotatum eſt: *Divites prudentia callentes, cum equos emunt,* opertos *conſiderant; ne ſpecie & magnitudine illorum decipiantur: ac per hoc potius* ungulam *pedis conſiderant, utrumnam mollis habeatur.* Rectiſſime; & his gemina fere habes apud Acronem & Porphyrionem.——— Seneca Ep. 80. *equum emturus, ſolvi jubes ſtratum; detrahis veſtimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant.* & iterum Ep. 47. *Stultus eſt, qui equum emturus, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum ejus ac froenos:* quae verba & plura ibidem ſuo more ſuffuratus eſt Macrobius Saturn. I, 11. Apuleius de deo Socratis circa finem, Lipſio etiam laudatus; *Quippe non intelligit, aeque divites ſpectari ſolere, ut equos mercamur. Neque enim in emendis equis phaleras conſideramus, & baltei polimina inſpicimus, & ornatiſſimae cervicis divitias contemplamur:———ſed iſtis omnibus exuviis amolitis equum ipſum nudum, & ſolum corpus ejus & animum contemplamur.*——— Denique ut jam ex Seneca & Apuleio vidimus, *ſtultus* omnino & bardus ſit oportet, qui equum emturus, non nudum & *apertum* inſpicit: *omnes,* quicumque equos mercamur, exuviis amolitis, *corpus ipſum* conſideramus. Quorſum itaque ſolis *regibus* tribuendus erat, qui omnium mos eſt? Enimvero *apertos* equos inſpiciunt omnes, *opertos* ſoli reges & principes: Quippe his non niſi pulcherrimi equi venales proponuntur.

Quis pulchrae clunes, breve quis caput, ardua cervix:

& proinde id praecipue eis cavendum eſt, ne facie illa decora capti & deliniti vitioſo pedi ignoſcant: aliis, qui pro re anguſta viliores ignobilioreſque mercari ſolent, non par eſt periculum. Atque haec quidem eo exactius proſecuti ſumus, cum ob ſummam Lipſii auctoritatem, tum quod nuperius duo viri inſignes Faber & Dacerius pro lectione altera *apertos* acerrime contenderunt. Quorum tamen rationes, ſi cum his noſtris componantur, inanes & pravas reperies. *Si* operti, inquiunt, *forent equi, certe* pulchrae *illae* clunes *in equis non apparerent. quod tamen ab Horatio poſitum eſt manifeſtiſſime.* Quomodo ſodes *poſitum?* imo vero contrarium prorſus. Opertos enim inſpiciunt, NE pulchrae clunes appareant, & emtorem hiantem ducant. Quid hoc manifeſtius? *At ſi equorum clunes apparent, qui tandem pedes ipſi* operti *erunt?* Iterum, o boni, eadem chorda, & quidem turpius. Clunes enim non *apparent,* ſed occuluntur: pedes vero *opertos* vel fingere ridiculum eſt. Cetera taedet ventilare & excutere: ex iis enim, quae jam diximus, ſponte ſua labaſcunt & corruunt. BENTL.

Veteres potentes patronos dicebant *Reges*; neque enim alii Reges primis temporibus. BAX.

Vetus Scholiaſtes non diſſentit a Lambini & Torrentii Codicibus, quorum plerique pro apertos legerunt *opertos*. Stat contra Faber *Operiunt eos ne pulchritudine inducti emant equum pedibus mollioribus.* Vet. Schol. quem dixi. BAX.

87 *Faciem* dicit membrorum ſymmetriam. BAX.

88 Bentleius ſcribi vult *ducat* pro *inducat*, neque novi cauſam. BAX.

Admiratione dicit *hiantem*, & quaſi oculis atque animo defixum. BAX.

89 *Ardua*

Quod pulchræ clunes, breve quod caput, ardua cervix.
Hoc illi recte. ne corporis optima Lynceis
Contemplere oculis, Hypſæa cæcior illa
Quæ mala ſunt ſpectes. ¶ O crus! O brachia! ¶ verum
Depygis, naſuta, brevi latere ac pede longo eſt.
Matronæ, præter faciem, nil cernere poſſis,
Cætera, ni Catia eſt, demiſſa veſte tegentis.
Si interdicta petes, vallo circumdata (nam te
Hoc facit inſanum) multæ tibi tum officient res:
Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſitæ.

Ad

90 tu corporis - contemplare - ſpectas *conj. Bentl.* Hoc illi apte: næ tu - contemplans - ſpectas *conj. Cun.* Lyncei *Mſs. Mus. Br. A. C.* 93 Depugis *Bentl. Cun.*

89 *Ardua cervix.* Xenoph. in libello περὶ ἱππικῆς. ἀπόγε μέντοι τοῦ στέρνου ὁ μὲν αὐχὴν αὐτοῦ μὴ, ὥσπερ κάπρου, προπετὴς πεφύκοι, ἀλλ' ὥσπερ ἀλεκτρύωνος, ὀρθὸς πρὸς τὴν κεφαλὴν ἥκοι. id eſt, a pectore autem cervix quidem ejus ne, ut apri, prona, ſeu præceps nata ſit, ſed, ut galli gallinacei, recta ad caput eat. Lam.

90 *Recte*, ordine, & per hoc ſapienter. Bax. *Hoc illi recte faciunt*, eademque te monent, *ne corporis* &c. Si hæc ita connexa cogitaſſent viri docti, de mutatione vix erant cogitaturi. Ges.

Lynceis oculis, Proverbium eſt. *Lynceus tantam vim in acumine oculorum dicitur habuiſſe, ut trans parietem videret, & dum ſtaret in Sicilia videret claſſes de Africa exeuntes.* Vet. Sch. Eraſmus & Cruquius legerunt *Lyncei*; ſed nil opus fuerat. Bentleius poſt Eraſmum legit *Lyncei* in Genitivo: Verum quid intereſt? Quin & pro *Ne contemplere* poſuit *Tu contemplare*, ſed tenui ſub autoritate. Bax.

91 De *Lynceis oculis* falſe novum ipſe finxit Proverbium, dum nobilem mœcham, *Hypſæam Plauteam* vitioſis oculis utentem, per tranſitum percutit. Nam Plautiorum *Hypſæus* erat cognomentum, autore Torrentio. Bax.

93 *Depygis ſine natibus, ſicut Callipygis.* Vet. Schol. Bax.

Naſuta, quæ grandi eſt naſo. Bax.

Deforme eſt in fœminis furcam latere habere majorem. Vet. Schol. Bax.

95 *Ni Catia eſt*; *Hæc adeo vilis fuit, ut in Æde Veneris Theatri Pompeiani adulterium cum Valerio Siculo Colono Tribuno Plebis obducto velo admiſerit.* Vet. Schol. *Hæc neglecto pudore propter pulchritudinem crurum, elata veſte utebatur.* Alter. Schol. Bax.

96 *Interdicta*, h. e. ideo quia interdicta. *Plus incendimur, quo difficilius pervenimus.* Bax.

Vallo circumdata; Metaphora a caſtris. Bax.

98 *lectica*, ſcribit Commentator lecticam eſſe vehiculi genus, nimirum, quo nobiliores matronæ per publicum deferri ſolebant. Cruq.

Sed quis cuſtodiet ipſos Cuſtodes? Juvenal. 6, 346. Bax.

Ad talos ſtola demiſſa, et circumdata palla;
Plurima, quæ invideant pure apparere tibi rem.
Altera, nil obſtat: Cois tibi pæne videre eſt
Ut nudam; ne crure malo, ne ſit pede turpi;
Metiri poſſis oculo latus. An tibi mavis
Inſidias fieri, pretiumque avellier, ante
Quam mercem oſtendi? ¶ Leporem venator ut alta
In nive ſectetur, poſitum ſic tangere nolit:
Cantat,

106 ſectetur *etiam H. & G. & Mſſ. Mus. Br. A.* ſectatur *al.*

Torrentius putat lucubratoriam dici lecticam. BAX.

Ciniſlones & cinerarii eadem ſignificatione apud Veteres habebantur ab officio calamiſtrorum. Vet. Schol. BAX.

99 *Palla pro peripodio poſuit quod dicunt tunicæ pallium.* Vet. Schol. (ita enim legendum pro *tunicopallium*;) erat enim & muliebre pallium. BAX.

100 *Rem* modo poſuit pro merce. BAX.

101 *Altera*; Comice pro *quod ad alteram attinet*; eſtque Ἀνακόλουθον. BAX.

Cois; bombycinæ veſtes a Pamphila Coa repertæ, ut alias monuimus. BAX.

103 Feſtive *metiri oculo*, pro percurrere. BAX.

105 *Leporem venator*; *inducit quaſi canticum amatoris.* Vet. Schol. En tibi Callimachi verſiculos ex Daniele Heinſio & Scaligero: Ὠγρευτὴς, Ἐπίκυδες, ἐν ἄρεσι πάντα λαγωὸν Διφᾷ, καὶ πάσης ἴχνια δορκαλίδος, Στείβῃ καὶ νιφετῷ *κεχαρημένος, ἢν δέ τις εἴπῃ, Τῇ τόδε βέβληται θηρίον, ἐκ ἔλαθεν. Κἠμοὶ ἔρως τοῖός δε· τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν Οἶδε, τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρ-πέταται. BAX.

106 *In nive ſectatur.* At editiones vetuſtae, & membranae fere omnes, antiquiores praeſertim, tam aliorum, quam noſtrae, SECTETUR. Et miror equidem (cum Epigramma Callimachi, unde haec ad verbum ſunt traducta, jam editum & omnibus expoſitum ſit) veram lectionem conſtructionemque adhuc in incerto eſſe. Tu vero ſic ſcribe & diſtingue.

Leporem venator ut alta
In nive SECTETUR, *poſitum ſic tangere nolit,*
Cantat: & apponit, Meus eſt amor huic ſimilis;
nam
Tranſvolat in medio poſita, & fugientia captat.

ubi ordo eſt, *Cantat, ut venator ſectetur leporem.* Ita Virgilius Eclog. VI, 31.

Namque canebat, uti *magnum per inane coacta*
Semina terrarumque animaeque marisque fuiſſent.

& verſ. 64.

Tum canit, *errantem Permeſſi ad flumina Gallum*
Aonas in montes ut duxerit *una ſororum.*

Vel illud *nolit* per ſe ſatis oſtendit legendum eſſe *ſectetur.* BENTL.

Recte Bentleius *ſectetur*, & quidam etiam ſcripti Codices. BAX. Accipiendum *ſectetur* potentiali modo, ſectari poteſt. GES.

* Κεχαρημένος pro Κεχρημένος repoſuit nuper ad Callimachum magnus Bentleius, natus emaculandis Græcorum ſcriptis. BAX. Eſt Epigr. 33.

107 *Apponit*

Cantat, et apponit, Meus eſt amor huic ſimilis; nam
Tranſvolat in medio poſita, et fugientia captat.
¶ Hiſcine verſiculis ſperas tibi poſſe dolores,
Atque æſtus curaſque graves e pectore pelli?
Nonne cupidinibus ſtatuit natura modum? quem,
Quid latura ſibi, quid ſit dolitura negatum,
Quærere plus prodeſt, et inane abſcindere ſoldo? 113. Serm. II. 5. 65.
Num, tibi cum fauces urit ſitis, aurea quæris
Pocula? num eſuriens faſtidis omnia præter
Pavonem rhombumque? tument tibi cum inguina,
num, ſi
Ancilla

110 tolli *etiam coll. Sax. it. Cun. & Mſ. Mus. Br. D.* 111 ſtatuat *MSS. & Schol. it. H. & Mſ. Mus. Br. A.*

107 *Apponit*; *Addit ad Cantum*. Vet. Sch. Hoc ingenioſe & ſolerter Dacerium ſubodoratum fuiſſe ſcribit Ludovicus Deſprez. BAX.

110 Quidam libri habent *tolli*, quod prælatum video Bentleio ſuo more. BAX.

111 *Nonne cupidinibus ſtatuit natura*. Si vulgatam lectionem ab editionibus primis derivatam retines; vix erit, ut ſententiam expedire poſſis, adeo implicata & ſalebroſa eſt: ——At quanto rotundius elegantiuſque eſt, quod in melioribus membranis exhibetur; modo recte interpungas?

Nonne cupidinibus STATUAT *natura modum*
quem,
Quid latura, ſibi quid ſit dolitura negatum,
Quaerere plus prodeſt, & inane abſcindere ſoldo?

& *ſtatuat* quidem praeter Cruquianos omnes Pulmanni ſex, Lambini & Berſmanni aliquot, etiam ex noſtris Graevianus, Galei, Petrenſis, Battelianus clare praeferunt; neque aliter Scholiaſtae veteres, ut ex enarratione eorum conſtat: *Nonne ſatius eſt quaerere, quem cupiditatibus finem natura* ſtatuerit, *quid tolerare poſſit ſi denegetur, quid denegatum ſuſtinere non poſſit?* Recte hoc atque ordine: ſiquidem ea vera conſtructio eſt, *Nonne plus prodeſt quaerere, quem modum natura ſtatuat cupidinibus &c.* Ceterum *quaerere, quem ſtatuat* modo ſubjunctivo; ut Serm. II, 3, v. 20.

olim nam quaerere *amabam,*
Quo *vafer ille pedes* laviſſet *Siſyphus aere.*

& Epiſt. II, 1. 163.

quaerere *coepit,*
Quid *Sophocles & Theſpis & Aeſchylus utile*
ferrent. BENTL.

Rarior ſcriptura *ſtatuat* placet Bentleio. BAX. Nonne ipſa natura præfixit modum & cancellos veluti cupiditatibus? quem modum, hoc eſt, *quid latura—negatum*, diligenti attentione exquirere, & inania, quibus carere poteſt, reſecare, utilius eſt, quam indulgendo eas alere in immenſum. Hoc jam exemplis illuſtrat. GES.

112 *Quid ſit dolitura*; ſic & in prima; *Queis humana ſibi doleat natura negatis.* BAX.

113 *Inane abſcindere ſoldo*; *Allegoricus, inutilia aut vana ab utilibus ac neceſſariis recidere*

ac

Ancilla aut verna eſt præſto puer, impetus in quem
Continuo fiat, malis tentigine rumpi?
Non ego; namque parabilem amo Venerem, facilemque.
¶ Illam, Poſt paulo; Sed pluris: ſi exierit vir;
Gallis hanc, Philodemus ait; ſibi, quæ neque magno
Stet pretio, neque cunctetur, cum eſt juſſa, venire:
Candida rectaque ſit; munda hactenus, ut neque longa

Nec

ne ſeparare. Vet. Schol. Hoc faciunt qui veſcuntur caſeo, vel pomis. Bax.

hic deficiunt Satyræ in *Mſ. A. Mus. Br.*

116 *Pavo criſtatus* Lin.

117 *Verna præſto eſt puer.* Cun.

119 *Parabilem*; Græcis Εὐπόριστον. Bax.

120 *Illam, poſt paulo:* pulcherrima Ethopœia licitantis mœchæ. *Hi verſus ex Philodemo tranſlati ſunt. Poeta fuit hic Epicureus, qui Græce ſcripſit multa Epigrammata.* Vet. Schol. Cruq. Cruquius ipſe Philodemum Gadaræum fuiſſe ſentit, quem Strabo Philodemum Epicurum nominavit, ſi veri ſunt Codices. Bax.

121 *Gallis Hanc, Philodemus ait:* Mirari ſane licet interpretum aut incuriam aut tarditatem, qui toties haec recuderunt, pravam & ineptam diſtinctionem non animadvertentes:

Illam, Poſt paullo, Sed pluris, Si exieret vir;
Gallis hanc, Philodemus ait: ſibi quae neque magno.

Quis enim non videat, in hac conſtructione *illam* & *hanc* eidem orationis membro inepte aſſignari? Tolle itaque tam foedam maculam, & ſic interpunge:

Illam, Poſt paullo, Sed pluris, Si exierit vir,
Gallis: hanc, Philodemus ait, ſibi, quae neque magno
Stet pretio, nec cunctetur, cum eſt juſſa venire.

hoc eſt, *Illam, quae tot moras & conditiones ferat, Gallis: hanc ſibi, quae* &c. *Gallos* autem hic ſpadones & Cybeles ſacerdotes accipio; qui tam lentas ambages facile & patienter ferre queant. Si Philodemi Epigramma ex angulo aliquo erueretur, ut ex Anthologia inedita productum eſt illud Callimachi; tum certius ſcire poſſemus, utrum recte Γάλλως vellet an Γαλάτας. Bentl.

Reiſkius Philodemi Epigramma in lucem protulit, cujus finis

— — τὴν δ᾽ἄρα Γαλλος ἔχοι.

felicem Bentleii conjecturam confirmat. Dr. Warton de genio Popii. Vol. 2, p. 353. Edit.

Diſtinguis poſt *Gallis:* & ita diſtinguit Aurelius Leſſignienſis, & hæc addit, *iſta diſtingue contra omnia quæ ſunt exemplaria.* Vide Ed. Baſil. 1580. pag. 1705. Cun.

Gallis hanc; h. e. ſuperbis, ſtolidis & γυναικομανέσι, qui hujuſmodi affectant delicias. Quin & Martialis Gallos ſtolidos & oſtentatores hoc Diſticho ſignificat: *Tu tantum accipies, ego te legiſſe putabo*; *Et tumidus Galla credulitate fruar.* Sed pene oblitus ſum Veteris Scholiaſtæ; *Relegat tales ad Gallos* (inquit ille) *qui magno adulteria mercantur.* Hodiernis Gallis minus conveniunt hæc Veterum improperia. Bax.

123 *Munda*, h. e. culta. Bax.

Longa; ſunt enim (ut ait Vet. Schol.) quæ *proceritatem ſibi ſtaturæ mentiuntur ſuppoſitis crepidis.* Bax.

125 *Dextrum*

Nec magis alba velit, quam det natura, videri.
Hæc ubi ſuppoſuit dextrum corpus mihi lævo,
Ilia & Ægeria eſt: do nomen quodlibet illi.
Nec vereor ne dum futuo, vir rure recurrat,
Ianua frangatur, latret canis, undique magno
Pulſa domus ſtrepitu reſonet, vepallida lecto
Deſiliat mulier, miſeram ſe conſcia clamet;
Cruribus hæc metuat, doti deprenſa; egomet mî;
Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo,
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.
Deprendi miſerum eſt: Fabio vel judice vincam.

SATIRA III.

125 *Dextro* corpus mihi *lævum Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*
129 vepallida, veh pallida, væ pallida *MSS. & primæ editt. nuſquam* ne. ne *certe in Mſ. Mus. Br. G.*

125 *Dextrum corpus mihi lævo.* Sic & Lambinus & Cruquius ex veteri Codice repoſuere (quos & ſecutus eſt Lubinus) pro eo quod erat, *Dextro corpus mihi lævum*, quod vel prima fronte vitioſum eſt. *Hoc eſt quod Lucilius ait in quinto, Et cruribus crura dilaxat.* Vet. Schol. Bax.

126 *nomen do.* Cun.

129 *Vepallida, una pars eſt Orationis ſicut veſana, & ſignificat valde pallida, ſicut apud Perſium* (1, 97) *Ut ramale vetus vegrandi ſubere coctum.* Vet. Schol. Cruq. Bentleius ſua autoritate acriter contendit pro *vepallida* legendum eſſe *ne pallida*; atque hoc adverſante antiquo Scholiaſte. Bax. Recte legit Vet. Schol. ſed male interpretatus eſt. *Ve* in compoſitione ſemper vitium notat, *vepallida* male pallida eſt. *Ne* curſum orationis intercipit, & eam reddit languidam. Ges.

130 *Conſcia*; *Ancilla conciliatrix.* Vet. Sch. Bax.

131 *Cruribus*; *Metuit ne cruribus truncetur.* Vet. Schol. Cruq. Erat autem *crurifragium* peculiare ſervorum ſupplicium. Bax.

Etiam ante Legem Juliam deprehenſa in adulterio dotis parte multabatur, ut ex Val. Maximo Jacobus Cruquius oſtendit. Nihil opus erat Bentleium repoſuiſſe *doti hæc deprenſa* ſola inductum conjectura. Neque ſane pari gradu herum & ancillam decuit nominari hoc loco. Bax. Et *deprenſa* proprie non dicitur niſi matrona, nempe ea, cujus & crimen & periculum eſt. Ges.

illa prenſa. Cun.

Non admitti debuit in contextum, *Hæc*, ex N. Heinſii conjecturâ, *doti hæc deprenſa*, qui locus ita legendus, et diſtinguendus eſt, ut mihi quidem videtur,

miſeram ſe conſcia clamet;
Cruribus hæc metuat, doti deprenſa, egomet mi,
Ne nummi pereant, aut fama, aut denique pyga.

Vel *pyga*; ejecto iſto monachali verſu,

Diſcinctâ tunicâ fugiendum eſt, ac pede nudo.

Conſcia eſt *ancilla, la confidante.* illa non *deprenſa* erat; ſed ſola *adultera*, et forte *adulter*, quibus proprium eſt verbum *deprendi.*

Bowyer.

132 *Diſcincta tunica* Ἐναργῶς *expreſſa perturbatio adulteri, de ipſo lecto ſubito fugientis.* Vet. Schol. Bax.

133 *Ne*

SATIRA III.

IN OBTRECTATORES ET SUPERCILIUM STOICUM.

OMNIBUS hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare rogati;
Iniuſſi nunquam deſiſtant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Cæſar, qui cogere poſſet,
Si peteret per amicitiam patris atque ſuam, non
Quicquam proficeret: ſi collibuiſſet, ab ovo
Uſque ad mala citaret; Io Bacche! modo ſumma
Voce,

7 Bacchæ *edit. Med.* 1477.

133 *Ne nummi pereant; quibus adulteri redimebant adulterium.* Vet. Schol. BAX.

Aut pyga; raphaniſmo ſcilicet, mugili vel calonibus. BAX.

134 *Miſerum eſt*; Ἐμπαθῶς. BAX.

Fabio vel judice; Satis urbane hominem ſeverum percutit, & Provincialem Stoicum; cujus meminit etiam in prima. Alii Juriſconſultum putant. Forſan utrumque verum eſt. BAX.

1 Supra (ad Sat. 1, 2, 3) oſtendimus Tigellium Horatii Carmina ut parum modulata reprehendiſſe; cujus injuriæ adhuc memor de Obtrectatoribus acturus initium ab iſto ſumit. Significat autem perverſum hujus hominis ingenium non minus Arti ſuæ quam patriæ Sardiniæ deberi. Elevando autem Muſicorum Profeſſionem *Cantoribus* poſuit. BAX.

Inter amicos; ſupplendum extrinſecus *etſi*. BAX.

3 Hunc ipſum Tigellium etiam Cicero in Epiſt. fam. VII. 24. *patria ſua peſtilentiorem* dicit. Et *Licinius* (inquit Vet. Schol.) *de Hermogene agens: Sardi Tigelli putidum caput venit*. BAX.

4 *Ille* ad Emphaſin poſuit nobilitatis. *Quaſi de noto dixit Ille*. Vet. Schol. BAX.

5 *Patris*; Divi Julii, cujus in Comitatu fuerat; illud enim ſignificatur voce *amicitiæ* hoc loco. BAX.

6 *Ovum initium cœnæ erat, quippe quod in guſtu ſtatim a balneis offerebatur; mala vero in ſecundis menſis erant*. Vet. Schol. BAX.

6 & 7 *Ab ovo Uſque ad mala*. proverbium eſt, quod valet, a prima menſa ad ſecundam M. Tull. lib. 9. epiſt. 20. *Integram famem ad ovum affero*. Apponebant enim etiam veteres ova in prima menſa: quod vel ex Athenæo lib. 3. cognoſcere licet. quamquam idem tradit lib. 14 etiam in ſecunda menſa apponi ſolita, his verbis, ἐδίδοτο δὲ καὶ ὠὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ τραπέζῃ. LAM.

7 *Uſque ad mala citaret, Io Bacche. Io Bacche*

Voce, modo hac, reſonet quæ chordis quatuor ima.
Nil

Bacche videtur fuiſſe initium Cantici: ſic enim olim ſolebant & cancita & poëmata a primis vocabulis deſignare. Perſius Sat. I. 96.

Arma virum, *nonne hoc ſpumoſum & cortice pingui?*

Ovid. Triſt. II. 261.

Sumſerit Aeneadum genetrix *ubi prima*; *requiret*,
Aeneadum genetrix unde ſit alma Venus.

ubi illud Aeneïda, hoc Lucretii opus ſignicat. Ariſtophanes Equitibus p. 219.

Ασαι δ' οὐκ ἦν ἐν ξυμποσίῳ, πλὴν, Δωροῖ συκοπέδιλε,
Καὶ, Τεκτόνες εὐπαλαμων ὕμνων· ἕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος.

& Nubibus p. 108.

Ειτ' αὖ προμαθεῖν ἄσμ' ἐδίδασκεν, τῷ μηρῷ μὴ ξυνέχοντας,
Η, Παλλαίδα περσέπολιν δεινὴν, ἢ, Τηλέπορόν τι βόαμα.

ubi recte notat Scholiaſtes illis Cratini, his Lamproclis & Cydidae cantica ex primis eorum verbis indicari. Ita & Heſiodi opus Ηοῖαι inſcribebatur, eo quod multi ibi verſus ab Η οἵη inciperent; quorum aliquot reliquiae etiam hodie ſervantur,

Η οἵη διδύμως ἱερὰς ναίωσα κολωνάς.
Η οἵη Φθίη χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχωσα.
Η οἵη Τρίη πυκινόφρων Μηκιονίκη.

Ergo ad haec exempla *Io Bacche* notat canticum, quod ab his verbis eſt inchoatum; illud jam videndum erit, quid ſibi velit *citaret*:

ſi collibuiſſet, ab ovo
Uſque ad mala citaret, *Io Bacche, modo ſumma*
Voce, modo hac, reſonat quae chordis quattuor ima.

Citaret, aiunt Scholiaſtae, id eſt, *clamitaret* aut *recitaret*. Neque quidquam hic addunt novi interpretes. Atqui id erat ſedulo faciendum; ſi verbo, ut aiunt, aptiſſimo hic uſum eſſe Noſtrum perſuaſuros ſeſe ſperaverint. Quippe cum, ut jam vidimus, *Io Bacche* ſit canticum; apud quemnam quaeſo auctorem *citare cantilenam* reperiemus? *Citare* eſt vocabulum Juris, & ſignificat *vocare quempiam, ut ſe coram in loco aliquo ſiſtat*. Ita *citare ſenatum, reos, teſtes, judices*. *Ciitare* autem *Io Bacche* ne Latinum quidem eſt. Neque enim *citaret*, idem eſt ac *recitaret*: neque vero ipſum *recitaret* ad Horatii propoſitum quidquam faceret. *Cantor* enim fuit Tigellius, & cantilenam hanc modo *ſumma* modo *ima voce* cecinit. Sed aliud opinor eſt *canere*, aliud *recitare*. Quid multa? jam diu eſt, cum ex conjectura vere divinabam, ſic eſſe corrigendum:

ſi collibuiſſet, ab ovo
Uſque ad mala ITERARET, *Io Bacche.*

Quod ideo interpolatum credidi, quia plerumque Librarii *ter* & *cer* & *ler* & ſimilia ſoliti eſſent compendioſe ſcribere, conſonantem tantum potentes cum apice ſuperne adſcripto. Ergo *uſque ad mala itaret* tandem eſt lectum; apice illo prae vetuſtate evanido & oculos fugiente. Quod cum adverſus metri leges peccaret, laudabilem operam ſe navaſſe credidit, qui primus ad verſum fulciendum *citaret* repoſuit. Poſtea, ubi veterrimi codicis Reginenſis copia mihi contigit, *citaret* quidem ibi inveni, ſed ita ut tres priores literae *cit* alia manu ſcriptae ſint; & ex ſpatio conſtet quattuor literas eraſas fuiſſe, quae vix aliae quam *iter* eſſe potuerunt. Atque id quidem multis oſtendi, quorum nemo dubitavit, quin, ut ante viſum eum codicem correxeram, a prima manu *iteraret* fuerit ſcriptum. Quippe hoc vocabulum adeo apte, concinne, & quaſi ad amuſſim ſententiae & verbis convenit; ut ſine ullius codicis auctoritate merito foret recipiendum. *Ut ab ovo*, inquit, *ad mala iteraret, Io Bacche:* hoc eſt, *iterum iterumque cantaret:* neque enim per totam caenam protrahi potuit una cantilena, niſi ſaepe repetita. Noſter Carm. II, 19. 10 & ſqq.

lactis & uberes
Cantare *rivos, atque truncis*
Lapſa cavis iterare *mella.*

Nil æquale homini fuit illi: ſæpe velut qui
Currebat fugiens hoſtem; perſæpe velut qui
Junonis ſacra ferret; habebat ſæpe ducentos,
Sæpe decem ſervos: modo reges atque tetrarchas,
Omnia

Phaedrus lib. V. fab. 7, 31.
Magnoque riſu canticum *repeti jubet:*
Iteratur *illud.*

Apuleius Metam. XI. *Sequebatur lectiſſimae juventutis Chorus*, carmem *venuſtum* iterantes.—Noſter Epiſt. I, 18, 12.
Sic iterat *voces*, & *verba cadentia tollit.*
BENTL.

Citari dicuntur qui clara voce vocantur; hinc praecones citare dicuntur. Vet. Schol. Cruqu. Pro *citaret* Bentleius, ſolita ſua fiducia, nullo ſub autore, poſuit *iteraret*; imo & negavit poſſe dici *citare* ſatis Latine, pro *clamare*, cum tamen *citare* nihil aliud ſit quam *vocem ciere.* BAX. Cic. de Orat. I. 59 etiam *citare* eſt frequenter pronunciare. GES.

Io Bacche; Bacchi Hymnus perpetuus fere conviviorum comes: hunc autem nominat ob inſaniam. Nil opus eſt Turnebi *Bacchae* nimium caventis de Metro. BAX.

Modo ſumma: i. e. *Modo clara voce, modo craſſa, & a Tetrachordo hoc deſumptum videtur, in quo eſt graviſſimi ſoni chorda quae ὑπάτη dicitur.* Vet. Schol. Ὑπάτην Saturni fuiſſe oſtendit Cruquius, uti Νήτην Lunae. BAX. Tigellius modo utebatur ea voce, quae ſumma chorda Tetrachordi, τῇ ὑπάτῃ reſonat, h. e. graviſſima; modo ea, quae ima chorda, τῇ νήτῃ, eademque acutiſſima, reſonat. Trajectio locum aliquantum obſcurat, ut Carm. 2, 13, 1. Non jungendum *ſumma voce*, ſed *ſumma chorda.* GES.

9 Hanc inconſtantiam pulchre deſcribit etiam Ser. 2, 7, 7. GES.

10 Κατὰ Σύλληψιν Figuram ex *currebat* ſupplendum *currit.* Hoc voluit Vet. Sch. BAX.

11 *Habebat ſaepe ducentos Saepe decem ſervos.* Voſſianus codex, cujus variantes lectiones ſerius ad me pervenerunt, pro *Habebat* corrupte habet *Halebat*; unde tamen fortaſſis emendandum eſt,

ALEBAT *ſaepe ducentos,*
Saepe decem ſervos.

Alere ſervos eleganter, ut Graeci ad verbum Βόσκειν οἰκέτας; Ariſtoph. Lyſiſtrata. v. 1205.
Εἰ δέ τῳ μὴ σῖτος ὑμῶν ἐστι, ΒΟΣΚΕΙ δ' ΟΙΚΕΤΑΣ
Καὶ σμικρὰ πολλὰ παιδία.
Quod ſi quis veſtrum pane caret, & ſervos alit
Multoſque parvos liberos. BENTL.

Κανηφόροι *apud Athenienſes hodieque dicuntur, qui ſacra in capite portant, & lento gradu incedunt.* Vet. Schol. Proverbiali forma haec proferuntur, quomodo & Graeci Ἥραιον βαδίζειν. BAX. Conf. ad Ser. 2, 8, 13. GES.

Alebat rariſſima erat Lectio, ideoque praelata a Bentleio, etſi & iſta Membrana tantum illam repraeſentaverat, ut vel ipſe advertit. GES.

12 *Tetrarchae dicuntur qui quartam partem Regni* [*Imperatoris*] *habent.* Vet. Schol. Regnum Imperatoris Judaeam dicit: erat enim haec Praefidialis Provincia, & Imperatoris propria, cum veteres Provinciae Senatus eſſent, adeoque Proconſulares dicerentur. Ludovicus Deſprez Tetrarcham dicit *Quatuor Provinciis Praefectum*, infelicem Andreae Dacerii errorem ſecutus. Quis non ferat homuncionem de Trivio ſubinde allucinantem, cum tanti viri neſcierint quid ſit Tetrarcha? BAX. Vocem *Imperatoris* non habet Vet. Schol. Cruq. Et turbat ea ſententiam, niſi addas *Imperatoris conceſſu*, vel *indulgentia*, vel tale

Omnia magna, loquens: modo, Sit mihi menſa tripes, et
Concha ſalis puri, et toga quæ defendere frigus,
Quamvis craſſa, queat. Decies centena dediſſes
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis: noctes vigilabat ad ipſum
Mane, diem totum ſtertebat; nil fuit unquam
Sic impar ſibi. Nunc aliquis dicat mihi, Quid tu?
Nullane habes vitia? Imo alia, et fortaſſe minora.

Mænius

15 dediſſet *Mſ. Mus. Br. C.* 20 & fort. *MSS. & primæ editt. uſq. ad Ald. qui* haud *poſuit, quod ſecuti alii.*

tale quid. De provinciis Cæſaris & Senatus hic diſputari non debebat, neque hoc modo. Vid. Spanhem. Diſſ. 13. Tetrarchas habuere Gallogræci ante quam imperii Ro. pars eſſent &c. Ges.

13 *Loquens*; *Loquendo imitabatur.* Vet. Sch. Cruq. Bax.

Menſa tripes; *Menſa Delphica* (pauperiorum propria.) Sic & Vet. Schol. Cruq. Bax.

14 *toga quamvis.* quantumvis villoſa. Hæc a Suetonio in Aug, 82, pinguis dicitur, pro toga craſſæ texturæ, aut duplicata. Sic Juvenali, 9, 28. lacerna pinguis, e craſſiore lana filoque contexta. Eſt itaque toga craſſa, toga plebeia & vilis. Cruq.

Concha ſalis puri. concha ſalis, id eſt, ex concha ſalinum. ſupra Od. 2, 16, 13. *Vivitur parvo bene, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum.* Per concham ſalis puri, tenuem victum, parvumque apparatum ſignificat. talis enim eſt pauperum victus & apparatus, panis & ſal pro obſonio, ut Sat. 2, 2, 18. *cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet.* Lam.

Concha ſalis; *Pauperiores in marina concha ſalem tritum habere ſolent, quo cum pane veſcantur.* Vet. Schol. *Cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet*; ut ait alias noſter. Bax.

Puri; perpetuum ſalis Epitheton: *Purum & ſine labe ſalinum:* nam & religioſum dicitur purum. Quin & ſalinum patella erat deorum manium, qua menſa conſecrari conſueverat. Poteſt & ineſſe Dilogia, ut ſit *puri* etiam pro *ſimplicis* & *ſine condimentis*, quod putavit Vet. Schol. Delicatuli enim & condiebant ſibi ſalem. Bax.

15 *Decies centena*, ſupple millia ſeſtertiûm. Docte monet Turnebus Romanos uſitata loquendi formula uſos fuiſſe hac ſumma pro immani. Bax.

16 *Huic parco*; falſe & Ironice hæc protulit. Bax.

17 Enallage Modi pro *Nil eſſet.* Bax.

18 Ἐν οὐδὲν *nil* poſuit pro *nemo*, ac ſi hominem negaret. *Conveniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe.* Bax.

20 *Immo alia & f. m.* libr. quidem omnes vulgati habent *haud fortaſſe min.* ſed aliquot veteres: in his duo Vatic. Jannoct. Faern. Rainutii Card. & Torn. & Nicotian. Cleric. *immo alia, & fortaſſe minora.* quos ſecutus ſum. Lam.

Imo alia, haud fortaſſe minora. Et editiones priſcae & exemplaria ſcripta ad unum omnia longe aliter habent,

Nulla ne habes vitia? imo alia, ET *fortaſſe minora.*

Primus, opinor, Aldus Manutius ſincerum vas incruſtare voluit, & repoſuit *Haud mino-*

quum

Mænius abſentem Novium cum carperet; Heus tu,
Quidam ait, ignoras te? an ut ignotum dare nobis
Verba putas? Egomet mî ignoſco, Mænius inquit.
Stultus

21 & 23 Mævius *G. Z. Med.* 1477. & *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 22 Ignotus *Mſ. Mus. Br. F.*

ra; quem deinceps plerique omnes nimium patienter ſecuti ſunt. Quid enim? an credibile eſt, hoc faſſum eſſe Horatium? ſua vitia non minora eſſe illis, quae in Tigellio tam acerbe notaverat? Cur itaque *Clodius accuſat moechos?* cur ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων? Imo vero ſibi *mediocria* tantum vitia eſſe alibi gloriatur, non Tigellianis ſimilia. Serm. I, 4. 130.

ex hoc ego ſanus ab illis
Perniciem quaecumque ferunt; mediocribus & quis
Ignoſcas vitiis *teneor*.

& 6, 65.

Atqui ſi vitiis mediocribus, *ac meæ* paucis
Mendoſa eſt natura, alioqui recta; velut ſi
Egregio inſperſos reprehendas corpore naevos:
Si neque avaritiam, neque ſordes, aut mala luſtra
Objiciet vere quiſquam mihi; purus & inſons,
Ut me collaudem, ſi & vivo carus amicis.

Credat jam qui poterit, hunc Tigellio ſe aut poſtponere aut comparare. Immo enim modeſte reſpondet, ſe alia quidem vitia habere (neque enim Maenii exemplo ſuis ſe vitiis ignoſcere, dum alios carpat) *& tamen fortaſſe* Tigellianis illis leviora. Summa urbanitas eſt in τῷ *fortaſſe*: quaſi non pugnaturus foret, ſi quis vel aequalia eſſe diceret. Ceterum & Acron Scholiaſtes lectionem noſtram clare agnoſcit; cum ſic locum enarrat: *Confiteor me habere vitia, ſed leviora: nec ſum ſimilis Maenio, qui dicebat ſe ignoſcere peccatis ſuis.* Ita recte *nec ſum* Fabricius & Cruquius & codex manuſcriptus Reg. Soc. exhibent; non ut alii perperam, *ſed ſum.* BENTL.

Lambini & Cruquii MSS. Codices legerunt *& fortaſſe*, cum omnes [poſt Aldum] Impreſſi habeant *haud*. Ego tamen cum Vetere Scholiaſte *at* reponendum duxi, quod ſaepius uſurpatur pro *atque*; quod Librarii non intelligentes fecerunt &. Omnium autem peſſimum eſt *Haud.* BAX. Nulla plane auctoritate nititur *at:* & ſummo conſenſu eſt in libris, & pulchrum ἦθος habet, quaſi non acriter contendentis. GES.

21 *Qui de perſonis Horatianis ſcripſerunt aiunt, Mænium ſcurrilitate notiſſimum Romæ fuiſſe: hic poſt patrimonium obroſum, Calendis Januariis in Capitolio clara voce optavit, ut quadraginta nummorum æris alieni haberet. Quærente quodam quid ſibi vellet, quod tam ſolenni die æs alienum optaret habere, Noli mirari, inquit, Octoginta [habere] debeo. Hic fertur domo ſua, quam ad forum ſpectantem habuerat, divendita, unam columnam ſibi ibi excepiſſe, unde Gladiatores ſpectaret, quæ ex eo Columna Mænia nominabatur; cujus & Lucilius ſic meminit; Mænius Columnam cum peteret.* Vet. Schol. BAX. In hac narratione verbum *habere* redundare videtur. Ad *quadraginta* & *octoginta* minimum *millia* intelligi debent: vel potius notæ numerales legendæ per adverbia *quadragies, octogies.* GES.

Fortaſſe nomen avari cujuſdam apud Lucilium: melius enim conveniſſet inter eos, ſi uterque fuiſſet nebulo. Novii Fratres in ſexta acres erant fœneratores; ſed hic fuit illis antiquior. BAX.

22 *An, ut ignotum dare nobis V.* dare verba, eſt nihil, præter verba, dare: multa quidem & larga promittere, ſed nihil re præſtare: verbis jactare, ad decipere. Terent. Heau. IV. 4, 12. *Dic me hic oppido eſſe invitam, atque ſervari: Verum aliquo pacto verba me his daturam eſſe, & venturam.* LAM.

Dare verba non tam fallere eſt, quam latere. Cruquius. BAX.

24 *Improbus*

Stultus et improbus hic amor eſt, dignuſque notari.
Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius! At tibi contra
Evenit, inquirant vitia ut tua rurſus et illi.
Iracundior eſt paulo? minus aptus acutis
Naribus

25 Cum tu *Mſſ. Mus. Br. C.* prætereas *conj. Meruil.* provideas *Mſ. Mus. Br. F.* male Muret. *ex MS.* 29 aduncis *conj. Bentl.*

24 *Improbus* modo poſitum eſt pro *impudens*, vel *importunus*. BAX.

Notari; *ignominiæ nota, qua Cenſores eos notabant qui quid indecentius aut dicerent aut facerent.* Cruquius. *Et potis es vitio nigrum præfigere Theta.* Perſius. 4, 13. BAX.

25 *Pervidere* eſt quaſi de longinquo videre; quod mire poſuit de lippo. Petrus Victorius voluit Græcum eſſe παραβλέπειν, quod non placet. Bentleii *prævideas* non mihi ſoli diſpliciturum cenſeo, etſi proveniat ex conjectura Rutgerſii, & ab Heinſio ſit commendatum. Vertit etiam *mala* in eodem verſu in Adverbium *male*, arbitrio tantum ſuo. BAX. Nondum oſtenſum eſt *præ* poſitum pro *præter* in tali verbo. Etiam cum *pervidere*, h. e. accurate recenſere *mala* noſtra volumus, *lippi* ſumus ab amore noſtri nimio, *inunctos* habemus oculos collyriis adulationis &c. *Male lippus* placet, ut mox v. 46 *male parvus*, ut *tuſſire male* Sat. 2, 5, 107. Poſſis etiam ita: *Cum tua* vitia *male pervideas*. GES.

Lippus inunctis; *velut ſi lippiens unctus ſit.* Vet. Schol. Vult videri in ſeipſum jocari, qui lippus fuerat. BAX.

27 *Quam aquila*; Proverbiali utitur Elocutione. BAX.

Falco, Chryſaëtos. LINN.

Epidaurius de Hiſtoria Romana additum videtur, de quo vide Val. Maximum Lib. I, Cap. 8. 2. Cruq. BAX.

29 *Minus aptus acutis Naribus horum hominum.* Quid hic ſibi velint *minus aptus naribus acutis*, non adeo liquidum eſt. Scholiaſtae veteres ſic explicant: *paullo iracundior eſt, ut non poſſit deridentium urbanitatem ſuſtinere.* Neque ab hoc recedunt interpretes novi. Et profecto interpretationem hanc ſententia poſtulare videtur; verba tamen ipſa aut invita eam recipiunt, aut plane recuſant. Nam *acutae nares*, non ſannae & deriſionis, ſed morbi & mortis jam inſtantis ſignum. Lucretius in deſcriptione peſtis, VI, 1191.

item ad ſupremum denique tempus
Compreſſae nares, naſi primoris acumen
Tenue, *cavati oculi, cava tempora, frigida pellis.*

Cornelius Celſus II, 6. *Ad ultima vero jam ventum eſſe teſtantur* NARES ACUTAE, *collapſa tempora, oculi concavi.* Quae ex Hippocrate verſa ſunt, Prognoſt. c. 2. ΡΙΣ ΟΞΕΙΑ, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι ξυμπεπτωκότες. Ergo fieri poteſt, ut librariorum hic error ſit, qui *acutis* pro *aduncis* ſcripſerint;

Iracundior eſt paullo: minus aptus ADUNCIS
Naribus horum hominum:

ut ipſe alibi, Serm I, 6, 5.

Ut plerique ſolent, naſo ſuſpendis adunco
Ignotos.

& Perſius, perpetuus noſtri imitator Sat. I, 40.

rides, ait, & nimis UNCIS
NARIBUS *indulges.* BENTL.

Iracundior; *An ſeipſum vult?* Imo Dilogus ſe conjungit Virgilio. *Dicitur pulſare Virgilium.* Vet. Schol. BAX.

Minus aptus; h. e. ineptus, vel inconcinnus ſuavibus ſodalibus; qualis videbatur Virgilius nonnullis; Perſ. 1, 116 *Omne vafer*

Naribus horum hominum. Rideri poſſit, eo quod
Ruſticius tonſo toga defluit, et male laxus
In pede calceus hæret? At eſt bonus, ut melior vir
Non alius quiſquam: at tibi amicus: at ingenium ingens
Inculto latet hoc ſub corpore: denique te ipſum
Concute,

34 ſub pectore *Mſs. Mus. Br. B. G.*

fer vitium ridenti Flaccus amico Tangit. Bax. Sed conf. dicenda ad Epiſt. 1, 1, 95. Ges.

Acutis naribus; Ironice dictum eſt, & habet Emphaſin; ſignificat enim defuiſſe tanto acumini judicium. Bax. Ad illuviem aliquam corporis & fœtorem reſpici puto, quem ferre non poſſunt *acutæ nares*. Huc refert v. 35 incultum corpus. Ges.

30 Moralis eſt iſta Numeri Enallage, cum unum ſignificet, ut vel ſequentia oſtendunt. Bax.

31 *Male laxus in p. c. h.* ſi *male* conjungas cum nomine laxus, ſic erit interpretandum, nimis, aut valde laxus, ut infr. 46. ead. Sat. *male parvus Si cui filius eſt.* & Od. 1, 17, 25. *ne male diſpari Incontinentes injiciat manus.* & Sat. 4. 66. *Sulcius, & Caprius rauci male.* & Sat. 2, 5, 107. *male tuſſiet.*——Sed omnino hoc *male*, cohærere debet, cum verbo *haeret*, ut ſit hic ordo, & ſtructura. *& calceus laxus in pede male hæret.* Lam.

Toga defluit; ruſticiores dum ambulabant, non componebant togam. Bax.

Male, h. e. inconcinne. Bax.

32 *Hæret*; h. e. quaſi reſolutus pendet. Sic & Virgi Ecl. iii. 102; *Vix oſſibus hærent.* Bax.

33 *At tibi amicus*; *Pronunciandum eſt ut ſignificatia ejus exprimatur.* Vet. Schol. *Colligit amicorum vitia ſi ſint leviâ, eſſe ferenda, juxta illud*; *Amici mores noveris, non oderis.* Alter Schol. Bax.

34 *Sub corpore.* aliquot membranæ manuſcriptæ habent, *ſub pectore.* quæ ſcriptura non eſt fortaſſe rejicienda. pectus enim proculdubio proprie, pars eſt corporis, ſed ex ſententia Epicureorum, animi, & ingenii, & conſilii ſedes. Ex quo pro animo a poetis uſurpatur. hanc ſcripturam confirmat illud ex Saty. 6. 28. hujus lib. *& latum demiſit pectore clavum.* Lam.

Denique teipſum. Exemplar optimum, *Deinde teipſum.* Torr.

Sub corpore. Lambini aliquot codices & Pulmanni Torrentiique,

at ingenium ingens
Inculto latet hoc ſub pectore.

atque ita quattuor ex noſtris. Quod miror equidem Lambinum non improbaſſe, & Torrentium amplius etiam vulgato praetuliſſe. Nihil enim abſurdius: & perinde eſſet ac *ingens ingenium ſub inculto hoc ingenio*, ut Epiſt. I. 3, 11.

non tibi parvum
Ingenium, *non* incultum *eſt*, *nec turpiter hirtum.* Pectus enim ipſum ingenium notat: ut Epiſt. I. 4, 6.

Non tu corpus eras ſine pectore.

i. e. ſine mente, ſine ingenio. Ovid. Metam. XIII, 290.

Artis opus tantae rudis & ſine pectore *miles*
Indueret?

Recte ergo cum melioribus membranis & priſcis editionibus *ſub inculto corpore*: ut ad *ruſticiorem tonſuram, togam defluentem, & laxos calceos* referatur. Porro ſaepius haec duo vocabula a Librariis permutantur; ut apud Virgil. Aen. VII, 349.

Ille inter veſtis & levia pectora *labſus*:

Pieriani aliquot codices *corpora* habuerunt. Bentl.

Bene

Concute, numqua tibi vitiorum inſeverit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala; namque
Neglectis urenda filix innaſcitur agris.
Illuc prævertamur; amatorem quod amicæ
Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipſa hæc
Delectant; veluti Balbinum polypus Hagnæ:
Vellem in amicitia ſic erraremus; et iſti
Errori nomen virtus poſuiſſet honeſtum.
At, pater ut gnati, ſic nos debemus amici,
Si quod ſit vitium, non faſtidire: ſtrabonem
Appellat Pætum pater; et Pullum, male parvus

Si

35 inſederit *Bos* p. 57. *Sax.* 37 Arſura *MS. Mus Br. G.* 43 Ac *MSS. quidam edd. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 44 Si quid *MS. Mus. Br. D.* vitii *ex conj. Cun.*

Bene latet; Quia non facile probat aliquis ſapientem eſſe eum, qui male veſtitur. Vet. Schol. Bax.

35 *Concute*, Metaphora a ſacculo nummario, quem etſi vacuum, tamen ſubinde concutimus: ſic & Juvenal 10, 328; *Et ſe Concuſſere ambæ*. Bax.

36 *Mire duo dixit; vitia enim aut naſcuntur, aut mala conſuetudine trahuntur.* Vet. Schol. Bax. Si quid veri habeat lectio *inſederit*; *naturam vitiorum* interpretabimur vitia naturalia, vitioſamve naturam. Ges.

38 *Illuc* modo dicitur pro *Huc*, ut frequenter *Illud* pro *Hoc*. Bax.

Prævertamur; h. e. convertamus ſtylum. Tralatio ab equitibus ſubito divertentibus de via. Bax.

Prævertamur eſt, potius nos convertamus. Ges.

Quod, h. e. *in quantum*; vel quod cernimus uſu venire. Maluit *quod* quam *ut*, quod ponderoſius videretur. Bax. Hunc locum de amatorum conſuetudine in extenuandis amandiſque adeo earum quas amant vitiis poſt Platonem de rep. 5 p. 466 pulchre tractavit Lucret. 4, 1154. Ovid. Art. 2, 657. Plut. de diſcr. adul. & am p. 56. Ges.

40 *Balbinum*; *Luciliana urbanitate uſus, in tranſitu amaritudinem aſperſit.* Vet. Schol. Bax.

Polypus. Fœdum narium vitium. Producitur prima ſyllaba ob Liquidam. Bax.

Cum duobus Torrentii Codicibus pro *Agnæ* legimus *Hagnæ*; nam Græcum eſt Ἀγνη. Bax.

42 *Virtus*; ut de errore fieret virtus. Bax.

43 *At*; imo etiam. Bax.

44 fit *vitii*. Cun.

45 *Pætus dicitur qui tremulis eſt oculis & leniter declinatis.* Vet. Schol. Ipſa Venus pæta eſt. Bax. Et ſunt cognomina nobilium hominum & familiarum *Pætus*, *Varus*, *Scaurus*. Cum vero *Pullus* non ita ſit nobile, quamvis non inauditum; optabam invenire in libro bono *Paullum:* quod adhuc non contigit. Sed *Pullum* etiam appellatio eſſe poteſt, ut Sueto. c. 13 Caligulam vocant *ſidus*, *pullum*, *puppum*. Ges.

Male,

Si cui filiûs eſt, ut abortivus fuit olim
Siſyphus: hunc, Varum, diſtortis cruribus; illum
Balbutit Scaurum, parvis fultum male talis.
Parcius hic vivit? frugi dicatur? ineptus
Et jactantior hic paulo eſt? concinnus amicis
Poſtulat ut videatur: at eſt truculentior, atque
Plus æquo liber? ſimplex fortiſque habeatur.
Caldior eſt? acres inter numeretur: opinor,

Hæc

48 pravis *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G.*

Male, h. e. *dedecoroſe*. Vet. Schol. Ut ſupra *male laxus*. Bax.

46 *Abortivus*; & per hoc pumilio. *Filius Antonii, nepos Mariti Cleopatræ fuit pedalis; alii dicunt fuiſſe intra bipedalem ſtaturam, ingenii ignei.* Vet. Schol. Pedalis erat cum natus eſt, poſtea intra bipedalem ſtaturam manſit. Cruquianus Interpres ſcripſit eum M. Antonio Triumviro fuiſſe pro pumilione. Bax.

47 Blande *Siſyphus*, qui fuerat Heros, & ob ingenium. Bax. Sic nempe appellavit ſuum nanum, Scholiaſta teſte, Antonius. Ges.

Varum & *Scaurum* dicit nomine nobilium familiarum, ut bene Torrentius. Atque iſta nata ſunt ex Siſyphi nomine. *Varus* appellabatur cui crura modice introrſum inflexa ſunt; non prorſus diſtorta: ſic & *Scaurus* cui exſtabant tali, neque tamen erant admodum pravi. Bax.

48 *Suaviter dixit Balbutit Scaurum: ſic enim blandientes infantibus infringere linguam ſuam ſolent, ut eos imitentur.* Vet. Schol. Apage Dacerii *Scaulum* & Rutgerſii *Hillum*. Bax. *Balbutire* eſt ὑποκορίζεσθαι pueros loquendo vel fingendo imitari. Ges.

talis fultum. Cun.

49 *Ineptus, Et jactantior*. Bene quidem de vocabulo *ineptus* ex Cicerone Lamb. ſed meo judicio *ineptum* vocat hic Horatius, qui jocis captandis nimius & immodicus videatur. Unde & *ineptiæ* dictæ pro jocis ludiſque. Atque ita de C. Meliſſo, Mæcenatis liberto, Suet. lib. quem De claris grammaticis ſcripſit: c. 21. *Libellos ineptiarum, qui etiam jocorum ſcribuntur, componere inſtituit abſoluitque centum & quinquaginta* Et ſic paſſim utitur Catullus. Quamquam ita etiam exponere hunc locum poſſumus, ut eo ipſo ineptus ſit, quod jactantior ſe oſtentet. Torr.

Ineptum dicit importunum, garrulum, & Αὐθαδῆ. Bax.

Propria illa notio, qua *ineptus* eſt, qui in re parva magnos conatus adhibet, etiam huc convenit: negotioſus, ardelio, operam ſuam jactat. Ges.

50 *Concinnus*; *ſuavis*. Vet. Schol. Cruq. Hoc eſt, aptus ſodalibus. Bax.

51 *Truculentior*; h. e. loquela agreſtior, & immanior. Bax.

52 *Simplex*. ſimplicem appellant Latini apertum, liberum, nihil diſſimulantem, omnia & loquentem, & facientem, quæ ſentit, & recta judicat.——cui contrarius duplex διπλοῦς ſupr. Od. 1, 6, 7, *Nec curſus duplicis per mare Ulyſſei*. Lam.

Plus æquo liber eſt, qui quod ſentit tacere non poſſit. Vet. Schol. Bax.

Simplex, non bilinguis, ſed qui quod ſentiat dicat. Vet. Schol. Bax.

Fortem generoſum dicit & honeſtum. Bax.

53 *Caldior*

Hæc res et jungit, junctos et ſervat amicos.
At nos virtutes ipſas invertimus, atque
Sincerum cupimus vas incruſtare. Probus quis
Nobiſcum vivit? multum eſt demiſſus homo: illi
Tardo, cognomen pingui damus: hic fugit omnes
Inſidias, nullique malo latus obdit apertum?
(Cum genus hoc inter vitæ verſetur, ubi acris
Invidia,

54 jungat—ſervet *e conj. Cun.* 58 pinguis *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

53 *Caldior*, h. e. commotior ad iram. Bax.

Acres dicit animoſos. Bax.

55 *Invertimus*; *dicentes quæ bona mala.* Vet. Schol. Bax.

56 *Sincerum cupimus*; *virtutem polluere vitio*; Ἀλληγορικῶς *hoc dicitur. Incruſtari autem vas dicitur cum aliquo vitioſo ſucco illinitur atque inquinatur*; *ſecundum quod & Lucilius in decima octava ſatyra* ait, *Nam vel regionibus illis Incruſtatu calix ruta caulive bibetur. Vaſa dicuntur etiam incruſtari quando cooperiuntur, vel argento, vel auro.* Vet. Schol. Quin & fracta vaſa & gypſare & pelliculare Veteres conſuevere. *Sincerum* autem integrum eſt, a *ſine* & *querela* (Græcis ἄμεμπτον) ut *ſimplex* a *ſine* & *plica*. Bax. *Gypſantur* & *pelliculantur* vaſa plena ad aëra & ſordes excludendas &c. *Sincerum* proprie mel *ſine cera*, vel, quod magis huc pertinet, vas non ceratum: nam a ceratura odorem vel ſaporem trahit. Ges.

57 *multum demiſſus h.* demiſſio, inquit Cic. Tuſcul. 3, 7. eſt animi quædam infractio: quare non minimam partem videtur habere ignaviæ. Pro Murena autem demiſſum vocat ſupplicem, unde licet etiam dicere, τὸ demiſſum in non omnino deteſtabili eſſe vitio, ſed tamen non laudabili. vel poteſt demiſſus homo hic eſſe, cui vix tutum eſt ſe ſuaque concredere, qualem delineant verſus illi qui vulgo Catoni, ab aliis Auſonio inſcribuntur,

Demiſſos animo ac tacitos vitare memento.

Cruq.

Vivit, h. e. agit, verſatur. Bax.

Demiſſus, h. e. inaudax & abjectus. Bax.

Vitioſe reſcribitur Bentleio *homo ille* pro *homo: illi.* Demiror acerrimum virum non vidiſſe *quis*, *illi* & *hic* Indefinita eſſe Pronomina. Bax.

58 *Tardo*, h. e. cauto. Vide *quam ſit cautus is*, *quem iſti tardum vocant.* Cicero Lucull. 30. citante Ludovico Deſprez. Bax.

Legimus *pingui* pro *pinguis* cum Veteribus Scholiaſtis & Cruquii Codicibus. Eſt autem *pinguis* idem quod *craſſus*, & Græcorum παχύς. Metaphorice *ſtupidus & inſenſatus.* Bax.

59 *Nullique malo latus obd. ap.* tralatio eſt a re militari, aut a gladiatoribus, qui ſtudioſe cavere ſolent, debent quidem certe, ne latus apertum adverſario oſtendant. Tibullus nudum latus appellat libr. 1. 4, 45 ſq. *Si volet arma, leui tentabis ludere dextra: Sæpe dabis nudum, vincat ut ille, latus.* Lam.

Malo, h. e. inſidioſo: *Malus* enim dicitur ad malefaciendum callidus, Græcis πονηρός. Bax.

Apertum, & per hoc vulnerabile. Bax.

60 Miror neminem vidiſſe *vitæ* modo dici pro *in hac vita*, quomodo apud Juvenalem, 6, 393. *Magna otia cæli*, pro in *cælo*. Sic & Perſius 2, 73. *compoſitum jus faſque animi*, pro *in animo*; quod hic obiter adnotandum duxi, quod & doctiſſimos fugiat. Bax.

Invidia, atque vigent ubi crimina) pro bene ſano
Ac non incauto, fictum aſtutumque vocamus.
Simplicior quis, et eſt, qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi, Mæcenas, ut forte legentem
Aut tacitum impellat quovis ſermone? moleſtus!
Communi

65 appellet *conj. Cun.* modeſtus *Mſs. Mus. Br. B. G.*

Pro *verſetur* Bentleius poſuit *verſemur*; puto ne *verſetur* haberetur pro Paſſivo Verbo. Interim ad nullum Exemplare provocat.

Acris modo pro *infeſta* dicitur & *fera:* acres enim ſunt hoſtium vultus cædibus intenti. Bax.

61 *Crimina* falſæ ſunt accuſationes & mendacia. Bax.

62 *Fictus* dicitur qui omnia fingit, cuique ἀδὲν ὑγιὲς, ſive ex animo eſt. Sic & Juvenalis, 2, 34. *Vitia ultima fictos Contemnunt Scauros.* Bax.

63 *Simplicior*; h. e. incompoſitus, nec ſatis fictus. Bax. *Simplicior quis* eſt, *& eſt* talis, *qualem—ſermone? moleſtus* eſt! *Communi* &c. Sic diſtinxit etiam & intellexit V. Comment. Cruq. Ges.

Pro *ſiquis*, omnes Torrentii & Cruquii Codices legerunt *quis & eſt?* Bax.

Libenter obtulerim; quia tu non facis quod cæteri: neque enim inſuavior tibi videor ob iſtam ſimplicitatem. Miror hoc Interpretes latuiſſe. Cavet enim ne Mæcenatem ſuum alieno loco percutere videatur. Bax.

65 *Aut tacitum appellet.* hunc locum in omnibus codicibus vulgatis corruptum, reſtitui. nam cum antea legeretur *impellat*, ego *appellet* reponendum curavi, ab uno codice manu exarato admonitus, atque adiutus, in quo ſcriptum erat, *appellat.* quid ſit autem tacitum, aut legentem appellare, ſciunt omnes, qui Latine ſciunt. Verum tamen minus exercitatos exempla docebunt. Cic. in Bruto, 5 *Videor enim jam te auſurus appellare, quoniam longo interuallo modo primum animadverti paullo te hilariorem.* idem. Epiſt. 2. libr. 1. *videbatur enim reconciliata nobis voluntas ſenatus eſſe, quod tum dicendo, tum ſingulis appellandis perſpexeram.*

Plus eſt autem tacitum aut legentem appellare, quam appellare ſimpliciter. nam tacitum, aut etiam legentem appellare, interpellare eſt: quæ ſententia huic loco convenit maxime, legentem autem, tacitumve impellere, quid ſibi velit hoc loco, neſcio. hoc tantum dicam, ſi Horatius, aut quis alius principem impelleret: non ſimplex, aut quovis ſermone moleſtus, aut communis ſenſus expers diceretur: ſed vel ut inſanus, & mente captus vinculis conſtringeretur: vel, ut audax, & ſceleſtus, ſupplicio afficeretur. nemo enim impellitur ſine graviore ictu, ut vis verbi declarat. tribus, quattuorve exemplis contenti erimus. Cicero pro Plancio. 7. *Etenim, ſi quando, ut fit, factor in turba, non illum accuſo, qui eſt in ſumma ſacra via, cum ego ad fabii fornicem impellor: ſed eum, qui in me ipſum incurrit, atque incidit.* Idem pro Cluent. 26. *Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus.* Lucret. 2, 272. *Nec ſimile eſt, ut cum impulſi procedimus ictu Viribus alterius magnis, magnoque coactu.* T. Livius lib. 33. annalium. *& primo adeo acriter invaſerint, ut anteſignanos impulerint.* Horat. Od. IV, 6, 10. *aut impulſa cupreſſus Euro.* Lam.

Appellet. Libri vetuſti ad unum omnes. quos vidi plurimos, communem lectionem ſeruant, & *impellat* legunt. Et *impellere* quidem pro quocumque modo turbare ac concitare

Communi ſenſu plane caret, inquimus. Eheu
Quam temere in noſmet legem ſancimus iniquam!
Nam vitiis nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt,
Qui

tare accipere poſſumus, non poſſum tamen Lambini conjecturam non laudare. Torr.

Ut forte legentem Aut tacitum impellat. Haec quidem omnium membranarum lectio eſt; atque ita editi vetuſti. Nullo tamen modo conſiſtere hanc poſſe, judicavit Lambinus. Quippe *impellere*, cum ad corpus refertur, eſt ictu quodam urgere, trudere, percellere: cum ad animum, ſuadere, movere, incitare: quorum utrumvis a loci hujus ſenſu alienum credidit. Quare idem repoſuit APPELLET, ingenioſe quidem & docte: in quo ab uno codice ſcripto ſe adjutum narrat, utpote qui habuerit *appellat*. De codice autem (non enim nominat) fides penes auctorem eſto: ceterum valde favet huic correctioni Acron Scholiaſtes, cujus verba ſunt: *Si quis libere & ſine obſervatione temporis* appellaverit *amicum ſuum——ſiquis eſt ſimplex, ut legentem, aut cogitantem moleſtus* interpellet; *ſtatim eum carere communi ſenſu dicimus.* Recte ergo & appoſite ad ſententiam Lambinus. Vide tamen, ſiquid & nos afferamus, quod aut melius aut certe non deterius eſſe videatur. Lego itaque,

ut forte legentem
Aut tacitum IMPEDIAT, *quovis ſermone moleſtus.*

Enimvero hoc commodi habet noſtra conjectura, quod a recepta lectione minimum abſcedit: neque vero precario admitti poſtulat, ſed ſuo jure & magnis auctoribus ſe tuetur. Chariſius lib. V. p. 261. ubi *idiomata accuſativi caſus* recenſet, IMPEDIO LEGENTEM, exempli loco profert. Id autem ex hoc Flacci loco deſumtum eſſe videatur,

ut forte LEGENTEM
Aut tacitum IMPEDIAT, *quovis ſermone moleſtus:*

ut quod ibidem adducit, COMMEIO LECTUM, ex hac ipſa Ecloga petitum eſt v. 90.

COMMINXIT LECTUM *potus, menſave catinum* &c.

Adde huic Diomedem p. 297. qui ſimiliter *incuſativi idiomata* memorans, IMPEDIO LECTOREM, habet. *Impedit* vero *legentem* aut *meditantem*, qui quovis ſermone moleſtus interpellat & obturbat. Porro quam proclive fuerit Librariis *Impellat* pro *Impediat* ſubſtituere; vel inde diſcas, quod alias vice verſa *Impedit* ſuppoſuere pro *Impellit*, apud Senecam De conſtantia Sapientis, c. 9. *Adjice nunc, quod injuriam nemo immota mente accipit, ſed ad ſenſum ejus perturbatur: caret autem perturbatione vir erectus, moderator ſui, altae quietis & placidae. Nam ſi illum tangit injuria; & movet, & impedit.* Ubi liquido legendum eſt, *Et movet, &* IMPELLIT. Bentl.

65 *Aut tacitum*, meditabundum; quomodo & Virg. Ecl. 9, 37. *Tacitus mecum ipſe voluto.* Bax.

Impellat ad Emphaſin dixit; ſignificat enim defixum eum fuiſſe ante & immotum. Pro *impellat*, quod omnium Librorum eſt, Bentleius poſuit *impediat*. Bax. Sic *ſenſus impellere* Lucret. 1, 304. Ges.

Quovis ſermone, nullius forſan momenti. Bax.

Proprie moleſtum dicimus qui alieno tempore occupatum interpellat. Bax.

66 Sic & Phædrus 1, 7, 4. *Senſum* communem *abſtulit:* Et Juvenalis; 8, 73 *Rarus enim ferme communis ſenſus in illa Fortuna.* Bax.

67 *Iniquam* dicit legem quæ pœnam irrogat culpa majorem; & per hoc duram. Bax.

68 *Vitiis nemo ſine*; Hyperbaton. Bax.

Qui minimis urgetur. Amicus dulcis, ut æquum eſt,
Cum mea compenſet vitiis bona, pluribus hiſce
(Si modo plura mihi bona ſunt) inclinet: amari
Si volet hac lege, in trutina ponetur eadem.
Qui ne tuberibus propriis offendat amicum
Poſtulat, ignoſcet verrucis illius: æquum eſt,
Peccatis veniam poſcentem reddere rurſus.
Denique, quatenus excidi penitus vitium iræ,
Cætera item nequeunt ſtultis hærentia: cur non
Ponderibus moduliſque ſuis ratio utitur? ac res
Ut quæque eſt, ita ſuppliciis delicta coërcet?

Si

74 ignoſcet *cum Bentl. etiam G. Med.* 1477. *&c.* ignoſcat *al.* 79 Utcunque eſt *Mſ. Mus. Br. B.*

69 *Urguetur*, *gravatur*. Vet. Schol. BAX.

Dulcis; ſuavis & bonus. BAX.

70 *Cum mea compenſet*; alterum Hyperbaton, & *compenſet* modo poſuit pro una penſet. BAX. Mea bona comparet cum meis vitiis, ZEUN.

71 Mire *inclinet* pro propenſior fit, Metaphora de præſenti materia ſumta: nam inclinatur lanx quæ propendet. BAX.

72 *Trutinæ* ineſt examen; ſiquidem bilanceis foramen eſt, Græcis τρυτάνη. *Examenve improbum in iſta Caſtiges trutina.* Perſius (1, 6, ſq.) BAX.

73 *Tuber gibbus eſt.* Vet. Schol. BAX.

74 *Ignoſcat verrucis illius.* Ita editiones credo omnes poſt Aldum exhibuerunt. At vetuſtiores Venetae duæ cum Loſcheriana, IGNOSCET; quod Pulmannus in ſuis omnibus, Berſmannus in duobus repperit. Ceteri tacent. At quam bona fide, ex meis quoque diſcere potes; quorum melior majorque pars *ignoſcet* clare praeferunt. Atque id altero lenius & urbanius. Civile enim magis eſt, Futuris quam Imperativis praecipere, idque Horatio ſollemne: ut Epiſt. I, 18. v. 37.

Arcanum neque tu ſcrutaberis *ullius umquam*:
Commiſſumque teges, *& vino tortus & ira*:
Nec tua laudabis *ſtudia*, *aut aliena* reprendes.

Sic alibi paſſim. Ut Arte Poët. 385.

Tu nihil invita dices faciesve *Minerva.* BENTL.

74 *Poſtulat*, exſpectat. BAX.

76 *Excidi* dicuntur quorum radices exſecantur: ſic & Virg. Ecl. 9, 14. *Novas incidere lites* hac voce utuntur Medici. Bene autem *excidi* cum ante *tubera* & *verrucas* nominaſſet. *Paulatim eo deſcendit*; *ut adverſus Stoices diſputet*, *qui dicunt peccata omnia paria eſſe.* Vet. Schol. BAX.

77 Ex Stoicorum ſententia *ſtulti*, & inſani omnes ſunt præter ipſos Stoicos; & bene *hærentia*, cum nequeant avelli. BAX

78 Bene *Rationem* modo Philoſophiam dixit: hæc enim omnia ad Rationem, ut ad pondera & menſuras exigit: *Suis* autem adjecit, quaſi diceret, ſibi propriis, & de quibus tantopere jactare conſuevit. BAX.

Delicta ſunt quibus rarenter peccamus; interjectis

80 Si quis eum ſervum, patinam qui tollere juſſus,
Semeſos piſces tepidumque ligurrierit jus,
In cruce ſuffigat, Labeone inſanior inter
Sanos

82 Labieno *conj. Bentl.*

interjectis ſcilicet quibuſdam intervallis atque ſpatiis. Bax.

80 Teſtaces patina elixabantur piſces. Bax.

81 *Ligurrierit*; *deguſtaverit*. Vet. Schol. Nam *Ligurrire* eſt ſuavia deguſtare, a *Lingendo* & *Lingua*, ut ego ſentio. Bax.

82 *Labeone inſanior inter Sanos dicatur*. Porphyrio ad locum: *M. Antiſtius Labeo, praetorius, juris etiam peritus, memor libertatis, in qua natus erat, multa contumaciter adverſus Caeſarem dixiſſe & feciſſe dicitur: propter quod nunc Horatius adulans Auguſto inſanum eum dixit.* Quibus gemina habet Acron; & eandem cantilenam iterant interpretes novi. Ego vero, ſi uſquam alias, judicium hic in iis deſidero. Videamus enim verba ipſa:

Siquis eum ſervum, patinam qui tollere juſſus
Semeſos piſces tepidumque ligurrierit jus,
In cruce ſuffigat, Labeone inſanior inter
Sanos dicatur.

hoc eſt, ab omnibus *ſanis* Labeone *inſanior* habeatur. Perperam enim Dacierius accipit, ſic verba conſtruens; *Cum inſanior ſit Labeone, illene inter ſanos dicatur, ſive numeretur?* Quo quidem nihil infelicius dici potuit. Ergo hoc pro comperto habendum eſt, *Labeonem* illum, quicumque fuerit, jam tum priuſquam haec ſcriberet Horatius, a ſanis hominibus pro inſano fuiſſe habitum. Videant igitur, qui Antiſtium Labeonem inter veteres Juriſconſultos facile principem a Flacco hic traduci exiſtimant. Quid enim? illene ut virum Senatorem, dignitate, opibus, ſapientiae gloria, & gratia apud cives florentiſſimum, multis denique rebus ſeſe meliorem, tam vecordi contumelia laceraret? Eſto enim, ut in gratiam Auguſti laedere eum geſtiret: quo tamen ore, non ſibi ſolum, ſed *omnibus ſanis* inſanum eum videri, dicere potuit? Hoc certe convitio, ſibi ipſe cognomen inſani & furioſi merito inveniſſet. Audiamus enim Tacitum Annal. III, 75. *Conſulatum Capitoni Ateio acceleraverat Auguſtus, ut* Labeonem Antiſtium *iiſdem artibus* (eloquentiae & juriſprudentiae) *praecellentem dignatione ejus magiſtratus anteiret. Namque illa aetas duo pacis decora ſimul tulit. Sed* Labeo *incorrupta libertate, & ob id fama celebratior: Capitonis obſequium dominantibus magis probabatur,* Illi, *quod praeturam intra ſtetit, commendatio ex injuria: huic, quod conſulatum adeptus eſt, odium ex invidia oriebatur.* Idem eſt, qui toties quaſi juris quoddam oraculum, in Digeſtis laudatur. Pomponius I, 2, 47. *Poſt hunc maximae auctoritatis fuerunt Ateius Capito, &* Antiſtius Labeo, *qui omnes hos audivit: inſtitutus eſt autem a Trebatio. Ex his Ateius Conſul fuit:* Labeo *noluit, cum offerretur ei ab Auguſto conſulatus, quo affectus fieret, honorem ſuſcipere. Sed plurimum ſtudiis operam dedit——itaque reliquit quadringenta volumina; ex quibus plurima inter manus verſantur* ——Labeo *ingenii qualitate, & fiducia doctrinae, qui & ceteris operis ſapientiae operam dederat, plurima innovare inſtituit.* Juſtinianus Inſtit. II, 25. de Codicillorum uſu & origine differens, *Poſt quae tempora*, inquit, *cum &* Labeo *codicillos feciſſet; jam nemini dubium erat, quin codicilli jure optimo admitterentur.* Quid jam videtur? An qui *pacis togaeque decus* & ſuo aevo & apud poſteros eſt habitus, idem tum mente captus vulgo habebatur? Sed gratificatur, aiunt, Flaccus Auguſto, cui Labeo propter nimiam libertatem offenſus erat. Quî malum *gratificatur?* An credibile eſt, tam foeda & abſurda adulatione aut Auguſtum capi potuiſſe, aut Flaccum captare auſum eſſe? ——conjecturae locus hic concedatur, equidem

Sanos dicatur. Quanto hoc furioſius atque
Majus peccatum eſt? Paulum deliquit amicus;
(Quod niſi concedas, habeare inſuavis, acerbus,)
Odiſti

85 inſanus *Mſ. Mus. Br. G.*

equidem leviſſima mutatione pro *Labeone Labienum* repoſuerim: ut vera forte lectio fuerit,

In cruce ſuffigat; LABIENO *inſanior inter*
Sanos dicatur.

Quis autem & qualis Labienus iſte fuerit, quoque jure inſani nomen hic ferre poſſit, ex Seneca cognoſces, Praefat. ad lib. V. Controverſiarum: *De* LABIENO *interrogatis? ——magnus orator, qui per multa impedimenta eluctatus, ad famam ingenii confitentibus magis hominibus pervenerat, quam volentibus. Summa egeſtas erat, ſumma infamia, ſummum odium.— Libertas tanta, ut libertatis nomen excederet; &, quia paſſim homines ordineſque laniaret,* RABIENUS *vocaretur. Animus per vitia ingens, & ad ſimilitudinem ingenii ſui violentus; & qui Pompeianos ſpiritus nondum in tanta pace poſuiſſet. In hunc primum excogitata eſt nova poena. Effectum eſt enim per inimicos, ut omnes ejus libri incenderentur. Res nova & inſueta, ſupplicia de ſtudiis ſumi.——Non tulit hanc Labienus contumeliam, nec ſuperſtes eſſe ingenio ſuo voluit; ſed in monumenta ſe majorum ſuorum ferri juſſit, atque ita includi. Veritus ſcilicet, ne ignis, qui nomini ſuo ſubjectus erat, corpori negaretur; non finivit tantum ſe ipſe, ſed etiam ſepelivit. Memini aliquando cum recitaret hiſtoriam, magnam partem convolviſſe, & dixiſſe: haec quae tranſeo, poſt mortem meam legentur. Quanta in illis libertas fuit, quam etiam Labienus extimuit? Caſſii Severi, hominis Labieno junctiſſimi, belle dicta res ferebatur. Illo tempore, quo libri Labieni ex SC urebantur: Nunc me, inquit, vivum uri oportet, qui illos edidici.* Haec de Labieno Seneca: ex quibus illud, opinor, conſtat, nullum potius hominem, quam hunc, Inſaniae cognomine hic taxari a Flacco noſtro debuiſſe. Tempus enim convenit: cum Labienus ſub Auguſto vixerit & deceſſerit. BENTL.

M. Antiſtius Labeo, Prætorius, Juris etiam peritus memor libertatis, in qua natus erat, multa contumaciter adverſus Cæſarem dixiſſe & feciſſe dicitur, propter quod nunc Horatius adulans Auguſto, inſanum eum dixit. Vet. Schol. Vide etiam Suetonium & Gellium. BAX. Eripere infamiæ, qua hic adſpergitur, magnum ICtum, & ſectæ Proculianæ primum auctorem, ſtudet Bentleius, & multa de viro honorifice dicta colligit. Sed non Scholiaſtæ modo antiqui de illo intelligunt h. l. verum Gellius 13, 12 ex perſona æmuli illius Ateii Capitonis AGITABAT (verbum vehemens & intemperias indicans) *hominem libertas quaedam nimia atque* VECORS: & ex ſua perſona *vanam* viro *fiduciam* exprobrat, &, *Quæ malum! autem ratio fuit*, inquit *vocantibus nolle obſequi, quos conſiteare jus habere prendendi?* Exempla contumaciæ ipſius alia refert Dio 54, 15. Igitur mirum non fuerit, a Satirico inſaniæ poſtulari virum Stocicum, quod genus hic taxat, abnormi in quibuſdam certe rebus ſapientia, licet alioqui doctiſſimum, Vide, ſi tanti eſt, quæ in ſimilem ſententiam diſputamus de alio ICto, Priſco Jaboleno, ad Plin. Epiſt. 6, 15, 2. *Inter ſanos dicatur* i. inter hos & ab his, *qui non & ipſi inſaniunt*, ut de C. Fimbria Cicero pro Roſc. Am. c. 12. GES.

83 Hoc peccato in ſervum ligurritorem commiſſo quanto majus eſt illud, quod nunc ſtatim dicam? Nam amicum perdere majus eſt quam ſervum gravius quam par erat ulſcici. GES.

85 *Niſi concedas*, h. e. ei remittas & condones. BAX.

Uſitato Charientiſmo *inſuavem* dicit amarum; & aſperum, *acerbum*. *Acerbi* proprie ſunt fructus immaturi. BAX.

86 *Fugis*,

Odisti et fugis, ut Rusonem debitor æris?
Qui, nisi cum tristes misero venere Calendæ,
Mercedem aut nummos unde unde extricat, amaras
Porrecto jugulo historias, captivus ut, audit.
Comminxit lectum potus, mensave catillum
Evandri

86 Drusonem *Aldus demum invexisse videtur.*

86 *Fugis, ut Drusonem debitor aeris.* In hujus loci interpunctione non leviter ab interpretibus peccatum est:

paullum deliquit amicus,
Quod nisi concedas, habeare insuavis; acerbus
Odisti, & fugis, ut Rusonem debitor aeris.

Sic, inquam, distinguendum: *Habeare insuavis, nisi concesseris: at tu acerbus odisti.* At vulgo ἀσυνδέτως conjungunt, *habeare insuavis, acerbus:* quod quanto vilius deteriusque sit nostro, nihil opus est dicere. Non concedere & condonare, *insuavis* est; at odisse & fugere, *acerbi.* Porro & illud vide, annon & vetere scribendi ratione error irrepserit, *quod* pro *quoi:*

paullum deliquit amicus,
QUOI *nisi concedas, habeare insuavis.*

id est, *cui delicto:* ut Ecloga proxima v. 140.

hoc est mediocribus illis
Ex vitiis unum, cui *si* concedere *noles.*

& v. 130.

mediocribus, & quis
Ignoscas, *vitiis teneor.* Bentl.

Odimus & *fugimus* quod nimis molestum est, & ferre nequimus. Nam *odisse non ferre* est, & *nauseare*, & nonnunquam etiam *exsecrare.* Apposui etiam Interrogationem ad finem hujus versus, quod nemo improbabit. Bax.

Ut Rusonem reposui ex Scholiastis & Veteribus quibusdam libris, pro quod erat, *Ut Drusonem. Literam* D *arbitror accessisse ex affinitate literæ præcedentis.* Cruquius. *Octavius Ruso acerbus fœnerator fuisse traditur, item scriptor Historiarum, ad quas audiendas significat solitum fuisse cogere debitores suos.* Vet. Schol. Cruquius etiam legerat in Semetii Tabulis Romanis *Occium* quendam *Rusonem*; corrupte (ut puto) pro *Octavium.* Bax.

87 *Tristes Kalendæ.* Kalendis pecuniam & collocabant in fœnore, & quæstu, ut supra Epod. 2, 70. *Quæris Kalendis ponere:* & exigebant, ut hoc loco. tristes autem, nempe debitori. Lam.

Tristes Calendæ; quando fœnus erat persolvendum. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Miser est qui cruciatur animo, uti supra monuimus. Bax.

88 *Mercedem aut nummos; usuras aut sortem.* Vet. Schol. Bax.

Unde, unde; alicunde. Vet. Schol. Cruq. Neque enim quæret unde, modo habiturus sit. Bax.

Extricatur quod summa difficultate expeditur. Proprie extricant se aves e tricis aucupum, quas Græci τρίχας vocant. Bax.

Amaras dicit *Historias*, salsa & festiva Dilogia. Bax.

89 *Porrecto jugulo*; tanquam captivus morti addictus: nam *occidit legendo*, ut alias noster (A. P. extr.) Bax. Ergo duplex conditio proposita erat debitoribus Rusonis: solverent fœnus, si hoc non possent, audirent recitantem: posterius gravius. Ges.

90 *Lectum*, in quo scilicet cœnabat.

Bax.

Catillus, parvus erat catinus, Veteribus dictus *Cibilla*, quæ teste Varrone primum quadrata, postea rotunda fuit. Bax.

91 *Qui de personis Horatianis scripserunt, aiunt Evandrum hunc cælatorem & plasten statuarum, quem M. Antonium ab Athenis Alexandriam transtulisse, inde inter captivos Romam perductum, multa*

Evandri manibus tritum dejecit; ob hanc rem,
Aut positum ante mea quia pullum in parte catini
Sustulit esuriens, minus hoc jucundus amicus
Sit mihi? Quid faciam si furtum fecerit? aut si
Prodiderit commissa fide? sponsumve negarit?
Queis paria esse fere placuit peccata laborant
Cum ventum ad verum est: sensus moresque repug-
Atque ipsa utilitas, justi prope mater et æqui. [nant,
Cum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum et turpe pecus, glandem atque cubilia propter,
Unguibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus;

Donec

97 ad usum est *Mss. Mus. Br. B.*

multa opera mirabilia feciſſe. Vet. Schol. Bax. Aulanium Evandrum esse, de quo Plin. 36, 5 suspicatur Junius. Ges.

Tritum; *Hic allusit ad speciem materiei dicens, vas fictile cœlatum fuisse.* Vet. Schol. *Tritum* quasi τορευτόν. Potuit etiam Dilogως etiam ad vetusti Evandri tempora respexisse. Bax. Servius illud Georg. 2, 444 *Radios trivere rotis* explicat, *tornaverunt.* Ges.

92 *Siculi dicunt catinum ubi assa ponebant.* Varro κάτανον. Anastrophe est autem in *positum ante:* est enim pro *antepositum.* Bax.

94 furtum fi. Cun.

95 *Fide* antiqua Declinatione pro *fidei. Commissa fide* arcana dicit. Bax.

Sponsum contractum & obligationem suam. Bax.

96 Non *fere placuit*, sed *fere laborant.* Interpretes mire se torquent, quod non videant Hyperbaton. Bax.

Laborant, quibus in disputando aqua hæret. Bax.

97 *Verum* dicit ipsam rem, sive, ut vulgo dicimus, nudam veritatem, seu simplicem naturam. Bax.

Sensus moresque, h. e. & communis sensus & patrii mores, quibus Paradoxon istud contrarium esse significat; imo & ipsi utilitati. Bax.

98 *Ingenioſe ait justum & æquum ex utilitate descendere. Inter justum & æquum hæc differentia est: justum est quod ex lege descendit; æquum vero, quod ex natura.* Vet. Schol. Epicureum dogma justitiam natam esse ex utilitate, quod *Stoicorum præceptis repugnat.* Bene autem adjecit *prope*, quoniam de *æquo* magis disputari possit, quam de justo. Bax. Intelligamus utilitatem communem generis humani, non privatam singulorum, & erit dogma, cui nec Stoica, neque puto alia philosophia repugnabit. Ges.

99 *Cum prorepserunt*; imitatur Lucretium Libro quinto, quem vide: & ostendere conatur non magis justitiam esse naturalem, quam reliquum vitæ cultum. Bax.

102 *Usus*, experientia. Bax.

103 Etiam Aristoteles duas facit Orationis

Donec verba, quibus voces ſenſuſque notarent,
Nominaque invenere: dehinc abſiſtere bello,
Oppida cœperunt munire: et ponere leges,
Ne quis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Cauſa: ſed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos Venerem incertam rapientes, more ferarum
Viribus editior cædebat, ut in grege taurus.
Jura inventa metu injuſti fateare neceſſe eſt,
Tempora ſi faſtoſque velis evolvere mundi.
Nec natura poteſt juſto ſecernere iniquum,
Dividit ut bona diverſis, fugienda petendis.
Nec vincet ratio hoc, tantundem ut peccet idemque
Qui teneros caules alieni fregerit horti,

Et

nis partes, Verba ſcilicet atque Nomina. Bax.

Voces & ſenſus, notant ſcripta. Agit igitur de literis. Bax.

107 *Teterrima*. Sic noſtri codd. antiqui omnes, non *deterrima*, ut ante Lambinus ediderat. Atque ita Sat. 1, 5, 7. *Hic ego propter aquam, quod erat teterrima.* & alibi, *Spiritus teter, tetra libido, diſcordia tetra.* Torr.

Teterrima, acerbiſſima ſeu *aſperrima*. Bax.

108 *Ignotis mortibus*, quia non fuit Homerus, qui carmine illas celebraret. Zeun.

109 *Incertam*, h. e. vagam. Bax.

110 *Editior* comice poſuit, quod non potuit *ſuperior*. Bax.

111 *Neceſſe eſt*; ita ſæpe Lucretius claudit verſum. Bax.

112 *Tempora & faſtos* annales dicit. Bax.

114 *Dividit*; diſtinguit, diſcernit. *Novit natura quid ſit amarum, quid dulce, quid album, quid nigrum; quid juſtum, quid injuſtum neſcit. Non poteſt enim tollere cupiditatem habendi & timorem amittendi, quæ utraque non natura, ſed vita nos docet; & neque juſtum diligit, neque vituperat injuſtum.* Vet. Schol. docte. Bax. Non viderunt legiſlatores, natura duce, quid eſſet juſtum; ſed ſtatuerunt, juſſerunt, juſtum eſſe, quod eſſet communiter utile, injuſtum, quod, ſi omnes facerent, generi humano, certe civitati, noxam adferret aut interitum. Prout autem majorem noxam adfert unaquæque actio, tanto injuſtior eſt &c. Ges.

115 *Vincet* per Aphæreſin pro *evincet*. *Rationem* etiam iterum dicit Philiſophiam, ſub qua continetur Dialectica. Bax.

116 *Alieni fregerit horti*. Acutiſſimus Heinſius ex conjectura, *Forte*, inquit, *legendum*,

H *Qui*

Et qui nocturnus divum ſacra legerit. Adſit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Ne ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.
Nam, ut ferula cædas meritum majora ſubire
Verbera, non vereor: cum dicas eſſe pares res
Furta latrociniis, et magnis parva mineris,
Falce reciſurum ſimili te, ſi tibi regnum
Permittant homines. Si dives qui ſapiens eſt,

Et

117 Sacra divum *Z. Med.* 1477. *Flor. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Pr. in. Bib. Reg. Br.* ſacra DIS ſublegerit *conj. Cun.*

Qui teneros flores alieni INFREGERIT *horti.* Recte, opinor: quod & ipſe ante viſum ejus codicem de meo excogitaram. Syllaba *in* abſorpta eſt ab ultima vocis praecedentis. Ovidius Metam. X, 190.

Ut ſi quis violas, *riguove* papaver *in horto,*
Liliaque infringat, *fulvis haerentia virgis.*

Cicero pro Cornelio Balbo c. 6. *Eſt enim hujus ſaeculi labes quaedam & macula, virtuti invidere, velle ipſum* florem *dignitatis* infringere. At *frangere flores* non memini legiſſe: adde, quod verſus ex hac correctione dulcior & numeroſior incedit. BENTL.

Fregerit, h. e. *decerpſerit*; & bene *fregerit* de teneris. Bentleius, Heinſii conjecturam ſecutus, de *fregerit* fecit *infregerit*; ſed nil tanti. BAX.

117 *Noct. di. ſacra legerit. Sublegere*, inquit Servius Virg. Ecl. IX. 20. furari eſt. unde & *ſacrilegus*, qui ſacra legit, id eſt furatur. *Nocturni* quoque *fures* improbiores habentur ex XII tabulis. Quamquam *furem* a furvo, quod atrum ſignificat, dici vult Varro, quia per noctem, quæ atra eſt, furta facilius committuntur. unde factum ut *nocturnus* abſolute pro fure interdum ponatur. Petronius: c. 15. *Advocati tum jam nocturni, qui volebant pallium lucrifacere.* TORR.

Nocturnus pro *noctu*. Vet. Schol. BAX.

Sacra legerit ex Etymo ſacrilegi poſuit. *Legerit, collegerit, & per hoc ſubduxerit.* Vet. Schol. BAX.

ſacra Dîs ſublegerit. CUN.

118 Oportet legem eſſe regulam, ſive normam æqui. Proprie regula architectorum eſt, quam Græci canona vocant. BAX.

119 *Scutica, loro*, Græce σκυτικὴ, ἀπὸ τῆς σκύτους, *quod ſignificat corium*. Vet. Schol. Cruq. BAX.

Ideo *horribili* poſuit, quod flagello inerant ſtimuli. *Parce puer ſtimulis & fortius utere loris.* Ovid. Met. 2, 127. BAX.

Bene *ſectere*; neque enim uno loco ſtare poterat flagellis cæſus. BAX.

120 *Ferula*, h. e. ferulacea virga (quam Græci ῥάβδους vocant) milites, gladiatores, & pueros caſtigabant Veteres. BAX.

121 *Non vereor*; nihil enim periculi eſt, ne ſeverus in iſtam partem pecces. BAX.

Suaviter & comice *pares res*, pro paria. BAX.

123 Allegoricῶς; nam proprie vinitores falce inutilia vitibus recidunt. BAX.

124 *Si dives qui ſapiens.* Facetiſſime reliqua hujus Satyræ parte ſuperbam illam Stoicorum de ſapiente ſuo ſententiam irridet. de qua ſic etiam Epiſt. 1, 1, 106.

Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Jove, liber,
Dives, honoratus, pulcher, rex denique regum.

Et

Et ſutor bonus, et ſolus formoſus, et eſt rex;
Cur optas quod habes? ¶ Non noſti quid pater, inquit,
Chryſippus dicat: Sapiens crepidas ſibi nunquam
Nec ſoleas fecit; ſutor tamen eſt ſapiens. ¶ Quo?
¶ Ut, quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen atque
Optimus eſt modulator; ut Alfenus vafer, omni
Abjecto inſtrumento artis, clauſaque taberna,

Sutor

Et cum ſæpe alias M. Tullius, tum in Lucullo 44. his verbis: *Illi umquam dicerent ſapientes ſolos reges eſſe: neminem conſulem, prætorem, imperatorem, neſcio anne* v. *virum quidem, niſi ſapientem.* Poſtquam igitur omnibus artibus virtutibuſque ſapientem exornant Stoici, ridicule ſutorem quoque facit Horat. Torr.

Si dives; *Stoici exiſtimant perfectæ ſapientiæ virum omnia habere, in quo & Lucilius verſatus ſic ait*; *Nondum etiam hæc omnia habebit, Formoſus, dives, liber, rex ſolus vocetur.* Vet. Sch. Bax.

125 Ridicule *ſutorem* nominavit, ut derideret Chryſippum, qui etiam illum affirmaverat. Bax.

126 Hoc eſt Regnum, quod jam te habere jactas. Bax.

Ridicule patrem dicit levia & ſenectute ſua indigna proferentem. Bax. Chryſippus dicitur *pater*, quia habebatur reſtaurator Stoicæ ſectæ. Zeun.

Inquit, ſic & Græci φησὶ dicunt de indefinita perſona loquente. Bax.

127 *Crepidæ*, ſive ſandalia, erant palliatorum propriæ, uti calcei togatorum. *Non hic in crepida Graiorum ludere geſtit.* Perſius 1,127 Romanus calceus totam tegebat pedem; *crepida* ſolum tantum pedis. Erant & ſoleæ & caligæ e crepidarum genere. Advertendum etiam Romanos corripere priores ſyllabas vocis *crepidæ*, quod non faciunt Græci, qui κρηπῖδας per η ſcribunt. Bax.

128 *Sutor tamen eſt ſapiens. Quo?* Ita quidem editi: ſed lege cum Blandinio Cruquii, & Cod. Collegi Trinitatis:

Nec ſoleas fecit: ſutor tamen eſt ſapiens. QUI? *Qui*, id eſt. quomodo, quo pacto, qua ratione? Terent. Andria V, 4. 50.

Davo ego iſthuc dedam jam negoti. Non poteſt.
Qui? *Quia habet aliud magis ex ſeſe & majus.*

Ita Comici paſſim, & noſter ipſe ſaepius:

Qui *fit, Maecenas, ut nemo* &c.

Sic & *Qui dum* iidem Comici ſenſu eodem. At *Quo* numquam valet *quo pacto*, ſed *quem ad finem:* quod ab hoc loco alienum eſt. Bentl.

Soleas; *caligulas bene inciſas.* Vet. Schol. Alii Gallicas appellavere. Bax.

Sutor tamen eſt ſapiens, ſcil. non actu ſed virtute. Zeun.

Quo? h. e. quo pacto, vel modo? Alii Libri repræſentant *qui*, quod eodem redit: quin & ita edidit Bentleius. Bax.

129 *Hermogenes* iſte idem eſt qui & Sardus Tigellius in initio hujus Satyræ. Ludovicus Deſprez temere aſſentiens Dacerio eum diverſum ſentit; quod Horatium tanquam de vivo locutum crediderit, manifeſto errore. Idem enim repetit quod initio in illum dixerat. *Redit ad principium*, inquit Vet. Schol. Bax.

130 *Urbane ſatis Alfenum Varum Cremonenſem deridet, qui abjecta ſutrina, quam in municipio ſuo exercuerat, Romam venit, magiſtroque uſus M. Sulpitio Juriſconſulto ad tantam pervenit*

Sutor erat; ſapiens operis ſic optimus omnis
Eſt opifex ſolus; ſic rex. ¶ Vellunt tibi barbam
Laſcivi pueri: quos tu niſi fuſte coërces,
Urgeris turba circum te ſtante, miſerque
Rumperis, & latras, magnorum maxime regum,
Ne longum faciam, dum tu quadrante lavatum
Rex ibis, neque te quiſquam ſtipator, ineptum
Præter Criſpinum, ſectabitur: et mihi dulces
Ignoſcent,

132 *pro* optimus, protinus *Cun. ex. MS.*

ſcientiam, ut & Conſulatum gereret, & publico funere efferretur. Vet. Schol. *Vafer* autem bonum eſt Juriſconſulti Epitheton. Bax. Hanc de P. Alfeno Varo ICto injuriam, ut interpretatur, repellit cum ceteris Eu. Otto c. 2 & 3 negatque de illo cogitaſſe Horatium, in primis quod tum adhuc viveret ac floreret Juriſconſultus. Ges.

132 Bentleius edidit *Tonſor erat*, autoritate ductus vetuſti cujuſdam Exemplaris a Cruquio memorati [& Acrone MS.] Sed illi, neſcio quomodo, rariora ſemper fere maxime placent. Bax.

Manuum artes *Opera* dicuntur, Græcis Ἔργα. Bax.

133 *Vellunt tibi barb.* ſignificat, ita inepta, & ſtulta loqui Stoicos, ut etiam a pueris irrideantur: vel ita non eſſe regem, ſapientem Stoicum, ut pueri ei barbam vellant: id eſt, eum contumelioſe illudant: neque ille eos alia ratione, aut alia vi arcere poſſit, quam fuſte, aut baculo; quod minime eſt regium. non celabo lectorem in aliquot codicibus antiquis ſcriptum eſſe *vellent*. Lam.

Cum deberet dicere uſitata formula, *Nec pueri tibi credituri* ſunt, etiam plus adjecit; eos ſcilicet facturos de eo quod a laſcivis pueris de aliis inſanis fieri conſuetum erat. Barbam autem vellere maxima ſtolidi ſenis contumelia eſt. *Si Cynico barbam petulans nonaria vellat.* Perſius. 1, 133. Bax.

Eſt opifex ſolus, ſic rex. *Vellent* tibi barbam. *Vellent* legitur in aliquot codicibus; ſed in longe pluribus *vellunt*, quod idem habent omnes fere editiones. At pene in omnibus omnino libris extare *vellent*. Totus tamen contextus efflagitat *vellunt*. Hæc enim ſubſequuntur, *coerces, urgeris, rumperis, latras*. Et ut verbo dicam; Poeta Stoico reſpondens, non quid pueri ei facturi ſint, ſed quid facere conſueverint, exponit. Atque hoc ipſum vellunt plane denotat. Illud autem Interpolatori præbuit cauſam mutandi præſens tempus in futurum. Quod conſtabat, a pueris Stoico barbam non velli. Cun.

136 *Rumperis*; dolore ſcilicet quod non poſſis eos fuſte abigere. Bax.

Quid mirum eſt regem Cynicum iratum latrare? Inutiliter latrat canis qui non valet mordere. Bax.

137 *Longum*, ſupple ſermonem. Bax. Dum tu ſapiens & rex eris ex tua & gregalium tuorum ſententia: etiam ego mea fruar & ſententia & felicitate. Ges. 137. D'Ar... Var. Conj.

Pauperculi quadrantem balneatori dabant. Bax.

138 *Rex*; h. e. cum fueris rex. Bax.

139 *præter Criſpinum*. balneatorem putarim potius notari, quam Stoicum illum philoſophum, cujus ſupra meminit. Perſius 5, 126.

I puer,

Ignoſcent, ſi quid peccaro ſtultus, amici;
Inque vicem illorum patiar delicta libenter,
Privatuſque magis vivam te rege beatus.

SATIRA IV.

IN OBTRECTATORES SUOS.

Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophaneſque, Poëtæ,
Atque alii quorum Comœdia priſca virorum eſt,
Si quis

140 peccaro *etiam G. Sax.* ſtultus peccavero, amici *Z. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

I puer, & ſtrigiles Criſpini ad Balnea defer. Cruq.

Idem hic Criſpinus cujus meminit & in prima: *Ineptum* dicit, quod eſſet *Aretalogus* vulgo appellatus. Bax.

Dulces, ſuaves utique & boni. Bax.

140 *Si quid peccavero ſtultus.* Hoc a priſcis editionibus propagatum in omnibus hodie circumfertur. Perperam: neque enim O finale in verbis temere invenies correptum, apud ejus aevi ſcriptores; & adhuc durius eſt, ubi ſequens vocabulum a duabus mutis conſonantibus inchoatur. Melius itaque Leidenſis noſter, Reginenſis, Franekeranus, cum Lambini & Pulmanni nonnullis,

Ignoſcent, ſi quid PECCARO *ſtultus, amici.* Cicero ad Atticum X, 8. *Ab illis eſt periculum, ſi* peccaro: *ab hoc, ſi recte fecero.* Bentl.

Bentleio magis placet *peccaro*, quod ſemel vel bis compareat in Membranis. Bax. Recte, ſi eadem meliora, ut hic. Ges.

Stultus, h. e. cum fuerim ſtultus quod tu putas ſcilicet. Bax. Nec diffitetur Horatius, in unoquoque peccato ineſſe ſtultitiam. Ges.

Peccavero; *Libri*, ait, *MSSti quinque* peccabo. *Placet. Non temere enim* O *corripitur in iſtiuſmodi verbis a poetis, qui Virgilii ætate floruerunt, ut Sat. ſequente* 104.

——— *Liberius ſi*
Dixero *quid*, ———

Non quidquam valet illa docti viri apud Lambinum ratio, *poſtremam ſyllabam* verbi peccavero propter duas conſonantes in *ſtultus* productam eſſe: nam Lambinus hoc ab Horatio ſtudioſe non vitari duobus exemplis oſtendit. Cur autem imminutum *peccaro* non integrum *peccavero* legendum ſit, te V. Cl. docere non gravabor. Inter locos, quibus evincitur Horatio curæ fuiſſe numeros, eſt et hic: nam in Hexametro verſu Spondæus potius quam Dactylus in quarta ſede poni vult, et hic in primis, quia, rei, de qua agitur, Spondæus pes triſtior, magis convenit. Cun.

Arg. Oſtendit ſe animi gratia, non maledicendi ſtudio, vel amore gloriæ, Satyram conſcribere.

1 *Ariſtophanes & Eupolis Cratinuſque præcipui*; Quintilianus, admonente Torrentio. *Hi primi*

Si quis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſecutus,
Mutatis tantum pedibus numeriſque, facetus,
Emunctæ naris, durus componere verſus:
Nam fuit hoc vitioſus, in hora ſæpe ducentos,
Ut magnum, verſus dictabat, ſtans pede in uno.

Cum

3 ac fur *Bentl. it. Bos p.* 57. *G. Sax. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G.*

mi Archæas Comœdias ſcripſerunt. Vet. Sch. Bax.

2 *Virorum*, πλεονάζει. Sic & Lucretius 5, 621. *Democriti quod ſancta viri ſententia ponit.* Bax.

3 *Deſcriptio eſt qualis ſit avarus, qualis aſſentator, cæteraque ejus generis.* Cicero in Topicis, 22. notante Cruquio. Atque hujuſmodi erant Theophraſti Morum Χαρακτῆρες. Bax.

Malum modo Veteratorem dicit. Bax.

Bentleius probavit atque edidit *ac fur*, ex uno tantum exemplari, pro vulgato *aut fur*. Ego nil muto. Bax.

4 *Sicarius*. *Sicam* a ſecando dictam non modo Grammatici, ſed & ICti tradidere. Erat autem gladius brevis, quo facile occulto graſſatores olim utebantur. Joſephus principio lib. xx. Ant. Jud. incurvum etiam fuiſſe tradit, Perſici acinacis magnitudine, aptiſſimum ad perpetrandas populari in turba hominum cædes. Medio enim in ſinu latere poterat. quod idem auctor lib. 11. belli Judaici non uno loco exemplis oſtendit. Et hoc nimirum eſt quod Cicero pro Milon. 7 *Jam*, inquit, *extorta eſt ſica iſta de manibus*, & in Catil. 2, 1. *Non enim jam inter latera noſtra ſica illa verſabitur*. Torr.

Sica incurvus erat gladiolus acinacis magnitudine, quod oſtendit Torrentius ex Joſepho. Bax.

5 *Famoſus*. male audiens. ſupra Od. 3. lib. 3. 25. *Jam nec Lacenæ ſplendet adulteræ Famoſus hoſpes*. M. Tull. lib. 2. 68. de Orat. ad Q. Fratr. *Non pol (inquit) audeo. Nam me ad famoſas vetuit mater accedere*. Lam.

Multa cum libertate; *ut vel nomina oſtenderent*. Vet. Schol. Bax.

Notabant Dilogως: nam & deſcribebant uti pictores, & *notabant uti* morum cenſores. Bax.

7 *Numeriſque facetus*, h. e. aſperitate rhythmi ridiculus, neque enim erat ob mutatos pedes *facetus*. Bax. Nec ob numeros mutatos, qui apud Græcos Comicos multo vividiores. Itaque aliter diſtinxi, ut *facetus* abſolutum ſit, & ad laudem Lucilii referatur. Ges.

Emunctæ naris, h. e. judicii quidem acerrimi quod ad Satyricam materiam & ſales attinebat. Παροιμιακῶς hoc dictum eſt. Bax.

Durus, inhabilis. Nam & rudes dicuntur duri. Bax.

10 Magni fecit extemporalem ſuam facultatem, quam Horatius ſignificat ſe ſpernere. Bax.

Stans pede in uno; puerili ſcilicet certamine; nam hoc faciunt pueri ludentes. Bax.

11 Neſcio cur diſſentiat ab Horatio Quintilianus,

Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles:
Garrulus, atque piger ſcribendi ferre laborem;
Scribendi recte: nam ut multum, nil moror. Ecce,
Criſpinus minimo me provocat. ¶ Accipe, ſi vis,
Accipiam

tilianus, niſi forſan Lucilius fuerit ei affinitate aliqua conjunctus. Bax. *Flueret lutulentus*, eleganter Lucilii impetus in fundendis verſibus minus puris & concinnis comparatur cum rapido torrente lutum ſordeſque ferente. Zeun.

Tollere velles; quia ut ait ipſe, Sat. 1, 10, 51. *Ferebat plura tollenda relinquendis:* & ſic accepit Quintilianus (10, 1, 94); hoc & ſequentia oſtendunt. Bax.

13 Regula oſtendit quid rectum, quidque intortum ſit: atque hoc artis eſt. Lucilio adfuit genius, ars defuit. Bax.

Ut multum, h. e. quam multum. Bax.

14 *Criſpinus minimo me provocat.* Quid ſit *minimo provocare* jam diu in controverſia eſt. ——Vidit hoc, opinor, perſpicaciſſimus N. Heinſius; & iccirco tanquam loco mendoſo medicinam ferre conatus eſt, ſic ex conjectura reponens,

Criſpinus MIMO *me provocat.*

ubi *mimo*, ni fallor, voluit, cum riſu & contemtu & geſticulatione mimica. Sed & hoc parum ſatisfacit; & ſine auctore profertur. Aliud porro ſuppeditat Acron Fabricii (nam in editionibus priſcis & codice ſcripto verba ea deſiderantur) *Minimo provocare dicuntur hi, qui in reſponſione plus ipſi permittant, quam exigant ab adverſario.* Quæ corrupta ſic reſtitue, *Qui in* SPONSIONE *plus ipſi* PROMITTANT, *quam exigant ab adverſario.* Hoc nimirum voluit annotator, Criſpinum cum Horatio ſponſionem feciſſe, Ni plures verſus citius componeret: idque inaequali pignore; ut ſuo ſi forte talento, Horatii mina. Quo oſtendere voluit Criſpinus victoriam ſibi non dubiam fore, & prope in manibus haberi, ſi auderet Noſter ſponſionem ſuſcipere. Et ſententia quidem egregia eſt: ſed nullus video, quibus demum tormentis *minimo provocare*, id quod vult annotator, exprimere & ſignificare poſſit. Tamen is videtur quaſi per tranſennam, veram poëtae ſententiam vidiſſe: certum enim eſt, ex ipſa loquendi formula, de ſponſione (quod noſtrates dicunt *a Wager*) hic agi. *Criſpinus minimo me* PROVOCAT. Ita Valerius Maximus, II, 8, 2. *Valerius* ſponſione Lutatium provocavit, *Ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa.* Petronius Tragurii repertus: *Et coepit ſubinde* dominum ſuum ſponſione provocare, *Ni praſinus proximis Circenſibus primam palmam.* Recte opinor haec procedunt: ſed quid faciamus illo *minimo?* Deeſt ſiquidem pecuniae ſumma, quam perderet is, qui ſponſione vinceretur. Aſconius Pedianus in Verrinam de Praetura Urbana p. 100. *Sponſione ipſe provocatur ab adverſario*, certae pecuniae aut aeſtimationis, *quam amittat, Ni ſua ſit haereditas de qua contendit.* Cicero ipſe in Verrem de Frumento, c. 58. *P. Scandilius eandem ſponſionem de ſocietate fecit: facta eſt ſponſio Seſtertium quinque millibus.* Idem in eundem de Suppliciis, c. 54. *Cogere eum coepit, Seſtertium duobus millibus ſponſionem facere cum lictore ſuo, Ni furtis quaeſtuu faceret.* Vides, opinor, certam pecuniae ſummam in ſponſionibus exprimi ſolere. Quid ergo? Leviſſima vel plane nulla mutatione (totidem enim ſunt literarum ductus) novam lectionem ex conjectura affero; atque adeo ipſe quavis ſponſione laceſſere auſim, Ni vera & indubia ſit:

Criſpinus NUMMO *me provocat.*

Nihil clarius argutiuſve dici poteſt. Oblique enim

15 Accipiam tabulas; detur nobis locus, hora,
Cuſtodes;

15 Accipe jam *etiam H. it. Loch. & al. & Mſs. Mus. Br. B. C. F. ſed primæ editt.* Accipiam. Accipiam jam. GES.

enim Criſpinum tangit, quaſi egenum & mendicum: qui non majore pignore, quam uno nummo, certare voluerit. Servorum enim & pauperculorum erat, nummo ſponſiones facere. Plautus Epidico Act. V. 2, 32, ſqq. Loquuntur Herus Periphanes, & Epidicus ſervus:

P. Qua fiducia auſus primum, quae emta eſt nudius tertius
Filiam meam dicere eſſe? E. Libuit: ea fiducia.
P. Ain tu? Libuit? E. Aio: vel da pignus,
Ni ea ſit filia.
P. Quam negat noviſſe mater? E. Ni ergo matris filia eſt,
In meum NUMMUM, *in tuum Talentum, pignus da.*

Ita & ſupra Criſpino egeſtatem exprobravit, Serm. I, 3. v. 138.

Ne longum faciam: dum tu quadrante *lavatum*
Rex ibis; neque te quiſquam ſtipator ineptum
Praeter Criſpinum *ſectabitur.*

Porro *minimo* & *mummo* facile a Librariis confundi oſtendet locus Suetonii, in Caeſ. c. 50. *Ampliſſima praedia ex auctionibus haſtae* minimo *addixit:* ubi plures codices *nummo* exhibent, alii *minimo*. Et Torrentius quidem Caſaubonuſque poſterius ſequuntur: ego vero, ſi a tantis viris diſſentire licet, prius praetulerim; ut Noſter plane Serm. II, 5. in fine,

Dic ex parte tua, ſeu fundi, ſive domi ſit
Emtor, gaudentem nummo *te* addicere.
BENTL.

Criſpinus, Aretalogus, de quo ſupra.
BAX.

Minimo provocare dicuntur hi, qui plus ipſis permittant, [leg. *ipſi promittant*] *quam in reſponſione exigant ab adverſario.* Vet. Schol. Bentleius deridicule repoſuit *nummo*, neque vidit *minimo* dici pro *minimo digito*. Atque hic quidem geſtus apud noſtrates etiam hodie familiaris eſt, ubi per contemtum aliquem advocamus. Mirari nequeo virum acerrimi judicii non attendiſſe ad Scholiaſten veterem. BAX. Attendit, ſed improbavit merito. Eſt aperte hic de ſponſione & reſponſione ſermo (Germani vocant *eine Wette*) quem clare indicant verba Vet. Schol. ab ipſo Baxtero prolata. Ceterum cum *minimo* & *nummo* totidem lineolis perpendicularibus conſtent, blandiſſima ſane eſt emendatio: nec tamen neceſſaria, cum qui *nummo* provocet alterum, *minimo* idem provocet, id eſt, jubeat ſibi minimum ſ. nummum *reſponderi*, repromitti, cum aliquanto plus ipſe ſpondeat promittatque, certus nempe victoriæ. GES.

Accipe, h. e. Heus tu! audito. Miror Interpretes hoc non vidiſſe. BAX. Ego vero haud miror, eos non vidiſſe quod nuſquam eſt, niſi in hominis forte barbari gloſſa. Provocat Criſpinus Horatium: Accipere oportet utrumque ſtatim inſtrumentum ſcribendi, tabulas, non in quibus alius teſtationem ſcribat, ſed ubi verſus ipſi. GES.

Si vis, Accipiam; ſic legerunt omnes fere ſcripti Codices cum Turnebo & Vet. Schol. pro *Si vis, accipe jam*. Significat nihil ſibi deeſſe praeter tabulas; nam ſponte ſua fluent verſus. BAX.

15 *Accipe, ſi vis, Accipiam tabulas.* Ita Editio Veneta princeps, cum majore parte codicum; quod interpretes plerique amplexi ſunt. At altera cum Loſcheriana, & membranis etiam non paucis,

accipe, ſi vis,
ACCIPE JAM *tabulas: detur nobis locus,*
hora,
Cuſtodes: videamus, uter plus ſcribere poſſit.

Cui cur alteram praetulerint, non poſſum non demirari. Haec enim lectio μιμητικὴ *charactere provocantem ad ſcribendum Criſpinum* pulchre oſtendit. *Accipe, jam accipe tabulas.* Ex repetitione enim conjicias, quam acer ſit ad contentionem. *Jam nunc*, ait, accipe:
jactat

Cuſtodes; videamus uter plus ſcribere poſſit.
Dii bene fecerunt, inopis me quodque puſilli
Finxerunt animi, raro et perpauca loquentis:
At tu concluſas hircinis follibus auras,

Uſque

jactat enim extemporalem carminis facultatem; & veretur, ne Horatius certamem effugiat, ſi in aliud tempus differatur. Neque vero opus eſt illo *Accipiam:* Criſpinus enim, utpote provocator, domo ſecum tabulas extuliſſe, & in ſinu paratas habuiſſe cenſendus eſt. Porro & plures codices habent DENTUR; quia ſequebatur, credo, nominativus pluralis, *cuſtodes.* Sed retinemus DETUR cum editionibus priſcis; idque ex ſtili Horatiani genio; ut videbis in Notis ad Carm. I, 24. v. 8. BENTL.

Male Bentleius *Accipe jam*, pro *Accipiam*, ex autoritate pauciorum Codicum. BAX. *Accipiam* magis etiam ideo placet, quod ad rem pertinet, etiam Criſpinum tabulas ſ. pugillares accipere: agitur enim de ſponſione, *uter plus ſcribere poſſit.* GES.

16 *Cuſtodes; ut proprios faciamus.* Vet. Schol. BAX. Ne adferantur alieni. GES.

17 *Dii bene fecerunt*; καλῶς ἐποίησαν· forma agendi gratias apud Græcos; ut bene Cruquius. BAX.

Inopis & puſilli animi, h. e. tenuis & inaudacis ſpiritus. *Operoſa parvus Carmina fingo* Lib. IV. Od. 2, 31. Tardiora ingenia & diligentiora fere ſunt, & judicio plus valent. BAX.

18 *Perpauca loquentem.* ſic ſaty. 6, 56. hujus lib. *Ut veni coram ſingultim pauca locutus,* mendoſe autem habent omnes libri *loquentis*, præterquam Faërnenſis: in quo ſcriptum eſt *loquentes.* Sed s. alia manu, & in litura. LAM.

Raro & perpauca loquentis. Dura & coacta oratio, citra ullam neceſſitatem:

Di bene fecerunt, inopis me *quodque puſilli*
Finxerunt animi, *raro & perpauca* loquentis.

Quamobrem Lambino facile aſſentior, qui emendavit, LOQUENTEM, ut Aen. II, 79.

nec ſi miſerum *fortuna Sinonem*
Finxit, vanum *etiam* mendacemque *improba* finget.

Multo enim ſimplicius hoc, atque ideo & verius. Mutarunt autem Librarii, ut *loquentis* ad proximum Nomen *animi* referretur. Id quod nuſquam non faciunt, quotieſcumque commode poſſunt: ut Carm. IV, 1, 18.

Largis muneribus riſerit aemuli,

largis interpolarunt pro *largi*, propioris ſubſtantivi gratia. & III. 8, 19.

Medus infeſtus ſibi luctuoſis
Diſſidet armis;

pro *infeſtis* & *luctuoſus*. Adde quod in codice Jannoctiano Michaëlis Bruti, & Faërniano Lambini LOQUENTES habebatur; in quo verae lectionis ſervantur veſtigia. BENTL.

Finxerunt; de Promethei fabula cogitavit; ſic & Juvenalis, 14, 35. *Finxit præcordia Titan.* BAX.

Oſtendit ſe neque natura loquacem, neque in carminibus garrulum, eleganti Dilogia. BAX. Recte *loquentis animi.* Animus enim auctor eſt ſermonis vel parci vel copioſi. GES.

Pro *loquentis* Bentleius Lambini exemplo reſcripſit *loquentem*, atque ita etiam edidit; ſed meo judicio duriuſcule & minus concinne. Pro *molliat* etiam [v. 20] idem vir doctus fecit *emolliat*, quo placeret ſuæ auri nullo ſub autore, uti ſæpe alias. BAX.

20 *Dum ferrum molliat ignis.* Vix a me impetrare poſſum, ut hoc ipſo in loco, quo

Uſque laborantes dum ferrum molliat ignis,
Ut mavis, imitare. Beatus Fannius, ultro
Delatis capſis et imagine; cum mea nemo
Scripta legat, vulgo recitare timentis, ob hanc rem,
Quod ſunt quos genus hoc minime juvat, utpote plures
Culpari dignos. Quemvis media elige turba;
Aut ob avaritiam, aut miſera ambitione laborat.

Hic

25 digni *ex conj. Cun. pro* elige, arripe *Bentl.* elige *ante Ald.* erue *inde ab Aldo al.*

Lucilianos verſus ceu ſcabros & impolitos taxat Noſter, in eandem culpam, quam in illo exagitat, ipſum incidiſſe credam. Vide enim quam durum exit, & quanto labiorum conatu,

Uſque laborantes, dum ferrum molliat *ignis.* Quanto autem mollius leniuſque fluit, literula interjecta?

Uſque laborantes, dum ferrum EMOLLIAT *ignis.* BENTL.

Laborantes, h. e. cum molimine anhelantes, ut fere fabrorum folles. Hunc locum imitatus eſt Perſius 5, 10. BAX.

Ferrum dum. CUN.

21 *Urbaniſſima amaritudine dicitur: nam Fannius Quadratus eo tempore Satyram ſcribebat, & erat ſine liberis. Hujus imaginem & libros hæredipetæ in publicas bibliothecas referebant, nullo merito doctoris.* Vet. Schol. BAX.

Ultro, cum ipſe nil tale quæreret vel ſperare poſſet. BAX. Melius, puto, Marcilius *ultro* explicat. Nemo expetierat ſcripta Fannii, certe Bibliothecæ præfecti non curaverant deſcribi: ſed vel ipſe Fannius obtulerat, vel illius amici. De *imaginibus* in Bibliothecis vid. Plin. 35, 2. De *Capſis* noſter Sat. 1, 10, 63. Epiſt. 2, 1, 268. GES.

22 *Capſæ*, Thecæ erant librorum atque etiam aliarum rerum: Græci κάμψας. BAX.

Nemo legit inedita: neque enim edebantur niſi quæ publica recitatione probabantur prius. BAX.

25 Pene omnes MSS. legerunt *elige* pro *erue*; ſic & Veteres Scholiaſtæ; eſtque longe melius, & huic loco accommodatius. *Mediam turbam* populum dicit: nam idem *medium* quod publicum & commune. *Media, quæ ante conſpectum eſt.* Vet. Schol. Hinc & *in medium afferre* dicimus pro in commune. BAX. *Arripe* pulchrum, ad ſignificandum caſum, & velut temeritatem. Sed magis ſatiricum *elige*: etiam quos ex vultu, ex fama elegeris tanquam bonos viros, laborant aliquo vitio. GES.

26 *Aut ob avaritiam.* Ita quidem libri habent. Sed inſigni vir ingenio Janus Douza pater ſic olim corrigebat ex conjectura,

Aut AB AVARITIA, *aut miſera ambitione laborat.*

Poſtea idem dedit Theodorus Marcilius, tamquam ex *membranis*. Deinde & Daniel Heinſius idem quaſi de ſuo protulit: & poſt omnes Tanaquillus Faber, uti novum quid & prius inauditum ſibi id adſcripſit. Et de auctore quidem emendationes lector videbit; illud indignandum plane, quod editores toties admoniti pus merum & ſcabiem impune adhuc prodire patiantur. Neque enim Latine dicere poſſis *laborare ob avaritiam*; aut ſi maxime poſſis, tum & *miſeram ambitionem* eodem caſu dicas neceſſe eſt. Recte igitur *ab avaritia*; ut Cicero aliique *laborare ex invidia, ex inſcitia* &c. BENTL.

Ob avaritiam, aut ambitione laborat. Comica eſt

Hic nuptarum insanus amoribus, hic puerorum;
Hunc capit argenti splendor; stupet Albius ære;
Hic mutat merces surgente a sole, ad eum quo
Vespertina tepet regio; quin per mala præceps
Fertur, uti pulvis collectus turbine, nequid
Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem,
Omnes hi metuunt versus, odere Poëtas.
¶ Foenum habet in cornu, longe fuge, dummodo risum
Excutiat

alit. mare

27 insanit *cum Bentl. G. Z. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. pr. in Bib. Reg. Br.* 28 æra *conj Burm. ad Luca.* 8, 16.

est ista varietas. quasi dicat *hic per avaritiam, ille ex ambitione ægrotat.* Hoc Faber & cum Fabro Dacerius, Latinum non putant. Ego semper sum utcunque partium Horatii. Bentleius sine ulla autoritate pro *ob avaritiam* reposuit *ab avaritia*, Douzam atque alios secutus. Quidni hoc faceret cum Horatiana ista varietas illi videtur *pus merum* atque *scabies?* Bax. Si singularia omnia & semel tantum observata damnamus & emendamus: ilicet, quantam partem Latinitatis abolebimus? Ges.

Bene *laborat:* nam Stoicis omnes affectus pro morbis habentur. Miser est quem exspectatio cruciat. Bax.

28 *Stupet Albius ære.* miro signorum, & vasorum æreorum amore, studioque ducitur, eaque supra modum amat, & admiratur. sic loquitur Virg. Geo. 2, 508. *Hic stupet attonitus rostris.* Horat. sat. 1, 6, 17. *Qui stupet in titulis.* Lam.

Argentum modo posuit pro argento facto. Bax.

Ære; h. e. *Vasis & signis Corinthiis.* Vet. Schol. Albium puto dici Tibullum. Et superiori versu scripti Codices *insanus* legerunt pro *insanit*, quod magis placet ob varietatem Horatio consuetam. Bax.

30 Bene *tepet* de occidente sole. Bax.

31 *Uti pulvis*; Proverbiali Schemate: occurrit hoc & in primo Psalmo. Bax.

33 *Odere poetas.* Quod pace omnium codicum dicere liceat; singulari numero hoc efferendum est,

Omnes hi metuunt versus, odere POETAM:

idque verba sequentia ita clare ostendunt; ut ab interpretibus non visum esse merito mireris:

Foenum habet *in cornu; longe fuge: dummodo risum*
Excutiat *sibi, non hic cuiquam* parcet *amico:*
Et quodcumque semel chartis illeverit, *omnes*
Gestiet *a furno redeuntes scire lacuque.*

Interpolarunt boni Librarii; quia non *certum* quendam poëtam, sed *omnes* his hominibus odio esse intelligebant. Quasi vero non & numero singulari omnes comprehenderentur. Noster Epist. I, 18. v. 89.

Oderunt hilarem *tristes*, tristemque *jocosi*,
Sedatum *celeres*, agilem gnavumque *remissi:*
Potores bibuli media de luce Falerni
Oderunt porrecta negantem *pocula.* Bentl.

De *odere Poetas* Bentleius de suo inferst *odere Poetam*, nulla alia de causa nisi quod sequentia in singulari numero figurata sint. Dissimulavit Horatius se, *Poetas* nominando, de se uno cogitasse. Quis præter Bentleium hoc non videret? Bax.

34 *Fœnum habet in cornu*; aliud Proverbium hoc est, de petulanti & cerebroso. *Ro-*

Excutiat ſibi, non hic cuiquam parcet amico:
Et, quodcunque ſemel chartis illeverit, omnes
Geſtiet a furno redeuntes ſcire, lacuque,
Et pueros et anus. ¶ Agedum pauca accipe contra:
Primum ego me illorum, dederim quibus eſſe Poëtas,
Excerpam

35 *pro* ſibi, tibi *conj. Rutgers.* 39 ego *om. H.* Poëtis *etiam alii conjecere ap. Cun.* Poëtas *noſtri omnes.*

mæ videmus hodieque fœnum velut anſulam factum in cornulo bovis, quo ſignum datur tranſeuntibus, ut eum vitent. Vet. Schol. BAX.

35 *Cuiquam amico*; neque Mæcenati, neque Virgilio. BAX.

36 *Chartis illeverit*, per εὐτελισμὸν pro ſcripſerit; h. e. ſcribillaverit. Erant autem chartæ ex papyris, uti membranæ ex pellibus. BAX.

Omnes geſtiet; feſtive & comice hæc protulit de ſe, pro in lucem emittet. BAX.

37 *Furno*. in quo coquitur panis. iccirco magna ſemper eo turba convenit & vetularum, & puerorum. LAM.

Lacuque. lacus ſignificat interdum vas ampliſſimum, ubi calcantur uvæ. M. Tull. in Bruto, 83. *ſic ego iſtis cenſuerim, & novam iſtam quaſi de muſto, ac lacu fervidam orationem fugiendam: nec illam præclaram Thucydidis nimis veterem, tanquam Anicianam notam perſequendam.* Eſt etiam lacus (ut docet Varro lib. 4. de lingua Latina) lacuna magna ubi aqua contineri poteſt, ſeu locus, quo aqua ex flumine ad aquandum excepta eſt: quo modo credibilius eſt hoc loco accipiendum eſſe, ut intelligamus pueros, & anus aquandi cauſa ad lacum iviſſe, & e lacu redire. Propert. lib. 2. 23, 1. *Cui fuit indocti fugienda hæc ſemita vulgi,*
Ipſa petita lacu nunc mihi dulcis aqua eſt.
LAM.

39 *Dederim quibus eſſe poetas*. Etiam hic invitis licet codicibus repone:
Prima ego me illorum, dederim quibus eſſe POETIS. ita infra Serm. I, 6. v. 25.
quo tibi, Tilli,
Sumere depoſitum clavum, fierique tribuno:
ubi Acron Scholiaſtes: *Fieri tribuno, figurate per dativum: ut ſupra, Dederim quibus eſſe* POETIS. Quid videtur? Nonne monſtri ſimile eſt, lectionem hanc tam diu in propatulo fuiſſe, neque a quoquam interpretum animadverſam? Atqui & notiſſima eſt bonis ſcriptoribus locutio, & Noſtro perquam familiaris: ut Serm. I, 1. v. 19.
Quid ſtatis? nolint. Atqui licet eſſe beatis.
& I, 2. v. 50.
quaque modeſte
Munifico *eſſe licet.*
& Art. Poët. v. 372.
mediocribus *eſſe poëtis*
Non homines, non di, non conceſſere columnae.
Neque vero nimium mireris univerſos codices in mendo hic conſentire: nam & *tribunum, munificum* pars eorum major, accuſativos pro dativis, ponunt. Ceterum, poſtquam haec commentatus eſſem, animadverti accuratiſſimum N. Heinſium & in libri ſui ora, & in Notis ad Naſonis Heroid. XIV. v. 64. veram lectionem ante nos prodidiſſe.
BENTL.

Pace tanti viri *dederim quibus eſſe Poetas* non videtur magis monſtri ſimile, neque minus Latine dictum, quam *dederim quibus eſſe Poetis*; atque hoc in loco rectius, quod non diſſentiant Libri. "Etiam hic (inquit Bentleius) invitis Codicibus repone." Quid autem de me fiet, ſi noluerim parere huic edicto?
BAX.

40 *Excerpam* ſuaviter dicit pro excipiam, vel eximam: & ſignificat ſe facile hoc paſſurum; nam levi opera quod in pomis vel floribus

Excerpam numero: neque enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis; neque, ſi quis ſcribat, uti nos,
Sermoni propiora, putes hunc eſſe Poëtam.
Ingenium cui ſit, cui mens divinior, atque os
Magna ſonaturum, des nominis hujus honorem.
Idcirco quidam, Comœdia necne Poëma
Eſſet, quæſivere; quod acer ſpiritus ac vis
Nec verbis nec rebus ineſt; niſi quod pede certo
Differt ſermoni, ſermo merus. ¶ At pater ardens
Sævit, quod meretrice nepos inſanus amica
Filius, uxorem grandi cum dote recuſet,
Ebrius et (magnum quod dedecus) ambulet ante
Noctem

41 ſi qui *Mſ. Mus. Br. C.*

ribus præcipuum eſt excerpitur. Bax.

Concludere, h. e. finire. Finis claudit opus, quod non ſinat ulterius procedere. Bax.

41 Prætulit magnus Bentleius de ſuo more inuſitatius *ſi qui*. Pronomen *quis* rarenter illi ſolet placere; neque enim ferre poteſt ſibilationem Literæ *s*. Bax.

42 *Sermonem*, communem dicit & quotidianum. Bax.

43 *Ingenium* naturæ bonum eſt: nam Poeta naſcitur. Bax.

Mens divinior; h. e. Poëtico ſpiritu afflata. *Nam nemo unquam magnus evaſit ſine afflatu divino*, Cicer. de natur. D. 66. Bax.

44 *Magna ſonaturum*. Priſc. lib. xi. p. 130. producit hunc locum, & ait *ſoniturum* eſſe uſitatius, quam ſonaturum, a verbo *ſono*. Lam.

Sonaturum; *Quod ſonare poſſit*. Hen. Stephanus. Sublimitatem dicit ſtyli. Bax.

45 Ut diſputatum eſt an poëma vocari debeat Comœdia: ſic de Satiris quæri poteſt. Ges.

46 *Quæſivere*, *dubitavere*. Vet. Schol. Bax.

Acer ſpiritus ac vis, h. e. alacris furor & vividus impetus. Bax.

48 *differt*. Helleniſmus. differt cum dativo, pro, diffidet, alius eſt: Latina namque oratio poſtulat ablativum cum præpoſitione a, vel ab: differt a ſermone. i. ab oratione ſoluta, nulliſque certis pedibus aſtricta. Cruq.

At pater ardens: illud eſt quod ait in Arte Poet. 93 ſq. *Interdum tamen & vocem Comœdia tollit, Iratuſque Chremes tumide delitigat ore.* Bax.

Sermo eſt merus. Cun.

49 *Inſanus*. ſic edendum curavi ex auctoritate ſex codicum manuſcr. Lam.

Avorum atque aviarum indulgentia in cauſa fuit, quod vulgari convicio nebulones *nepotes* dicerentur. Bax.

51 *Ante*

Noctem cum facibus. ¶ Numquid Pomponius iſtis
Audiret leviora, pater ſi viveret? Ergo
Non ſatis eſt puris verſum perſcribere verbis;
Quem ſi diſſolvas, quivis ſtomachetur eodem
Quo perſonatus pacto pater. His, ego quæ nunc,
Olim quæ ſcripſit Lucilius, eripias ſi
Tempora certa modoſque, et quod prius ordine verbum
Poſterius facias, præponens ultima primis; [eſt,
Non, ut ſi ſolvas, " Poſtquam diſcordia tetra
" Belli

51 *Ante noctem*; ut omnes viderent, quod oſtendit *inſanum* fuiſſe, & auget dedecus. Bax. *Ante noctem*, ubi non opus erat. Ges.

52 *Mira urbanitate & amaritudine Pomponii perſona abuſus eſt, quaſi argumenti loco, ut eum carperet.* Vet. Schol. *Hoc vult intelligere, quod etiam ſine Comœdia ſic increpantur a patribus luxurioſi.* Alter Schol. Bax.

54 *Pura* verba uſu quidem probata ſunt, ſed neque ſonora, neque ſupra vulgi captum figurata. In Arte Poëtica 234 *inornata* dicit & *dominantia*, quæ verba peſſime ab Interpretibus excepta ſunt. *Puris: aut ſine Figuris, aut magno ſono.* Vet. Schol. Sic dicitur, *Toga pura, haſta pura*, & *pura veſtis*, quibus ſcilicet nihil acceſſit ornatus. *Debet Poeta & gravia verba & compoſita cum ſenſibus elatis habere.* Vet. Schol. Bax.

Verſum puris. Cun.

55 *Stomachetur*, χολώσαιτο, ſeu commoveatur bile. Bax.

56 *His ego quæ*, &c. ſi ea, quæ nunc ſcribo, & quæ Lucillius ſcripſit olim, diſſolvas: modoſque, ac numeros tollas: ordinem denique verborum immutes, non ita invenias parteis orationis poëticæ diſſolutæ, ac diſſipatæ, ut ſi Ennii verſum ſumas, eumque ordine verborum converſo, diſſolutum legas. exempli gratia: ſi hæc Enniana, *poſtquam diſcordia tætra Belli ferratos*, &c. diſſolvas, ordineque verborum turbato ita legas, *Poſtquam ferratos belli poſteis, & portas tætra diſcordia refregit:* non reperietur hic ſermo quotidianus, ſed poëticus. Lam.

Venuſte perſonatum patrem dicit ſenem de Comœdia. Vet. Schol. Veteres Comœdi Perſonis, hoc eſt, fictis vultibus (ſeu potius capitibus) agebant Fabulas, Οἷα κεφαλή, καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει! inquit Æſopia Vulpes de pulchra perſona a ſe caſu conſpecta. Bax.

58 *Temporibus & modis* conſtat Muſica. *Tempora dixit moras ſyllabarum & correptiones.* Vet. Schol. & per hæc Metra atque Rhythmos. Bax.

60 *Poſtquam diſcordia*; *Hæc Ennii verba ſunt.* Vet. Schol. Hæc & Virgilius imitatus eſt, in *Æn* 7, 622, *Belli ferratos rupit Saturnia poſtes.* Bax. Non refertur ad *invenias* &c. Non amplius poteris cognoſcere eſſe orationem poëticam. Verum ſecus eſt, ſi Ennii illud ſolveris. &c. Zeun.

61 *Belli ferratos poſteis.* Conſtat verſum eſſe Ennianum. belli poſteis autem, id eſt, belli fores. ſic Virg. Æneid. lib. 2, 442. *poſteiſque, ſub ipſo:*

" Belli ferratos poſtes, portaſque refregit:"
Invenias etiam disjecti membra Poëtæ.
Hactenus hæc: alias, juſtum ſit necne Poëma:
Nunc illud tantum quæram; meritone tibi ſit
Suſpectum genus hoc ſcribendi. Sulcius acer
Ambulat, et Caprius, rauci male, cumque libellis;
Magnus uterque timor latronibus: at bene ſi quis
Et vivat puris manibus, contemnat utrumque.
Ut ſis tu ſimilis Cœli Birrique, latronum,
Non ego ſim Capri, neque Sulci; cur metuas me?

Nulla

62 Invenies *MSS. Mus. Br. F. G. & Ed. Br. in Bib. Reg. Br.* 65 Fulcius *hic & 70 Z. M.* 1477. *Ven.* 1479. 69 Byrrhi *G. Med.* 1477. *Ven.* 1479.

ipſos Nituntur gradibus. ibid, 490. *Amplexæque teneat poſteis, atque oſcula figunt.* & lib. 7,621. *& cardine verſo Belli ferratos rupit Saturnia poſteis.* ad quem locum Servius notans, acyrologiam (inquit) fecit commutando Ennii verſum. Nam ille ait, *Belli ferratos poſteis, portaſque refregit.* Lam.

Diſiecti membra Poetæ; cogitavit de Apſyrto. Bax.

64 *Illud*, hoc. Bax.

65 *Suſpectum* dicitur unde timetur periculum.

Sulcius acer; *Hi acerrimi delatores & cauſidici fuiſſe traduntur, & ideo rauci quod in contentione judiciorum clament: Cum libellis autem, quibus annotant quæ deferunt.* Vet. Schol. Bax.

66 Ad Emphaſin poſuit *ambulat*, h. e. foras prodit, & in medio verſatur, neque quenquam veretur. Bax.

Male per Euphemiſmum; nam exſecrando proferebatur. Bax. Non intelligo hanc annotationem: *raucos male* intelligo raucos uſque ad moleſtiam audientium, vel ad periculum amittendæ vocis. Ges.

68 *Puris manibus*; Veteres a cæde lavabant manus: erant enim illud luſtrationis genus. Bax. *A cæde*, intell. ut ſe a cæde puros oſtenderent, ut in lege Moſaica de expiandis cædibus, quarum auctor non exſtat Deut. 21. 6. Ges.

69 *Ut tu ſis ſimilis*; *ſublimis* [f. *ſubtilis*] *invectio.* Vet. Schol. Bax. Pro *ſis*, *ſi* eſt in MS. Hannov. unde oriatur ſententia talis, quæ pendeat a verſu præcedenti: quemadmodum contra, tu ſimilis latronum ſis, ego vero non ſim ſimilis illorum accuſatorum: non eſt cauſa cur me metuas. Deinde illam poſteriorem enuntiationem de ſe magis declarat, cur non ſit ſimilis accuſatoris. *Cur metuas me, ſi nulla taberna* &c. In recepta lectione, *Non ego ſim* eſt, non volo eſſe; *Nulla tab habeat*, nullam habere volo, &c. Ges.

70 *Non ego ſim Capri.* Editiones quidem veteres *Capri:* quod in recentioribus haeſit. At codices noſtri Magdalenenſis, Battelianus, & a prima manu Reginenſis,

Non ego ſim CAPRII.

Certe *Caprii* melius hic quam *Capri:* quia & ſuperius ſyllabam primam corripit, v. 66.

Ambulat & Caprius. Bentl.

71 *Nulla taberna*; *Negat ſe libellos ſuos edere*

Nulla taberna meos habeat neque pila libellos,
Queis manus insudet vulgi, Hermogenisque Tigellî,
Nec recitem quidquam, nisi amicis, idque coactus;
Non ubivis, coramve quibuslibet. ¶ In medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi. ¶ Quique lavantes:
Suave locus voci resonat conclusus. Inanes
Hoc juvat, haud illud quærentes, num sine sensu,
Tempore num faciant alieno. ¶ Lædere gaudes,
Inquis; et hoc studio pravus facis. ¶ Unde petitum
Hoc

73 Nec *primæ editt.* Neu *Cun.* quidquam *etiam Sax.* Nec recito cuiquam *MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 75 recitant, *Mf. Mus. Br. D.* Inquit *MSS. Mus. Br. C. G.*

edere Bibliopolis, qui stationes vel armaria circa pilas vel columnas habebant: & in pilis Epigrammata scribebant Poetæ, qui non tradebant Bibliopolis. Vet. Schol. Hoc est, apud publicas porticus. Advertendum in transitu, *stationes* dici Bibliopolarum tabernas. Bax.

72 Παρὰ προσδοκίαν annumerat vulgo præclarum & elegantem virum, carminibus & existimationi suæ infestum. Nam hæc Satyra scripta est ante mortem Tigellii ut ego censeo, etsi contradicat Dacerius. Bax. At versus certe 92 collatus cum Sat. 2, 27 & 3 ostendit, hanc satiram esse scriptam post mortem Tigellii cantoris. Ergo hic Tigellius est diversus. Zeun.

73 *Non recito.* Libri nostri omnes magno consensu, *Nec recito cuiquam.* Torr.

Pro *Non recito* reposui ex quibusdam Lambini MSS. *Non recitem*, ut hic versus superioribus cohæreat: Torrentius reperit in suis *Nec recito*, quod minus concinnum est. Bentleius arbitrio sui ingenii reposuit *Nec recitem quicquam*; verum quid opus hoc? Bax. Opus omnino videtur. Nam *cuiquam* supervacuum facit sequens versus: *quidquam* excludit omne genus recitationis. Ges.

74 *In medio qui*; motus autoritate Veteris Interpretis Dialogismum feci. *Hoc totum urbanissima amaritudine dicitur.* Vet. Schol. Bax.

Objicitur Horatio, si ipse non recitet, alios tamen esse, qui talia recitent, vel in ipso foro. Subjicit lepide poeta, etiam in balneis hoc facere quosdam, ubi suavius resonet vox. Sed magis serio addit, hoc facere homines vanos &c. Rejectus ita adversarius, In hoc ipso, ait malitiam esse, quod non recitet, ut tutius posit lædere ex occulto &c. Ges.

76 *Conclusus*, h. e. concameratus. Bax.

Inanes dicuntur stolidi superbi. Bax.

78 *Tempore alieno*, h. e. intempestive, et per hoc importune. Bax.

79 Ratio nobis non apparet cur Bentleius hoc in loco præferat *Inquit* tam tenui autoritate ductus. Etsi faterer esse tantundem, nisi quod Dialogismo nostro magis conveniat *Inquis*. Bax.

Studio facis, h. e. consulto hoc facis, quo tutius lædas, dum lates: *pravum* autem perversum dicit natura, seu malignum. Bax.

Unde petitum est saxum hoc quod in me conjicis? Allegoricῶς. Bax.

81 *Vixi cum quibus*; h. e. convictorum meorum,

Hoc in me jacis : eſt autor quis denique eorum,
Vixi cum quibus ? Abſentem qui rodit amicum ;
Qui non defendit, alio culpante ; ſolutos
Qui captat riſus hominum, famamque dicacis ;
Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa tacere
Qui nequit ; hic niger eſt, hunc tu Romane caveto.
Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos ;
E quibus unus avet quavis aſpergere cunctos,
Præter eum qui præbet aquam ; poſt hunc quoque po-
Condita ~~cum~~ verax aperit præcordia Liber : [tus,
Hic tibi comis, et urbanus, liberque videtur,
Infeſto

meorum. quibuſcum convivari ſolitus ſum. Nam *vivere edere eſt* & *bibere*, unde victus. Mæcenatem ſignificare videtur. Bax.

83 *Captat*, aucupatur, ſectatur. Bax.

Dicacis, h. e. mordacis. *Qui maledicendo riſum movet.* Vet. Schol. Bax.

85 *Hic niger eſt* ; i. e. *Malus & venenatus.* Virgil. Æn. 4, 514. *Nigri cum lacte veneni.* Vet. Schol. Sic & Juvenalis, 1, 72 *Nigros efferre maritos.* Bax.

Romane ; bonam habet Emphaſin candoris Romani, & tangit exteros. *Hunc te oportet metuere, non me.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

86 *Tribus lectis* ; *Triclinium dictum eſt a tribus lectis.* Vet. Schol. Bax.

87 Bentleius in uno exemplari ſcribi dicit *amet* pro *avet*, quod ob eam rem ille præferendum putat, non ego. Bax. Præferunt *amet* cum Bentleio Cuningamus & Sanadonus, quod conjunctivus hic videatur commodior. *Quavis.* poteſt ſignificare *quavis ratione* ut *qualibet :* niſi milis legere cum Mureto, *quavis—aqua*, ut *qui præbet* ſit deſcriptio convivatoris. Si quid mutandum ſit, ego optem in bono libro legi *unus—quivis*, id eſt, *unuſquiſque. Qui præbet aquam* (V. Sat. 2, 2, 69) eo genere extenuationis dici videtur, ut *ad ſorbitionem* invitant hodie, qui lautas epulas inſtruxere. Ges.

88 *qui præbet aqu.* convivatoris eſt præbere aquam abluendis convivis. hæc itaque periphraſis eſt convivatoris, cujus pro antiquo more, ante cœnam erat curare non minus, ut aqua præberetur, quam cibus miniſtraretur a pueris. Cruq.

Qui præbet aquam ; convivatorem dicit ; hic enim præbet aquam qua reliquos convivas aſpergit, dum vino & epulis ad dicacitatem linguam ejus acuit, & commodum facit videri ſodalem, alias mutum futurum. Nam hujuſmodi ſcurræ ſolis ſtudent gratificari patronis : bene igitur *avet* & *quavis*. Interpretes nihil hic videre. Bax.

89 *Condita.* Liber unus e noſtris *Candida*, quod nihil moror. Torr.

90 *Comis* ſuavitate, *urbanus* ſalibus, & *liber* apertis jocis & præſenti fiducia. Bax.

Infeſto nigris. Ego, ſi riſi quod ineptus
Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum,
Lividus et mordax videor tibi. Mentio ſi qua
De Capitolini furtis injecta Petillî
Te coram fuerit; defendas, ut tuus eſt mos:
¶ Me Capitolinus convictore uſus amico—
—que a puero eſt, cauſaque mea permulta rogatus
Fecit; et, incolumis lætor quod vivit in urbe:
Sed tamen admiror, quo pacto judicium illud
Fugerit. ¶ Hic nigræ ſuccus loliginis; hæc eſt
Ærugo mera; quod vitium procul afore chartis,

Atque

93 Invidus *Mſ. Mus. Br. F.* 94 Capitolinis *G.* 95 furis *pro* furit *Zar.* defenſas *Sax.* defenſes *Cun.*

91 *Infeſto nigris*; h. e. qui vis videri infeſtus, & me culpas ob Ruſillum & Gorgonium propter leves ineptias a me deriſos. (Vid. Sat. 1, 2, 27) Bax.

93 *Lividus* idem eſt qui & niger. *Malos homines atros & venenatos dicere ſolemus.* Vet. Schol. *Livor voluntas venenata eſt*, ut idem Schol. Bax.

94 *Petillius dum Capitolii curam gereret, coronæ ſublatæ cauſam dixit, abſolutuſque eſt a judicibus in gratiam Auguſti, cujus amicus erat.* Vet. Schol. Cruq. *Petillius cum Capitolio præeſſet, coronam Jovis rapuit; & ex crimine Capitolinus dicebatur.* Alter Schol. Diſſimulanter & per tranſitum Petillium graviter percutit. Bax.

95 Ineſt aſſeveratio voci *defendas*; quaſi diceret, nil dubito quin ſis defenſurus: nam ἐν ὕδατι proferendum eſt; eſtque mira Ethopœia, ſive Mimeſis, in ſequentibus. Bax.

99 *Judicium illud*; *capitalem ſententiam.* Vet. Schol. Bax.

100 *Nigra ſucc. lol.* loligo quaſi voligo, ut habet Varro lib. 4. piſcis genus, effert enim ſe extra aquam, & ſubvolat, tanta multitudine, ut naves mergantur, teſte Plin. lib. 32. cap. 2 Loligo autem externe quidem eſt alba. ſed nigra dicitur ob ſuccum nigrum; eſt enim ex ſepiarum genere. Cruq.

Notum eſt *loliginis*, ſive ſepiæ, ſanguinem nigri eſſe coloris. Bax.

Sepia Loligo. Linn.

101 *Afore*. Sic habent plerique codices manuſcr. iique longe optimi: neque dubium eſt, quin ita ſit reponendum. nam neque abfui, abfuiſti, &c. neque abfore, neque abfuturum dicebant veteres: ſed afui, afuiſti, &c. & afore, & afuturum. Lam.

Abfore. Non male Lamb. *afore*; nam nos quoque in tribus optimis codicibus *affore* ſcriptum reperimus, pro *afore*, ut ſæpe in Pandectis Florentinis *afuit* pro *abfuit*. Sed meminiſſe debemus, quod Gellius quoque lib. xv. c. 3. annotavit, in duobus tantum verbis, *aufero & aufugio*, quamquam a præpoſitione *ab* formata ſint, quo vox pronuntiatu audituque lenior eſſet, *au* particulam ſuppoſitam fuiſſe, ut in libro, qui Orator inſcribitur,

Atque animo prius, ut ſi quid promittere de me
Poſſum aliud, vere promitto. Liberius ſi
Dixero quid, ſi forte jocoſius, hoc mihi juris
Cum venia dabis: inſuevit pater optimus hoc me;
Ut fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
Cum me hortaretur, parce, frugaliter, atque
Viverem uti contentus eo, quod mi ipſe paraſſet:
Nonne vides, Albî ut male vivat filius? utque
Barrus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere

103 Aliquid *Mſs. Mus. Br. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br. pro* vere, de me *Han.* 105 Inſtituit *Mſ. Mur. Br. G.* 109 Atque *Mſ. Muſ. Br. G.* 109 utqui Panis inops *vel* Farris in *conj. Bentl. Et videtur* Panis *a prima manu eſſe in G.* Barris *habet Z.*

inſcribitur, ipſe Cicero tradidit, non taciturus, ſi in pluribus id verbis contigiſſet. quare *abfore* retineo. TORR.

Ex ærugine χαίλκανθος, ſive atramentum ſutorium, conficitur, Cruquius. BAX.

Lambini & Cruquii ſcripti Codices magno conſenſu legerunt *afore* pro *abfore*, quod mihi cum Cruquio placuit. BAX.

102 *Prius*, h. e. magis. Mavult enim hoc vitium chartis ſuis adhærere quam animo. BAX. Quin naturæ iſta lex, ut in chartas transferantur vitia animi: niſi prius ſit animo concepta malitia, nec in charta erit. BAX.

105 Inſevit pat. opt. hoc me ut fugerem. Sic ſummo librorum omnium conſenſu legitur. et recte. Lamb. locum hunc mutare auſus eſt, ac legere: *inſevit pater optimus hoc mi.* ſed male, ni fallor. TORR.

Inſevit pater optimus hoc mi. quæ caſtigatio etiam ſi non ſit pœnitenda, juxta id quod ode IV, 4, 29. ſcriptum eſt, *fortes creantur fortibus, & bonis; eſt in juvencis, eſt in equis patrum virtus*, &c. CRUQ.

Inſuevit pater; ſignificat Satyram ſuam paternis monitis imputandam. BAX.

106 Ordo eſt; *Notando quæque vitiorum ut fugerem.* Proprie Cenſoris erat *notare*. BAX.

108 *Quod mi ipſe paraſſet*. Codex Leidenſis eximiae vetuſtatis, PARASSEM. Sed Priſcianus p. 1034. Atque *poëtice poſtponitur. Horatius in I. Sermonum,*

Cum me hortaretur, parce, frugaliter atque,
Viverem uti contentus eo, quod mi ipſe paraſſet.

ubi *paraſſet* itidem inveni in tribus codicibus ſcriptis. Ceterum delirat acumen Grammatici; cum *atque* hic poſtponi exiſtimat. Ordo enim eſt, *Uti viverem parce, frugaliter, atque contentus eo quod ipſe mi paraſſet:* ut ſciunt etiam qui nondum ære lavantur. BENTL.

109 *Nonne vides*, &c. Hæc ſunt exempla. attende autem mirum poëtæ artificium, qui dum ſimulat ſe hoc agere, ut exponat, quemadmodum a patre fuerit inſtitutus, quaſi aliud agens, multorum vitia urbaniſſime notat. quod reprehendendi genus & ſatyricum eſt, & ab Horatio divinitus uſurpatum, ac ſervatum: a Juvenali & Perſio aut ignoratum, aut neglectum. LAM.

Albî ut male; multos probroſis jocis percutit. Vet. Schol. Vafre nomina adjecit de ſuo, ac ſi a patre accepiſſet. Sunt qui Albii filium Albium Tibullum Poetam fuiſſe exiſtimant; & merito forſan, cum nepos & is fuerit. BAX.

110 *Barrus inops; viliſſimæ libidinis atque*

Perdere quis velit. A turpi meretricis amore
Cum deterreret, Sectani diſſimilis ſis.
Ne ſequerer mœchas, conceſſa cum Venere uti
Poſſem, Deprenſi non bella eſt fama Trebonî,
Aiebat. Sapiens, vitatu quidque petitu
Sit melius, cauſas reddet tibi: mi ſatis eſt, ſi
Traditum ab antiquis morem ſervare, tuamque,
Dum cuſtodis eges, vitam famamque tueri
Incolumem poſſum: ſimulac duraverit ætas
Membra

111 At turpi *Med.* 1477. *Ven.* 1479. & *MS. Mus. Br. D.* 115 vitatum—petitum *coll. Sax.* Quodque *MS. Mus. Br. F. Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 119 Poſſim *MS. Mus. Br.*

vitæ fuit, adeo ut Æmiliam virginem Veſtæ inceſtaſſe dictus ſit; certe adulteras ſinceriſſima cupiditate ſectabatur. Vet. Schol. ad Satyr. 6. Hunc *Titum Veturium Barrum* dicit Dacerius. Quid refert ſcribere cum Bentleio *Barus* pro *Barrus?* Certe *Barri* Pœnis dicebantur elephanti. BAX.

111 Scite poſuit *quis velit* pro *tu velis*. BAX.

112 *Sectani diſſimilis ſis.* Retentum eſt hoc nomen ex editionibus priſcis: neque in membranis apparet niſi in uno codice Cruquii. Ceteri fere omnes SCETANI. Et neutrum quidem horum alibi legiſſe memini. Tutius tamen eſt in incertis plurium exemplarium auctoritatem ſequi. BENTL.

Sectani, mœchi. Vet. Schol. Cruq. Bentleio de more ſuo magis placuit ignotius nomen *Scetani*. Sed iſta varietas debetur exſcribentium inſcitiæ, quod non poſſent vel ipſi quædam legere. BAX.

114 *Deprenſi Trebonî; hic in adulterio deprenſus fuit.* Vet. Schol. BAX.

115 *Quidque petitu.* Antiquiſſimi codd. *Quodque petitu*, & mox *reddat*, pro *reddet*. TORR.

Sapiens, Philoſophus. Vet. Schol. BAX.

116 *Cauſas reddit:* h. e. demonſtrabit tibi Dialecticis argumentis: nam Magiſtrorum *eſt cauſas cognoſcere rerum.* BAX.

117 *Servare*, tenere, & caute obſervare. BAX.

118 *Dum cuſtodis eges*; impuberes ſub Pædagogis erant: curatores vitæ & morum hi erant. BAX.

119 *Incolumem poſſim.* Aliquot libri veteres habent *poſſum*. LAM.

Incolumem poſſum. ſic habent omnes manuſcripti & rectius quam poſſim, teſte Diomede, quem ligito; nec non Linacrum, ut ſcire poſſis quando τὸ ſi, finitivis jungitur, quando ſubjunctivis. CRUQ.

Incolumem poſſim. Et hoc quoque, quia ſcmel editiones priſcas occupaverat, patienter tulerunt Interpretes; etſi in omnibus fere membranis POSSUM reperiri ultro fateantur. Atqui uſus loquendi indicativum modum hic poſtulat: *ſatis eſt mihi, ſi* poſſum *vitam & famam tuam tueri incolumem.* BENTL.

Sive *poſſim*, ſive *poſſum* ponas cum Bentleio, intererit nihil. BAX. *Poſſum*, quod fere habent MSS. magis placet, quod fiduciam, certe bonam ſpem magis indicat. GES.

Duraverit; *firmaverit.* Vet. Sch. Uſus rerum firmat animum. BAX.

120 *Nubis*

Membra animumque tuum, nabis ſine cortice. Sic me
Formabat puerum dictis: et ſive jubebat
Ut facerem quid, Habes autorem quo facias hoc;
Unum ex judicibus ſelectis objiciebat:
Sive vetabat, An hoc inhoneſtum et inutile factum
Necne ſit, addubites, flagret rumore malo cum
Hic atque ille? Avidos vicinum funus ut ægros
Exanimat, mortiſque metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent

124 fragret *Bos Anim. p.* 65.

120 *Nabis ſine cortice; vives tuo arbitrio: Proverbialiter poſuit.* Vet. Schol. Nam cortex ſuber eſt. Bax.

121 *Formabat.* inſtituebat, docebat, ut epiſt. ad Auguſt. libr. 2. 1, 128. *Mox etiam pectus præceptis format amicis.* Lam.

122 *Autorem* modo poſuit pro exemplum. Bax.

123 *Unum ex judic. ſelect. objic.* pater objiciebat, id eſt, opponebat, ſeu ante oculos ponebat unum ex judicibus ſelectis, & ita dicebat, *habes auctorem, &c.* habes illum, cujus auctoritatem ſecutus, ita vivas. ſelecti judices dicebantur ii, qui a prætore urbano vel ex ſenatorio vel ex equeſtri ordine, vel ex tribunis ærariis, (non enim ſemper idem ordo præfuit rebus judicandis) ſeligebantur, atque in albo proponebantur. M. Tull. in orat. pro Cluent. 43. *Deinde prætores urbani, qui jurati debent optimum quemque in ſelectos judices referre, numquam ſibi ad eam rem, cenſoriam ignominiam, impedimento eſſe oportere duxerunt.* libri aliquot antiqui & manuſcr. habent *unum ex judicibus electis.* quod eo lectori indicavi, ut videat, s, vocis *ſelectis*, eſſe omiſſum a librario propter vocem antecedentem in ſimilem litteram, deſinentem. Lam.

Judices equites Romanos dixit, ex equeſtri enim ordine judices leguntur hodieque. Vet. Schol. Bax.

Objiciebat, h. e. proferebat & ob oculos ponebat. Bax.

124 Lambini, Cruquii & Torrentii Codices habebant *inutile factum*, pro *factu*, magno conſenſu. *Inutile* pernicioſum dicit, & *factum* modo participium eſt, h. e. ſi fuerit a te factum. Male igitur Bentleius repoſuit *inutile factu* in iſto loco. Bax.

125 *Addubitat* qui paulum dubitat. Bax.

Longe lateque conſpicitur quod *flagrat*. Bax. *Flagitium* cognatæ originis nomen videri poteſt, propter quod aliquis flagrat rumore malo. Ges.

126 *Avidos. Avidus* eo ab *avaro* differt, ut inquit Nonius; quod *avarus* ſemper cum reprehenſione, *avidus* cujuſcumque rei etiam honeſtæ cupidus dicitur. In quo quamquam erret, quod ad *avari* vocabulum attinet, fere tamen ita utimur. Salluſtius: B. C. vii. *Laudis avidi, pecuniæ liberales erant.* Torr.

Avidos, intemperantes. Vet. Schol. Bax.

127 *Exanimat*; h. e. immaniter terret. Bax.

Sibi parcere, vitæ indulgere. Vet. Sch. Bax.

128 *Teneros,*

Abſterrent vitiis. Ex hoc ego ſanus ab illis,
Perniciem quæcunque ferunt; mediocribus, et queis
Ignoſcas, vitiis teneor; fortaſſis et iſthinc
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus,
Conſilium proprium: neque enim, cum lectulus aut me
Porticus excepit, deſum mihi: Rectius hoc eſt;
Hoc faciens, vivam melius; ſic dulcis amicis
Occurram; hoc quidam non belle; num quid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? Hæc ego mecum
Compreſſis agito labris: ubi quid datur otî,
Illudo chartis: hoc eſt mediocribus illis
Ex vitiis unum; cui ſi concedere nolis,

Multa

131 Teneros, nondum uſu duratos. BAX.

129 *Sanus* eſt qui non deſipit: nam deſipere dicunt Stoici qui non ad naturam & rectam rationem vivunt. BAX.

131 *Teneor*, h. e. invitus teneor. *Dum me Galatea tenebat, Nec ſpes libertatis erat.* Virg. E. 1, 32. Unde Lud. de Deſprez habuit ſuum *tentor?* BAX.

133 *Conſilium proprium*; h. e. cogitatio. BAX.

134 *deſum.* is autem non deeſſe ſibi dicitur, qui ſecum quid ſui ſit officii, quid mature facto opus ſit, cogitat. CRUQ.

Rectius hoc; *inducit verba qua cogitat.* Vet. Schol. BAX.

135 *Melius*; h. e. ſuavius: contra *male vivit*, qui ſuaviter. BAX.

136 *Occurram* modo pro conveniam, vel ſim una. BAX.

Non belle, Litotes eſt, pro *inhumane*. BAX.

137 *Imprudens*, inconſultus & per hoc affectibus indulgens. BAX.

138. *Compreſſis agito labris*, h. e. tacitus ultra citraque animo voluto. „*Sermones duo ſunt*, ἐνδιάθετος καὶ προφορικὸς, *prior incluſus, poſterior prolatus.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

139 *Illudo chartis*; *perdo chartas ſcribendo: urbaniſſime apponit vitio Poemata ſcribere: ſed & cætera quæ ſubjecta ſunt eadem urbanitate dicuntur.* Vet. Schol. Dicitur & *illudere pecuniæ*, qui ea abutitur & quaſi habet ludibrio. BAX.

140 & 141 *Cui ſi concedere nolis.* Totus hic locus ad hunc modum conſtitui debet:

cui ſi concedere NOLES,
Multa poëtarum VENIET *manus, auxilio* QUAE
Sit mihi.

At Editio prima Veneta cum codicibus aliquot, *auxilioque:* Veneta altera cum Loſcheriana *auxiliumque.* Ubi autem *que* ſemel admiſſum eſt loco *quae*; reſtabat ut *veniat* reponeretur, quo aptius conveniret cum *ſit. Veniet* tamen recte habetur in Zulichemiano, & uno Berſmanni. *Veniet* manus poëtarum & *cogemus.* Si *veniat* retines, utique dicendum

131 Al. tentor. 139 Incombo *Mſ. Mus. Br. B.*

Multa Poëtarum veniat manus, auxilio quæ
Sit mihi (nam multo plures sumus) ac veluti te
Judæi cogemus in hanc concedere turbam.

SATIRA V.

ITER BRUNDUSINUM.

Egressum magna me excepit Aricia Roma
Hospitio modico; Rhetor comes Heliodorus,
Græcorum linguæ doctissimus. Inde Forum Appî,
Differtum

1 cepit *Mss. Mus. Br. B. G.* accepit *Mss. Mus. Br. C. D. F.* 3 linguæ *etiam coll. Sax. & Zar. Al.* longe. & longe *Ms. Mus. Br. C.*

dum erit *cogamus*. Joannes Saresberiensis III, 13. *Illico multa adulatorum* veniet *manus*, *& veluti te Judaei cogent in suam concedere turbam*. Recte autem *veniet quae sit:* ut Seneca loco paullo ante laudato Epist. LXV. Intervenerunt *amici*, *qui mihi vim* afferrent, *& tamquam aegrum intemperantem* coërcerent. Superest igitur, ut pro *nolis* rescribamus *noles:* nam pro *noles*, *nolis*, pro *voles*, *velis* passim substituunt Librarii. Bent.

Concedere modo pro parcere & remittere positum est. Bax.

Magis placet mihi *nolis* & *veniat* modo dici dubitativo, quam cum Bentleio *noles* & *veniet* Indicativo. Loquitur enim tanquam de re probabili atque verisimili, minando tantum. Bax.

141 Operæ quæcunque *manus* dicuntur. *Multorum manibus grande levatur opus*. Bax.

142 Belle & hunc locum expolivit Juvenalis, 1, 17: *Stulta est clementia, cum tot ubique Vatibus occurras, periturae parcere chartae*. Bax.

Veluti Judæi; isti in sacris argumento uti baculino consuevere: a dominis Ægyptiis traxere & vicinos odisse & vicinorum numina violare: utrumque tamen a Mose prohibitum est. Atque hac de re Juvenalem vide Sat. 15, 36. Bax.

143 *In hanc concedere turbam*; h. e. pedibus ire in sententiam majoris numeri; est autem grex & turba fere viliorum multitudo. Bax.

1 *Lucilium hac Satyra æmulatur Horatius iter suum a Roma usque Brundusium describens, quod & ille in tertio libro fecit, Primum a Roma Capuam usque, & inde fretum Sicilense.* Vet. Sch. *Egressus Roma dicimus & Romam.* Alter Schol. Bax. An *Roma* hic *magna* dicitur ut *Græcia magna*, cum extensione quadam, quia *egressum* statim Aricia excipit? Ges.

3 Pro *longe* quinque Cruquii totidemque Torrentii scripti Codices legerunt *linguæ*; quod & Lambinus legerat in suis. Et bene *linguæ* de Rhetore. Ordo est, quasi diceret; *Græcorum omnium doctissimus linguæ*, h. e. Artis Oratoriæ. Sic & Cic. offic. 1, 22. *Concedat laurea linguæ*.

Differtum nautis, cauponibus atque malignis.
Hoc iter ignavi diviſimus, altius ac nos
Præcinctis unum: minus eſt gravis Appia tardis.
Hic ego, propter aquam, quod erat tererrima, ventri
Indico bellum, cœnantes haud animo æquo
Exſpectans comites. Jam nox inducere terris
Umbras, et cœlo diffundere ſigna parabat:
Tum pueri nautis, pueris convicia nautæ
Ingerere. ¶ Huc appelle. ¶ Trecentos inſeris, ohe!
Jam

7 deterrima *MSS. Mus. Br. C. F. G.* deterrima *etiam G. & edd. primæ.* 11 Tunc *MSS. Mus. Br. B. G.*

linguæ. Mirum eſt Interpretes hoc non advertiſſe. Quin & ipſe Bentleius, egregius Criticus, me ficco pede præteriit, quod is fit magno animo & ὑπερόπτης minorum. BAX. Si *Græcorum linguæ* fit vera lectio, interpreter Græce loquentium, qui plures ſunt longe, quam natione Græci. GES.

4 Nominatis jam nautis & cauponibus, & hos & reliquos omnes voce *malignis* complectitur. *Malignis deeſt hominibus*. Vet. Sch. *Malignos* nunc dicit naturæ perverſitate inhumanos, & *hoſpitibus feros*. BAX. *Malignos* aptum cauponibus epitheton iis qui *maligne* i. e. parce nimis pro ratione mercedis præbent neceſſaria. GES.

5 *Hoc iter*; i. e. *Ab urbe uſque ad Forum Appii biduo venimus*. Vet. Schol. BAX.

Altius præcingebantur ſtrenuiores, remiſſiores demiſſis tunicis incedebant. BAX.

6 *Minus gravis*; *quia habitaculis frequentatur, ubi poſſunt manere quocunque pervenerint*. Vet. Schol. BAX.

7 *Propter aquam, quod erat deterrima*. Codex Pulmannianorum optimus TETERRIMA: quod placet: etſi & alterum bene ſe habeat. Ita Propertius, 2. 24, 27. & Lucretius, 2, 400. *tetra venena, tetra abſinthia*. Idem VI, 21. *Partim quod* tetro *quaſi conſpurcare* ſapore. & II, 509.

Namque aliis aliud retro quoque tetrius *eſſet*
Naribus, auribus, atque oculis, oriſque ſapori.

teterrima igitur, quia & malo ſapore, & inſalubris. BENTL.

Propter aquam; *Hodie in Foro Appii viatores propter aquam, quæ ibi teterrima eſt, manere vitant*. Vet. Schol. Hinc patet nuperos Editores male repoſuiſſe *deterrima* pro *teterrima*. Nam fœtidam eſſe vel hodie Cruquius oſtendit ex Blondo. BAX.

Ventri indico bellum, Proverbialis Elocutio ſatis ſcita. BAX. Denuncio ventri inediam, h. e. non coeno. ef. infra Serm. II, 8, 5. ZEUN.

9 Ἐν ὕδῳ dicitur *exſpectans*; ſignificat enim cœnam viſam fuiſſe ſibi nimis prolixam, quod non & ipſe cœnaret una. BAX.

Jam nox inducere; ſuaviter deridet Epici Carminis Scriptores, ſive hæc de ſuo protulerit, ſive verba ſint alicujus Poetæ. BAX.

11 *Pueros* dicit comitatus ſui ſervos. BAX.

Convicium eſt quaſi *convocium*, ut bene Torrentius ex Ulpiano. BAX.

12 *Ingerere*; de *conviciorum plauſtris* cogitabat, & ſupplendum eſt extrinſecus *incipiunt*. BAX.

Huc

Jam ſatis eſt. ¶ Dum æs exigitur, dum mula ligatur,
Tota abit hora: mali culices, ranæque paluſtres
Avertunt ſomnos: abſentem ut cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta, atque viator
Certatim: tandem feſſus dormire viator
Incipit; ac miſſæ paſtum retinacula mulæ
Nauta piger ſaxo religat, ſtertitque ſupinus.

Jamque

15 ut cantat *etiam H. G. Sax Z. Sine* ut *Mſ. Mus. Br. D.*

Huc appelle; huc applica navem; verba ſunt alicujus ex ſervis ad nautam. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Verba ſunt nautæ iraſcentis, cum plures navi imponantur, quam pepigerat. Vet. Schol. Bax.

Obe! vox eſt ſatietatis. Donatus. Hoc adnotabat Cruquius. Bax.

13 *Æs*, h. e. *naulum.* Vet. Schol. Bax.

Mula ligatur: mula enim jungenda erat, quæ contra aquam navigium traheret. Vet. Schol. Bax.

14 *Mali*, h. e. peſtiferi: diritas eſt in voce *mali*. *Culices tintinnialas vocant plebeii a ſonitu alarum.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Ranæque paluſtres; quia ab Appii Foro per paludes navigatur, quas paludes Cæſar derivavit. Vet. Schol. Paludes dicit Pomptinas: navigatio autem per foſſam hujus derivationis fiebat, ut ex Strabone oſtendit Cruquius. Bax.

Culex pipiens. Linn.

Rana temporaria. Linn.

15 *Abſentem cantat amicam.* Torrentiani codices non pauci *abſentem* ut *cantat*, quod quid ſit neſcire ſe confitetur. At e ſex Pulmanni haud pauciores quinque idem praeferunt. Quin etiam ex noſtris Leidenſis, Galeanus, Magdalenenſis, Franekeranus, & a prima manu Petrenſis in eadem lectione conſpirant. Neque vero quid ſibi velit ſcire difficile eſt: continuanda enim ſententia eſt in hunc modum,

abſentem ut *cantat amicam*
Multa prolutus vappa nauta atque viator
Certatim: tandem feſſus dormire viator &c.

hoc eſt, *Ut*, ſive *dum cantat nauta, & viator amicas; tandem viator ſomno opprimitur.* Terent. Adelph. III, 3, 52.

Nam ut *numerabatur forte argentum, intervenit*
Homo de improviſo.

Plaut. Menaech. Prol. 63.

Nam rus ut *ibat, forte* ut *multum pluverat,*
Ingreſſus fluvium rapidum ab urbe haud longule,
Rapidus raptori pueri ſubduxit pedes.

Quanto melius hoc concinniuſque fit vulgato, quivis opinor videat. Ceterum extritum eſt *Ut* a Librariis quibuſdam; tum quia (quod Torrentius paſſus eſt) quid eſſet neſciebant; tum quia eo ejecto menſura verſûs incolumis adhuc manebat. Bentl.

Recte Bentleius ex plurimis Libris interſerit *abſentem ut cantat.* Bax.

Bene *cantat*, ſubjecturus *prolutus vappa.* Bax.

16 *Vappa; vino malo & evanido.* Vet. Schol. Bax.

18 *Retinacula, chordæ quibus mula traxerat navem.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Ac paſtum miſſæ. Cun.

19 *Nauta in navi; viator qui mulam ducebat.* Vet. Schol. Bax.

Saxo; lapidi Termino, puto, vel magis milliari. Bax.

Jamque dies aderat, cum nil procedere lintrem
Sentimus: donec cerebroſus proſilit unus,
Ac mulæ nautæque caput lumboſque ſaligno
Fuſte dolat: quarta vix demum exponimur hora.
Ora manuſque tua lavimus, Feronia, lympha.
Millia tum pranſi tria repimus, atque ſubimus
Impoſitum

20 nil cum *Sax. G. Z. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *& forte omnes ante Ald. etiam R. Steph. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G.* 22 *&* mulæ *Ms. Mus. Br. C.* 23 exponimus *coll. Sax.* 24 lavimus *noſtri omnes.* lavimur *Bentl. conj.* 25 tunc pranſi *Mſ. Mus. Br. G.* repſimus *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

20 An magnum putat Bentleius de *cum nil* reponere *nil cum*, & de *lavimus* [v. 24] *lavimur*, ex ſola Heinſii conjectura? In cauſa fuerat rarior ſcriptura. BAX.

21 *Cerebroſus; cui cerebrum facile ad inſaniam movetur.* Torrentius. Αὐθάδης, *iracundus.* Vet. Schol. *Qui totus ſuo conſilio hæret.* Landinus. BAX.

22 Bene *ſaligno*, cum in paludibus eſſent. BAX. Jucundum νῆδος cerebroſi qui mulam & nautam nullo diſcrimine habet. GES.

23 *Dolat, ferit & graviter verberat.* Vet. Schol. Cruq. Immani ſcilicet ictu; qualem fabri lignarii dolabra ſua infligunt. BAX.

24 *Ora manuſque tua lavimus.* Præſtantiſſimus N. Heinſius in codicis ſui margine; *Forte*, inquit, LAVIMUR. Nihil veriſimilius: nam in his & ſimilibus Paſſiva potius uſurpant boni ſcriptores. Ita Arte Poët. v. 302.

Qui purgor *bilem ſub verni temporis horam.*

ubi codices non pauci mendoſe habent *purgo.* Quintil. Inſtit. I, 11. *At* lavimur, *& tondemur, & convivimus ex conſuetudine.* C. Gracchus apud Gellium X, 3. *Uxor edixit ſe in balneis virilibus* lavari *velle: datum eſt negotium, uti balneis exigerentur, qui* lavabantur. Plinius Epiſt. III, 14. Lavabatur *Largius Macedo in villa Formiana——Cum in publico Romae* lavaretur. Ovidius Faſt. II, 167.

Hac, ait, in ſilva, virgo Tegeaea, lavemur.

Epigramma vetus apud Pithoeum p. 3.

Parce meum, quiſquis tangit cava marmora, ſomnum
Rumpere: ſive bibas, ſive lavere, *tace.*

Ita & Graeci Λούομαι uſurpant. Apud Eutychen quidem Grammaticum *Lavimus* hodie legitur, p. 2186. *Lavo lavis tertiae conjugationis: ut Horatius II. Carm. 3, 18. Villaque, flavus quam Tiberis* lavit. *Idem Serm. lib. I. Ora manuſque tua* lavimus *Feronia limpha. Quod & primae conjugationis invenitur: Juvenalis lib. 2, 152. Nec pueri credunt, niſi qui nondum aere* lavantur. Neque tamen inde colligas, ipſum Eutychen ſic legiſſe. Poterat enim paſſive proferre, ut ex Juvenalis loco conſtat. Ceterum Terentius & activum & paſſivum ſimul adhibuit. Eunuch. III, 5, 47.

Cape hoc ſtabellum, ventulum huic ſic facito, dum lavamur:
Ubi nos laverimus, *ſi voles,* lavato: *accipio triſtis.*

Ubi *lavamur* acceptum referimus Donato, & codicibus Faërni Bembino & Victoriano. Ceteri omnes perperam *Lavamus:* ut hic Horatii codices *lavimus.* BENTL.

Lavimus; religionis cauſa. Torrentius. BAX. *Lavimus* tanto magis retinendum putabamus, quod ipſum ſæpe intranſitive ponitur. GES.

Fanum Feroniæ in tertio milliario eſt a Tarracina; hæc eſt Jovis Anxuris uxor. Vet. Schol. Dionyſio Halicarnaſſeo Feronia Juno Anthia eſt, ſive Ἀνθηφόρος, ut oſtendit Torrentius. BAX.

25 *Repimus; quia illis temporibus adhuc Tarracinenſis urbs in altiſſimo monte erat, inde poſtea in æquiorem*

Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.
Huc venturus erat Mæcenas, optimus atque
Cocceius: miſſi magnis de rebus uterque
Legati, averſos ſoliti componere amicos.
Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere. Interea Mæcenas advenit, atque
Cocceius, Capitoque ſimul Fonteius, ad unguem
Factus homo, Antonî, non ut magis alter, amicus.
Fundos Aufidio Luſco Prætore libenter
Linquimus,

æquiorem locum depoſita eſt; ut non ſolum ſint adhuc veſtigia ædificiorum in monte, ſed & murorum. Vet. Schol. Bax.

26 *Late candentibus, mons ille in quo Tarracina conſtituta erat, non candida ſaxa habet, ſed calci coquendæ aptiſſima; ergo a calce videtur candida dixiſſe.* Vet. Schol. Bax.

Anxur, Tarracinam dicit, Anxur autem dicta quod ibi imberbis colitur Jupiter. Vet. Schol. Græcis Ἄξυρος vel Ἄγξυρος, atque ob hanc cauſam *Anxur* nonnunquam maſculinum eſt. Bax.

27 *Cocceius Nerva proavus Nervæ, qui poſtea imperavit Romæ, mandavit Auguſto, ut mitteret, qui de ſumma rerum tractarent. Ergo miſſus eſt Mæcenas cum Agrippa qui utrumque exercitum in una caſtra coegerunt, ut ait Livius Lib.* cxxvii, 24. Vet. Schol. Bax. Malim referre *optimus* ad *Cocceium:* Mæcenas nomine ſuo jam ſatis ornatus. Ges.

29 *Averſos ſ. c. a. Adverſos* habent tres libb. m.s. quod mihi ſane magis placet, & cum verbo *componere* magis convenit. Torr.

Cauſa diſſidii Auguſtum inter & M. Antonium erat Lucius Antonius Conſul, Triumviri frater, qui Reipublicæ & Brutianarum partium amorem præ ſe ferens, in Auguſtum arma moverat, fratriſque auxilium impetraverat. Tandem vero matris Juliæ rogatu & Cocceii Nervæ hortatu Antonius cum Auguſto pacem fecit, accepta in matrimonium Octavia Auguſti ſorore. Qua de re vide Appianum Alexandrinum. Bax.

30 *Ex frequentiſſimis collyriis eſt id, quod quidam cythion, quidam a cinereo colore tephrion appellant.* Corn. Celſus, lib. VI, 7. Ridiculus eſt Dacerius cum Horatio collyria ex aquis deſtillatis hodiernum in morem confecerit. Bax.

Lippus, h. e. quod lippus eſſem. Bax.

31 *Illinere;* ſupplendum extrinſecus incipiebam: h. e. *Illinebam eotem, ut poſtea oculos inungerem.* Vet. Schol. Bax.

32 *Ad unguem factus homo, tranſlatio a marmorariis, qui juncturas marmorum tum demum perfectas dicunt, ſi unguis ſuperductus non offendatur.* Vet. Schol. Ut nimis bellum atque concinnum deridet. Bax.

34 Fundi oppidum in via Appia Vet. Schol. Ges.

Prætorem pro magiſtratu dixit, h. e. Duumviro. Vet. Schol. Notum eſt Duumviros fuiſſe coloniarum Conſules. Eſt autem *Aufidio Luſco Prætore* Ablativus Cauſæ. Bax.

I. Sern. II. 3. 43.
II. 2. 36.
I. X. 72.

Linquimus, insani ridentes praemia scribae,
Praetextam, et latum clavum, prunaeque vatillum.
In Mamurrarum lassi deinde urbe manemus,
Murena praebente domum, Capitone culinam.
Postera

36 batillum *Z. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *Flor. it. H. St. Rutg. Bur. Maitt. Bentl. & Mss. Mus. Br. B. F. & G. secunda manu.* Catillum *quidam ap. Ascens. Ald. R. Steph.* prunei bacillum *Baruff. de quo V. N.*

Potuit Horatius *Praetoris* nomen irridendi causa ponere, idque eo magis, quod sibi hoc nomen interdum arrogabant magistratus municipiorum & coloniarum, ut Campani illi duumviri apud Cic. Agr. 2 c. 34. Ges. In nomine *Praetoris* videtur duplex jocus esse. Primum quod iste duumvir honorifico nomine Praetoris appellatur, sive quod a municipibus inepte tribuebatur, sive quod arrogabat cultum vestitumque Praetoris Romani: certe latus clavus hujus hominis non sine risu conspici poterat, praesente Maecenate tali tantoque viro, qui angusto clavo contentus erat. Deinde quod iste discessus a fundis, tanquam res magna & memorabilis accidisse dicitur *Ausidio Lusco Praetore*, imitatione Romanorum, qui aliquid eveniisse dicebant hoc & illo consule. —— *Libenter*, ob largam ridendi materiam. Zeun.

35 *Insani* modo posuit pro stolidi, atque Italo honore superbientis. Bax.

Praemia, insignia dignitatis. Vet. Schol, Bax.

Quia de Decuria scribarum fuerat. Vet. Sch. Erant autem scribae fere libertini generis. *Apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribae existimantur.* Cornel. Nepos. 18, 1, 5. Bax.

36 *Praetexta* superiorum erat magistratuum: toga haec erat colore quidem candida, sed purpureo limbo circumsepta. Bax.

Laticlavia tunica fere Senatorum erat propria, uti angusticlavia Equitum. Erant istis clavi purpurei panni albis tunicis insuti, clavorum forma; (aurei patagia dicebantur.) *Purpureus late qui splendeat unus & alter, Assuitur pannus.* De Arte Poet, 15. Bax.

Prunaeque vatillum; De balneis publicis prunas sibi domum a mediastinis afferri magni pendebat. Vet. Schol. Imo ignis tanquam Vestae numen summis magistratibus a πυρφόρῳ praeferebatur. Erat autem *vatillum* patella quaedam ferrea, qua ignis circumferebatur, quasi *parvum vas:* quod ostendit Rutgersius. Bentleius scripsit *batillum*, quod idem valet diverso prolatu. De *vas, vasis* vetuste *vatis*, fieri videtur *vatillum.* Bax. De insigni quodam honoris hic agi, certum est, qui non conveniret huic homini. *Bacillos*, singulos arbitror, decuisse talem magistratum, docet Cic. Agr. 2 c. 34. Quo minus *bacillos prunei* s. *pruni* probare possumus, quos huic loco inferre nuper conatus est H. Baruffaldus, vir doctissimus, de Hortatore nautico p. 141 (Opusc. scientiff. & philoll. To. 29.) Neque placet Landini sententia, prunas adhibitas stigmatis inurendis. Neque usitatus tum erat honos praeferendi ignis s. lampadum, quem postea usurparunt Imperatores Romani, de quo Lipsius ad Tac. An. Exc. A. Fuerit igitur hic *vatillus* s. *batillus* foculus sacrificandi causa praelatus huic magistratui: cum nihil rei majoris agere solerent fine sacrificio. Adventus autem Maecenatis & reliquorum res videri maximi momenti potuerit. Ges.

37 *Formias urbem significat, hinc namque fuit familia Mamurrarum honesto loco nata.* Vet. Schol. Bax.

38 *Murena*, frater hic erat Terentiae uxoris Maecenatis. Bax.

Domum; *hospitium.* Vet. Schol. Bax.

Culinam; h. e. *cenam.* Vet. Schol. Bax.

39 *Postera*

Poſtera lux oritur multo gratiſſima: namque
Plotius et Varius Sinueſſæ Virgiliuſque
Occurrunt; animæ, quales neque candidiores
Terra tulit, neque queis me ſit devinctior alter.
O qui complexus! et gaudia quanta fuerunt!
Nil ego contulerim jucundo ſanus amico.
Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit; et parochi quæ debent ligna, ſalemque.
Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.
Luſum it Mæcenas; dormitum ego Virgiliuſque:
Namque pila lippis inimicum et ludere crudis.
Hinc nos Cocceii recipit pleniſſima villa,
Quæ ſuper eſt Caudî cauponas. Nunc mihi paucis
Sarmenti

51 Caudi *vel* Caudis *etiam G. in marg. F. Med.* 1486. *Ven.* 1486. *Loch.* Claudi *al. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

39 *Poſtera lux oritur*; ridicule imitatur Epicos. Bax.

40 *Plotius & Varius*, Poetæ hi erant celeberrimi. Bax.

41 *Animæ*. homines. ſic loquuntur Græci ψυχαί. M.Tull.Terentiæ, & Tulliolæ. Epiſt. Fam.14,14. *vos meæ cariſſimæ animæ quam ſæpiſſime ad me ſcribite*. ordo autem verborum hic eſt, meo quidem judicio animæ tales, quales terra non tulit, & quibus candidiores terra non tulit, & quibus non ſit alter me devinctior. huic loco ſimilis eſt ille Epod. 5, 59. *Nardo perunctum, quale nec, &c.* Lam.

Bene *animæ*; nam candor eſt animæ. Bax.

42 *Candidus* purus eſt omni macula, & ſimpliciter bonus. Bax.

43 Quanta *fuere*. Cun.

44 *Sanus*; h. e. *quamdiu ſana mente ſum*. Vet. Schol. Bax.

45 *Campano ponti*; *qui eſt citra* xvi *milliarium a Capua*. Vet. Schol. Bax.

46 *Parochi, publici muliones* Vet. Schol. Πάροχος a παροχίω, *quod vehiculo præerat*. Nonius Marcellus. *Hi ſolent legatis cauſa Reipublicæ iter facientibus neceſſaria miniſtrare*. Vet. Schol. Hos alter Scholiaſtes *Copiarios* dicit. Bax.

Non obſervati Cangio & continuatoribus *Copiarii*: dictos a *Copiis* annonæ & aliarum rerum, quas miniſtrarent, apparet. De *Copiis* Gothofr. in Gloſſar. Cod. Theod. Ges.

47 *Tempore*, h. e. bono tempore, vel tempeſtive. Bax.

49 *Se lippum dixerat, ergo crudum Virgilium intelligamus*. Vet. Schol. Bax.

51 Cum Veteri Scholiaſte repoſui *Caudî* pro eo quod erat *Claudî*; atque hæc eſt lectio quorundam Torrentii Manuſcriptorum. *Caudium eſt Civitas Samnii*. Lucanus; 2, 138. *Ultra Caudinas ſperavit ponere furcas*. Vet.Schol. Bax.

52 Ridicule

Sarmenti ſcurræ pugnam Meſsîque Cicirri,
Muſa, velim memores; et quo patre natus uterque
Contulerit lites. Meſsî clarum genus Oſci;
Sarmenti domina exſtat. Ab his majoribus orti
Ad pugnam venere: prior Sarmentus, Equi te
Eſſe feri ſimilem dico. Ridemus; et ipſe
Meſſius, Accipio; caput et movet: O, tua cornu
Ni foret exſecto frons (inquit) quid faceres, cum
Sic mutilus minitaris? At illi fœda cicatrix
Setoſam

52 Cicirri *etiam G. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *Fl. it. Bentl. Cun.* 54 Contulerint *coll. Sax. Z. Med.* 1477. *Cun.* 58 Accipito Z. 60 miniteris *G. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *Fl. Bentl. Cun. & Mſs. Mus. Br. C. F.* minitaris al.

52 Ridicule *pugnam* dicit duorum ſcurrarum concertationem. *Ambo ex urbanitate & audacia noti, Equites tamen Romani.* Vet. Sch. *Cum autem convivatores eſſent Horatii, joci cauſa ſe invicem verbis fatigárunt.* Alter. Schol. BAX.

Meſſique Cicerri. Primus, ut puto, Aldus *Cicerri* invexit. Vetuſtiores, duae ſcilicet Venetae & Loſcheriana, CICIRRHI. Sic & Torrentii, Pulmanni, Berſmannique aliquot cum Regio CICIRRI. Revocanda eſt utique lectio antiqua. *Cicirrus* eſt κίκιρρος, *gallus*. Heſychius: Κίκιρρος, ἀλεκτρυών. BENTL.

Bentleius recte poſuit *Cicirri* [pro *Cicerri*] Κίκυρρος, ἀλεκτρυὼν, *Gallus*, unde Latinum verbum *Cucurrire* de cantu gallinacei galli. BAX. Eſt fictum e voce nomen. Etiam Germani illam exprimunt *Kikeriki:* & ſuperior Germania Gallum vocat *einen Geker.* GES.

53 Suaviter Muſam invocat in re ridicula; ac ſi Turnum & Æneam commiſſurus eſſet. BAX.

54 *Oſci Campani, quia Oſcia Campania dicta eſt.* Vet. Schol. Ab Ope, h. e. Terra. Veteres Itali & Oſci & Opici dicti ſunt; filii ſcilicet terræ & ruſtici. Nam & Brutii Oſce & Græce loquuti ſunt, autore Feſto. BAX.

55 *Sarmentus* iſte Auguſti deliciæ fuit, ut ex Plutarcho (Anton. p. 943, E) & Juvenale conſtat. Vide Juvenalis Schol. ad Satyr. 5, 3. BAX.

Exſtat, quia nondum eſt mortua. BAX.

Ab his majoribus; ridicule tanquam in re gravi. BAX.

56 *Equi te eſſe feri ſimilem*; *grandem & durum*; *quia procerus erat Meſſius.* Vet. Schol. BAX.

58 *Accipio*, h. e. audio quæ dicis, nec inultum feres. BAX.

59 *quid faceres.* ſumta metaphora a pecoribus, quæ cornibus oppoſitis minantur. Sic in Epod. 6, 11: *Parata tollo cornua.* & *cornua ſumere* apud Ovid. de Art. Am. 1, 239. pro eo quod eſt, animo efferri, & ſe ad defenſionem parare. CRUQ.

60 *Cum ſic mutilus minitaris.* Etiam hoc, opinor, Aldi facinus eſt: antiquiores enim MINITERIS, cum majore parte membranarum. Recte. Quid *faceres* ſalvo cornu, cum ſic mutilus *miniteris?* Quidni enim plures codices ſequimur; ubi utralibet lectio bene ſe habet? Virgilius Eclog. III, 16.

Quid

Setoſam lævi frontem turpaverat oris.
Campanum in morbum, in faciem permulta jocatus,
Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa rogabat;
Nil

Quid domini faciant, audent *cum talia fures?* Terent. Eunuch. III, 5, 17.

Quid ego ejus tibi nunc faciem praedicem *aut* laudem, *Antipho*,
Cum ipſum me noris, *quam elegans formarum ſpectator ſiem?* Bentl.

Mutilus; *amputato cornu.* Vet. Schol. Cruq. Bax. *Minitaris* in pari fere auctoritate librorum magis mihi placet, quia eſt vehementius & magis aſſeverate dictum. Ges. *At*, explicat Horatius dicterium Sarmenti de exſecto cornu. Zeun.

61 *Lævi oris frontem, pro lævam partem ponit in fronte.* Vet. Schol. Bax. *Setoſam*, ridicule pro *birſutam.* Zeun.

62 *Campanum morbum.* hujus loci interpretationem, cum nemo ex neotericis mihi faceret ſatis, tanta cura & ſedulitate perquiſivi, eruique ex lacunis veterum ſcriptorum, ut non injuria eam meis laboribus aſſcribere mihi integrum fuiſſet, ſi non maluiſſem hic ab auctoritate veterum locum plus habere momenti, & ponderis ad fidem faciendam, quam ea quæ nunc a me vel a doctiſſimo in argumento ſimili excogitari poſſunt: Nam Blandinii codices omnes morbum Campanum, os fœdum, faciem fœdam, &c. exponunt inſignem arrogantiam & oris impuritatem immunditiemque: verum codex Tonſanus ad oram paginæ habet hanc adnotationem breviuſculam, ſed uſu & maculis tantum non deletam, puta, In Campania ſolet quidam morbus, ferruca ſcilicet, afficere homines in facie. In Divæi codice etiam adnotatum eſt, quod vix tandem quoque aſſecutus ſum: Campania eſt regio, & illi genti Campaniæ ſolent innaſci magnæ verrucæ in fronte, quas faciunt incidi. Silvii codex habet, Campanum in morbum, in varices, unde olim Campani dicti ſunt varicoſi. verum alia adnotatio dicta, viſa eſt mihi ad rem præſentem magis facere; non quod infitier temporibus capitis aliquando innaſci varices, ſed quod opiner varicoſos potius ex tibiarum varicibus dictos, verrucoſos vero ex faciei verrucis; quarum aliæ dicuntur acrochordones, aliæ myrmeciæ. vide Pantinum lib. 2. cap. 1, in Celſum. unde & Fabius Max. verrucoſus nominatus eſt, quod haberet ἀκροχορδόνα μικρὰν ἐπαίνα τῶ χείλες ἐπιπεφυῖαν, hoc eſt, parvæ carnis elationem in ſuperioris labri extremitate enatam, ut habet Plutarchus in Fabio. Quod autem dicit, *o tua cornu ni foret exſecto frons.* notat veſtigium exſectæ verrucæ, ſua & radicis amplitudine & altitudine rotunditateque referre ſignum cornu cujuſdam evulſi. Quod autem Pſeudacro Campanum morbum interpretetur inſignem arrogantiam, hoc arbitror eum dicere ex Acrone doctiſſimo, qui fortaſſe in ſuis Commentariis verrucam nominavit Græce Σύμον. Quam dictionem non advertit pro accentu acuto in priori ſyllaba notare verrucam fabæ Ægyptiæ magnitudine, ut eſt apud Ruellium; pro accentu vero gravi in ultima ſignare arrogantiam, &c. Cruq.

In Campania ſolet quidam morbus, Verruca ſcilicet, afficere homines in facie. Vet. Schol. Cruq. *Capitis temporibus magnæ innaſcuntur Verrucæ.* Alter Schol. Cruq. Bax. De hoc *morbo Campano* eſt eruditum Programma Jo. Zach. Platneri Lipſ. 1732 editum, cujus ſumma, Probabile eſt Campanis luxurioſe viventibus in facie natum fuiſſe verrucarum genus, quod dum radices altius exegit, ſine magna exulceratione, fœdaque cicatrice excidi haud potuit. Ges.

Faciem modo corporis dicit habitum & figuram.

Nil illi larva aut Tragicis opus eſſe cothurnis.
Multa Cicirrus ad hæc, donaſſet jamne catenam
Ex voto Laribus, quærebat? ſcriba quod eſſet,
Nilo deterius dominæ jus eſſe. Rogabat
Denique, cur unquam fugiſſet; cui ſatis una
Farris libra foret, gracili ſic, tamque puſillo?
Prorſus jucunde cœnam produximus illam.

Tendimus

67 Deterius nihilo *vel* Det. dom. nihilo *editt. primæ*. Deterius nihilo, *Mſs. Mus. Br. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Nullum deterius, *Mſ. Mus. Br. B.* Nullo det. *H.* Nihilo det. *Bentl. Cun. poſt alios ex MSS.* 70 producimus *Bentl. ex MSS. it. G. Sax. & Mſs. Mus. Br. D. F.*

guram. Bax. Intelligam potius vultum cicatricibus fœdum. Ges.

63 Pantomimi geſticulando ſaltabant in Theatro. Bax.

64 *Larvam* dicit pictam perſonam, Polyphemi vultum & caput referentem. Bax.

66 *Ex voto Laribus; ſolebant pueri poſtquam pueritiam excedebant, diis penatibus bullas ſuas conſecrare, ſimiliter puellæ pupas: modo ergo ridens interrogat ſi conſecraſſet compedes.* Vet. Schol. Bax. Conf. Martial. 3,29,1. *Has cum gemina compede dedicat catenas, Saturne, tibi Zoilus anulos priores.* Ges.

67 Cum omnes pene MSS. haberent *Nihilo deterius* pro *Deterius nihilo*, cumque *Nilum* ſit vox Lucretiana, levi negotio repoſuimus *Nilo deterius*. Atque hoc dixit, quod ſervi frequenter apud magiſtratus ſcribarum officio fungerentur. Urbanus eſt iſte jocus & in ipſum Horatium, qui & ſcriba fuit, & Decuriam habuit, ut inferius (Sat. 1, 6) dicetur. Bax.

Quin ſtatus quæſtio hic movetur Sarmento, & uſurpatæ dolo libertatis, crimen objicitur. Itaque direrat v. 15 *dominam illius exſtare*. Scriptum quæſtorium feciſſe, & egiſſe pro equite Ro., & reliqua omnia, Schol. ad Juv. 5, 3. quod illuſtratum præſertim a Rutgerſio ad h. l. Horatii. Ges.

68 *Rogabat denique cur unq. f.* ſic ſcriptum eſt in uno codice Vaticano, Donati, Faërni, Torneſ. Nicotiano, Clericano, Danielis. Videtur autem hæc eſſe ſententia, denique rogabat cur hic Sarmentus fugiſſet umquam a domina, quaſi ab ea nimis parce aleretur, & quaſi apud eam eſuriret, rebuſque neceſſariis egeret, cum eſſet tam gracili, puſilloque corpore. Quidam putant jocum eſſe ex contrario, meramque εἰρωνίαν, & legunt *numquam*, quaſi Sarmentus ſcurra, ingenti corporis fuerit ſtatura, idemque edaciſſimus: qua de re non pugnabo. Hoc tantum dicam, Sarmentum non fuiſſe objecturum Cicerro immanem corporis ſtaturam illis verſibus, *Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa*, &c. ſi ipſe eidem maledicto, ſeu falſe dicto opportunus eſſet. Unde exiſtimo primum legendum eſſe *umquam*, ut habent omnes fere libri veteres, & plerique vulg. deinde hunc Sarmentum brevi ſtatura corporis fuiſſe. Lam.

68 *Cur unquam fugiſſet*, Scil. quaſi a domina nimis parce nutritus ſit. Zeun.

69 *Farris*. Spectant huc verba ex XII. tab. de retento in carcere debitore, citata apud Gellium lib. XX. c. 1. *Si volet ſuo vivito: ni ſuo vivit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato.* quem locum a Turnebo primum ad illuſtrandum Horat. obſervatum lib. Adverſ. II. c. XIII. tacito Turnebi nomine, Lambinus in ſuos hic Commentarios retulit; nec eo contentus, etiam corrupit.

Tendimus hinc recta Beneventum ; ubi ſedulus hoſpes
Pene macros arſit dum turdos verſat in igne :
Nam vaga per veterem dilapſo flamma culinam
Vulcano, ſummum properabat lambere tectum.
Convivas avidos cœnam ſervoſque timentes
Tum rapere, atque omnes reſtinguere velle videres.
Incipit ex illo montes Appulia notos
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus, et quos
Nunquam erepſemus, niſi nos vicina Trivici

Villa

71 recto *Mſ. Mus. Br. B.* recte *Mſs. Mus. Br. C. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 72 *Sic* etiam *G. Sax. Z. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *Flor.* 1482 *&c.* Pene arſit macros *Lambi. ex uno MSS.*

pit. vult enim legi *ſelibram farris in dies dato*, aut *libræ S. in dies dato*, id eſt, libræ ſemiſſem. Lam.

70 *Coenam produximus.* Libri noſtri *producimus*, aut *perducimus*. nec diſplicet. unus etiam *deducimus*. Torr.

71 Proprie arcum *tendimus : Eſt aliquid quo tendis & in quod dirigis arcum.* Perſius 3, 60. Bax.

Sedulus, h. e. rei coquinariæ intentus. Bax.

72 *Pæne arſit, m. d. t.* ſic hunc locum reſtitui unum codicem antiquum ſecutus. nam in aliis omnibus præpoſtero ordine ſcriptum eſt, *Pæne macros arſit dum turdos, &c.* quam ſcripturam quamvis non damnem, ut tot librorum teſtimonio confirmatam, alteram tamen magis probo. Turdos autem quod macros fuiſſe dicit, eo hoſpitem notat. præterea hoſpes arſit, id eſt, hoſpitis domus : ut Virg. Æn. 2, 311. *jam proximus ardet Ucalegon.* Lam.

Pæne arſit, macros. Mirum eſt quanto conſenſu omnis generis exemplaria legant inverſo ordine, *Pæne macros arſit.* ſonorius quidem, ſi hoc in Sermonibus locum habere debet, ſed multo obſcurius. nam hoſpitem pæne arſiſſe dicit, eodem quo Virgilius modo :

——— *Jam proximus ardet*
Ucalegon. ———

ut recte Lambinus cenſuit. A cujus lectione ſi diſcedas, confuſe, ſeu per ſynchyſin ut vocant, loqui Poëtam fateare neceſſe eſt; ut ſæpe alibi ; quare nihil mutare velim. Torr.

Omnes ſcripti Codices cum Vet. Schol. legerunt *Pene macros arſit* pro *Pene arſit macros*. Atque hujuſmodi Hyperbata ſatis conveniunt Horatianæ Satyræ. Bax. *Arſit* de domo, ut *jam proximus ardet Ucalegon.* Ges.

73 *Nam vaga* ; Epicum carmen iterum per jocum imitatur. Et ſane tam macris turdis opus erat aliquo condimento. Bax.

75 Convivæ avidi, & timentes ſervos, rapiunt cœnam. Ges.

77 *Ex illo*, h. e. Ex hoc, vel deinde. Bax.

Non oſtentare mihi, ſed notos mihi. Vet. Schol. Erat enim ipſe Appulus. Bax.

78 Mihi idem videtur *Atabulus* qui & Appulus, ſive lapyx : Nam Græcis idem Ἄπαξ quod & Ἄπλα, quorum Diminutiva *Appulus* & *Atabulus* videntur. Bax.

Villa recepiſſet, lacrymoſo non ſine fumo,
Udos cum foliis ramos urente camino.
Hic ego mendacem ſtultiſſimus uſque puellam
Ad mediam noctem exſpecto: ſomnus tamen aufert
Intentum Veneri; tum immundo ſomnia viſu
Nocturnam veſtem maculant, ventremque ſupinum.
Quatuor hinc rapimur viginti et millia rhedis,
Manſuri oppidulo quod verſu dicere non eſt,
Signis perfacile eſt: venit viliſſima rerum
Hic aqua; ſed panis longe pulcherrimus, ultra
Callidus ut ſoleat humeris portare viator,
Nam Canusî lapidoſus. Aquæ non ditior urna,
Qui locus a forti Diomede eſt conditus olim.

Flentibus

89 ultra *G. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *Flor. Med.* 1486. ultro *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 91 dulcior *Cruq.*

79 *Trivici villa*; *Oppidum in fine Campaniæ, quo vehicula juncta accedere nequeunt.* Vet. Schol. Bax.

81 *Caminus*, fornix erat ſive lacunar, in ſummo tecto, per quam fumus egrediebatur; h. e. Fumarium: modo autem figurate pro foco ponitur. Bax.

83 Mire *aufert*, ac ſi de intentione oculorum ageretur. Bax.

84 Proprie *viſus*; ſive ὅραμα, eſt, ubi rem ipſam ſine ulla ambage per quietem cernere videmur. Bax.

87 *Deterius nihilo.* noſtri libri veteres fere omnes, & ii, quibus in Italia, & ii, quibus in Gallia uſi ſumus, habent, *Nihilo deterius.* quam ſcripturam probo. licet etiam legere *Nilo deterius.* talia ſunt illa *vehemens*, & *vemens*: *prehendo*, & *prendo.* Lam.

Proprie *manere* pernoctare eſt. Bax.

Equotutium (vel equum tuticum) ſignificat: hoc autem exemplo Lucilii; nam in ſeptima Satyra ſic ait: Servorum eſt feſtus dies hic, Quem plane Hexametro verſu non dicere poſſis. Vet. Schol. Bax. Franc. Maria Pratillus in Opuſc. ſcientif. & philol. To. 30 de Equotutico, de h. l. multa diſputat, non eſſe *la Città di Ariano*, ſed oppidulum *Scotuccio*, Ges.

89 *Ultro* modo dicitur pro libenter: Qui fecere *ultra* conjecturam ſecuti ſunt, non Codices quod quidem demiror acerrimum Bentleium eſſe ſecutum. Bax. Vid. Var. lect. Ges.

91 *Callidus* eſt qui uſum habet viæ. Bax.

92 *Qui locus a forti Diomede.* Locus ab interpretibus multum vexatus, quique viciſſim eos multum vexavit. Videamus integrum:

Manſuri oppidulo, quod verſu dicere non eſt,
Signis perfacile eſt: venit viliſſima rerum
Hic aqua; ſed panis longe pulcherimus, ultra
Callidus ut ſoleat humeris perferre viator:
Nam Canusî lapidoſus: aquae non ditior una:

Qui

Flentibus hic Varius diſcedit mœſtus amicis.

Inde

93 hinc *Mſ. Mus. Br. C.*

Qui locus a forti Diomede eſt conditus olim.
Flentibus hinc Varius diſcedit maeſtus amicis.
ubi oppiduli nomen, quod verſus hexametrus non recipit, *Equum Tuticum* intelligit, ut recte Scholiaſtae veteres. Doctiſſimus tamen Cluverius p. 1217. ex ſitu locorum conjicit *Arpos*, quae & *Argyrippa* dicitur, ab Horatio hic deſcribi. Vix tamen id perſuadebit, cum utrumvis vocabulum verſus facile admittat; auctore Virgilio Aen. XI, 246.

Ille urbem Argyripam *patriae cognomine gentis.*
& Silio IV, 556.

Allius Argyripa *Daunique profectus ab arvis.*
Ab Equo Tutico igitur panem portare ſolent viatores Canuſium uſque, quia ibi panis lapidoſus eſt, *aquae non ditior urna:* hoc eſt, aquae copia non uberior eſt Canuſii, quam Equi Tutici. *Ditior*, abundantior, copioſior: non ut quidam codices perperam hic habent, *dulcior*. Auſonius Epigramm. IV, 5. de Danubio:

Et qua dives aquis *Scythico ſolvo oſtia ponto.*
Contra Noſter Carm. III, 30, 11.

Et qua pauper aquae *Daunus agreſtium*
Regnavit populorum.
Ergo oppidum Canuſium & aquae inopia & panis vitio laborabat. Aquae tamen penuriae ſubveniebat poſtea Herodes Sophiſta. Philoſtratus in ejus vita p. 550. Ὥκισε καὶ τὸ ἐν Ἰταλίᾳ Κανύσιον, ὑμφώσας ὕδατι, μάλα τούτῳ διόμενον: *Canuſium in Italia, inducta aqua, cujus vehementer indigebat, habitabile reddidit.* Ceterum eruditiſſimus Lambinus, & ex eo Dacierius conſtructionem verborum aliam hic inſtituunt, in hunc modum:

aquae non ditior urnâ
Qui locus a forti Diomede eſt conditus olim;
ubi ordo erit, *Qui locus*, Canuſium ſcilicet, *(non ditior urnâ aquae* quam Equus Tuticus,) *a Diomede olim conditus eſt.* Ego vero multum ab iis diſſentio; cum ob coactam conſtructionem, tum quia ineptum & putidum fuerit conditorem Canuſii hic memorare, more Geographorum; cum obiter tantum ejus oppidi mentionem faciat Noſter. Mihi nulla eſt dubitatio, quin auctor hujus verſiculi *Equum Tuticum* intellexerit, a Diomede itidem conditum: idque ut unum e *ſignis* hic poſuerit, quibus perfacile erat nomen oppidi non expreſſum colligere. Servius ad Virgil. Aeneid. VIII, 9. de Diomede: *Nam & Beneventum &* Equum Tuticum *ipſe condidit, & Arpos quae & Argiripa dicitur.* Hoc, inquam, cogitavit verſiculi hujus, quicumque fuit, auctor: de ſuo ſcilicet largiri voluit aliud ſignum, quo Equus Tuticus agnoſceretur. Non tamen a me impetrare poſſum, ut Flaccum noſtrum tam illepidi verſus parentem fuiſſe credam. *Locum* quippe *condere*, ne Latinum quidem videtur: certe nuſquam quemquam ſic locutum eſſe memini. Urbes quidem & arces & oppida conduntur: loca ipſa condi neque dicuntur neque poſſunt: Ovid. Faſt. II, 280.

Hic ubi nunc urbs eſt, tum locus urbis *erat.*
Idem Metam. XV, 18.

Atque ita diſcedens, Aevo, dixiſſe, nepotum
Hic locus urbis *erit.*
Virg. Aen. VIII, 53.

Delegêre locum, *& poſuere in montibus* urbem. Adde, quod quocumque haec verba retuleris, ſive ad *Equum Tuticum*, ſive ad *Canuſium*; parum aut nihil profeceris. Si ad prius, vitioſa erit conſtructio: nullo enim jure ad remotius nomen referenda ſunt, propiore neglecto: ſin ad poſterius; nihil, ut dixi, putidius fuerit, quam Canuſinas Origines hic obiter inculcare. Denique ad haec verba nihil quicquam adnotatum eſt, neque ab Acrone, nec Porphyrione: magnum utique ſignum, in illorum olim exemplaribus ea non comparuiſſe. Bentl.

93 *Flentibus hinc Varius diſcedit. Hinc*, quod in libris aliquot extat, pleraſque jam editiones occupavit. At principes illae, binae ſcilicet Venetae & Loſcheriana, hic; quibus

Inde Rubos feſſi pervenimus, utpote longum
Carpentes iter, et factum corruptius imbri.
Poſtera tempeſtas melior; via pejor aduſque
Bari mœnia piſcoſi: dehinc Gnatia lymphis
Iratis extructa dedit riſuſque jocoſque;
Dum flamma ſine, thura liqueſcere limine ſacro
Perſuadere cupit: credat Judæus Apella;
Non ego: namque deos didici ſecurum agere ævum;
Nec ſiquid miri faciat natura, deos id
Triſtes

97 dein *Mſ. Mus. Br. F.*

bus accedunt codex noſter Reginenſis cum duobus aliis, duo Berſmanni, & Torrentii ſex. Atque haec lectio mihi etiam poſt Torrentium magis arridet. BENTL.

Canuſium & Argyripa a Diomede condita ferebantur. BAX.

Recte viator portat ſecum panem Canuſium, nam hic eſt lapidoſus. Sed ille *locus* qui *a Diomede conditus* eſt, Agyripa ſ. Argos Hippium ſ. Arpi adeo, *non eſt ditior* una *urna aquae*, quam Equotuticum. Hæc mihi videbantur ſatis aperta. Damnat verſum 92 nimis immiſericorditer Bentleius; & *aquae non ditior urna* interpretatur, *aquae copia non uberior eſt Canuſii, quam Equi Tutici.* Arpos peculiari ratione Diomedis urbem dicit poëta. Plane Satiram decet illa periphraſis: & firmat hiſtoria atque Geographia. GES.

94 Omnes Torrentii Codices legerunt *hic varius*, pro *hinc*, quod melius. BAX.

96 *Corruptius*, h. e. humidius & lutoſius. BAX.

97 *Dehinc Gnatia lymphis.* Franekeranus cum tribus Pulmanni DEIN; quod ideo praetulimus; ut evitetur aſperrimus ille concurſus quattuor conſonantium. BENTL.

98 *Gnatia* per Aphæreſin poſuit pro *Egnatia. In pede montis ſita eſt, & torrentes de montibus magno impetu decurrentes ſæpe magnam urbis partem diruunt.* Vet. Schol. BAX.

100 *Flamma ſine*; ſcribit & Plin. lib. 2, 107. *In Salentino oppido Egnatia impoſito ligno in ſaxum quoddam ibi ſacrum, protinus flammam exſiſtere. Apud majores ære non incendebantur, ſed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria.* Livius. *A Numa ſæpius hoc factum.* Idem. Potuit hoc Naphtha fieri. Prodit etiam Varro apud Servium. Hirpinos per ignem ambulaturos medicamento quodam plantas unxiſſe: quod & ipſi a circulatore quodam factum vidimus. BAX.

101 *Numq. Deos did. ſec. ag. æv.* hunc verſum mutatus eſt a Lucret. lib. 5, 83. & 6, 57. quibus locis probare conatur ille ex ſententia Epicuri, homines propter ignorationem cauſarum omnia, quæ fiunt, ad Deos referre, eorumque nutu, ac voluntate fieri exiſtimare, atque iccirco eis regnum concedere rerum humanarum. LAM.

Recte putat Scaliger *Apellam* eſſe proprium nomen alicujus Judæi eo tempore notiſſimi. BAX.

102 *Didici*; ex Epicuri ſcriptis ſcilicet, atque Lucretii. BAX.

Faciat miri. CUN.

103 *Triſtes*;

Quod tamen cum exceptione dictum velim; ut quanquam eruditi homines eum, quem dixi, morem ſervaverunt, nomina tamen Servorum, aut quicunque, ut principio dixi, in Latina civitate vixere, vulgaris uſus, penes quem jus eſt loquendi, plerumque immutaverit ad Latinam conſuetudinem. Inde eſt apud Ciceronem, *Phania* Appii libertus. Fruſtra enim graeciſſaret dominus; cum ab omnibus conſervis & notis ſine s litera *Phania* is vocabatur. Sed à Plinio memoratur *Phanias phyſicus*: nempe is in Graecia vitam egerat, nullum habuerat Romae dominum aut patronum. Inde illud Horatii, *Credat Judaeus Apella*, id eſt, quivis Judaeus: ut locum explanem parum hac memoria intellectum. Judaei habitabant trans Tiberim, & multo maximam partem erant libertini, ut fatetur Philo in Legatione ad Caium. Apella autem Libertinorum eſt nomen, ſatis frequens in Inſcriptionibus vetuſtis. Cic. Ep. 25. lib. 7. *Ne Apellae quidem liberto tuo dixeris.* Itaque *Credat Judaeus Apella*, quaſi tu dicas, Credat ſuperſtitioſus aliquis Judaeus Tranſtiberinus.

viſum in hortis Julii III. Pontif. Romani.

DIGNE DOCTILOQUEIS PICTURIS & quae ſequuntur. Sine dubio falſarius aliquis in lapide inſcribendum curaverat, à Plinio id mutuatus. Profecto male operam luſit in verſu primo corrigendo. Editio Veneta anni MCCCCLXXXIII. habet *Dignis digna loco*. Lego igitur.

Dignis dignu' loco picturis condecoravit.

Lucilius:

Samnis ſpurcus homo vita illa dignu' locoque.

Dignus loco eſt ἀπὸ μείωσεως· & in bonam vel malam partem capi poteſt. Nihil verius hac emendatione. In eadem eſt editione *Aetolia orundus*, longe quidem melius, quam quod in indice Scaligeri eſt, *Aetola oriundus*. Lucretius lib. 2.

Denique coeleſti ſumus omnes ſemine orundi.

ne-

Triſtes ex alto cœli demittere tecto.
Brunduſium longæ finis chartæque viæque.

SATIRA VI.

IN DERISORES NATALIUM SUORUM.

Non, quia, Mæcenas, Lydorum quicquid Etruſcos
Incoluit fines, nemo generoſior eſt te;
Nec, quod avus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarent;
Ut plerique ſolent, naſo ſuſpendis adunco
Ignotos, ut me libertino patre natum:
Cum referre negas, quali ſit quiſque parente

Natus,

4 imperitarent *Bentl. ex. MSS.* imperitarunt *Z. & Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* imperitarint *al. & Mſs. Mus. Br. C. D. G.* imperitarit *H.*

103 *Triſtes*; humanis ſcilicet rebus intentos; quas deos negligere putat, ne negotia ſibi faceſſant & delicias ſuas atque otia relinquant. Omnes de ſuo ingenio ſibi deum fingunt; Epicurei Epicureum. Bax.

Ex alto cœli triſtis. Cun.

104 *Brunduſium* a cervinis cornibus appellatum: nam Æolibus βρένδος cervus. Bax.

1 *Lydia quondam profecti incoluere Hetruriam.* Vet. Schol. Eſt autem hic Ἀνακόλουθον Figura: Poſuit enim pro *omnium qui incoluere*; *quicquid incoluit*, quod Comicæ negligentiæ eſt. Bax.

4 *Magnis qui gentibus imperitarunt*; Lucretius 3, 1041. monſtrante Lambino. Bax.

Longe melius *imperitarent* Bentleii, quam *imperitarint*. In hoc tempore ſæpius allucinantur Librarii indoctiores, ob tenue temporum diſcrimen. Bax.

5 *Naſo ſuſpendis adunco*; *quod vulgo dicunt deſannas.* Vet. Schol. *Qui irridenti homines ſannas faciunt: eſt autem ſanna riſus ſolutus eorum qui detortis naribus ſonitum emittunt in alicujus faſtidium.* Vet. Sch. Cruq. Hunc ſonitum Rhonchum dixerunt: *Nuſquam majores rhonchi.* Martialis 1, 4. Bax.

6 Minus eſt *Notus* quam *Nobilis*, & majus *Ignotus* quam *Ignobilis*: nam & Servius Tullius *Ignobilis* erat, non itidem *Ignotus*. Bax.

Auguſti ævo *libertinus* idem erat qui & *libertus*; olim autem *libertinus* liberti erat filius. Bax. Hanc diſtinctionem eſſe falſam, docuit Erneſtus in Clave et ad Sueton. Claud. 24. Iidem enim ſunt liberti et Libertini. Hi dicuntur ſimpliciter, ſed liberti in relatione ad patronam. Zeun.

8 *Dum*

Natus, dum ingenuus. Perſuades hoc tibi vere;
Ante poteſtatem Tullî, atque ignobile regnum,
Multos ſæpe viros nullis majoribus ortos,
Et vixiſſe probos, amplis et honoribus auctos:
Contra, Lævinum, Valerî genus, unde Superbus
Tarquinius regno pulſus fuit, unius aſſis

Non

11 Multis et *Mſ. Mus. Br. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 13 *pro* fuit, fugit *Bentl. ex MSS. it. Han.*

8 *Dum ingenuus.* ingenuus erat Horatius, ſi ingenuus eſt is, cujus pater ſervitutem non ſervivit. Nam antiquo jure civili libertini a libertis differebant, cum liberti ſint ſervi manumiſſi: libertini autem libertorum filii, quam dictionem imperatores ſuſtulerunt. LAM.

Mire & audacter poſuit *ingenuus:* poteſt enim eſſe *ingenuus* moribus, qui natalibus non ſit. Eſt autem *ingenuus* ſimpliciter bonus; contra *fictus* qui callide celat vitia. BAX.

Perſuades; *ſenſus eſt*, *Recte hoc ſentis.* Vet. Schol. BAX.

9 *Fuit Tullius Tarquinii Priſci Lucomonis ſervus e captiva natus.* Vet. Schol. Fuit hæc Ocriſia Corniculana. Apud Veteres captivi minuebantur capite, & per hoc amittebant gentem. BAX.

10 *Nulli* ſunt quorum capita in Cenſorum libris non comparent. BAX.

12 *Hic P. Valerius adeo fœdis ac projectis in omnem turpitudinem moribus vixit, ut provehi non potuerit ultra Quæſturæ dignitatem.* Vet. Schol. BAX.

Unde, *a quo*, *ut Genus unde Latinum*, Vet. Schol. Valerium Publicolam dicit. BAX.

13 *Tarquinius regno pulſus fuit.* Ita libri & olim editi & nuperi. Enimvero indignor tot eruditos Interpretes lectionem veram in codicibus ſuis inventam tam imperite ſpreviſſe. Ea ſic habet;

Contra, Laevinum, Valerî genus, unde ſuperbus
Tarquinius regno PULSUS FUGIT, *unius*
aſſis, &c.

Hanc in quattuor optimis Blandiniis Cruquius, in ſuis aliquot Lambinus Berſmannuſque repererunt: noſque itidem in veterrimo Leidenſi, & aliis duobus, & pro varia lectione in Magdalenenſi. Quanto hoc, niſi plane deſipimus, elegantius pleniuſque illo altero, quod hactenus editiones occupavit? Id ſolum, credo, ad corrumpendum locum Librarios impulit; quod *fugit*, praeterito tempore & priore ſyllaba producta, vi ſententiae hic requiri arbitrarentur: atqui illud minime metuendum erat. Auctor de obitu Maecenatis:

Sic illi vixere, quibus fuit aurea Virgo;
Quae bene praecinctos poſtmodo pulſa fugit.

Virgil. Aen. III, 121.

Fama volat pulſum *regnis* ceſſiſſe *paternis*
Idomenea ducem. BENTL.

Etſi plane ſit mihi deſipiendum (ut magni Bentleii verbis utar) cenſebo tamen *fuit* in hoc verſu præferendum eſſe alteri Lectioni *fugit.* In cauſa fuit variantis ſcripturæ, quod veteribus *fuit* & *fugit* ejuſdem plane fuerint prolationis, liquefacto ſono literæ *g*, quod vix quiſquam doctus poteſt ignorare. Librarius ſcriptor male audiit ſuum Ἀναγνώστην. BAX. Lectioni *fugit* repugnat, quod hic poſtulatur præteritum. Exemplum quo præſens *fugit* tuetur Bentleius, nihil ad rem facit. Nam ibi *Aſtræa* olim *pulſa* adhuc *fugit præcinctos.* Hic plane res alia. GES.

14 *Quod licet valet.* Vet. Schol. BAX. *Licuiſſe*, æſtimatum eſſe. ZEUN.

15 *Judice*

Non unquam pretio pluris licuiſſe notante
Judice quo noſtî populo, qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis, et famæ ſervit ineptus;
Qui ſtupet in titulis et imaginibus. Quid oportet
Nos facere, a vulgo longe longeque remotos?
Namque eſto, populus Lævino mallet honorem
Quam Decio mandare novo? cenſorque moveret
Appius, ingenuo ſi non eſſem patre natus?
Vel merito; quoniam in propria non pelle quiêſſem.
¶ Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru

Non

15 quo *ex MSS. Bentl. & ſic H. G. Sax. Z. Med.* 1479. quem *inde ab Aldo.* 18 Nos *omnes præter Bentl.* Non *Fl.* 1482 longe longeque *etiam G.* longe lateque *Z. &c. & Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg.* Br.

15 *Judice quo noſti*; ſic legerunt omnes Cruquii & Torrentii Codices pro *quem noſti*. Tollenda eſt autem Subdiſtinctio poſt *Judice*, Moralis & Comica eſt iſta conſtructio. Bax. Græcis familiariſſima, nec inuſitata Latinis. Ges.

Stultus, Philoſophiæ rudis, quod nos non ſumus. Bax.

16 *Ineptus*, h. e. inanis gloriolæ ſectator. *Ineptus* enim dicitur qui ſapere vult videri in nugis. Bax.

18 Nollem Bentleium de *Nos* feciſſe *Vos*, quo non videretur Horatus *longe longeque remotus* a vulgo: quod ſane fuerat Auguſti amicitia præclarus, & per hoc univerſo orbi Romano notus atque acceptus. Bax. Humillimæ conditionis homo a vulgo, nobiliſſimos etiam complexo, diſtat ſententiis. Non ita abjecte de ſe ſenſit Horatius, ut hic non diceret *Nos*. Ges.

Pro *longe lateque* omnes ſcripti Codices legerunt *longe longeque*, quod longe longeque melius. Hoc modo locutus eſt & Cicero in libris de Finibus, lib. 2, 21. ut oſtendit Cruquius. Bax.

19 Quid tum ſi populus ſtulte judicaret, quid hoc ad nos philoſophantes? Plus dicam, quid ſi Cenſor nobilitatis ſtudioſus me ſenatu excluderet? quid tum? an ideo deterior eſſem? Hic vero colligit ſe, & retractat, ac merito hoc facturum cenſorem affirmat, ut ſtultam ſuperbiam reprimat. Ges.

20 *Primi ad honores vocati dicebantur homines novi; qualis fuit hic P. Decius.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Moveret modo pro *amoveret*, per Aphæreſin. Bax.

Cenſorne. Cun.

21 *Appius Claudius Cæcus* ſeveriſſime Cenſuram regebat, & plebi erat infeſtiſſimus. Bax.

22 *In propria pelle*; *Ex Proverbio ſumptum eſt, in eos qui mediocritatis ſuæ obliti, majora ſeipſis appetunt*; *quos non contineri intra pelliculam dicimus.* Vet. Schol. Notum eſt ſerpentes mutare pelles: atque inde Proverbium. *Pelliculam veterem retines* etiam Perſio 5, 116. dicitur, pro nequaquam mutaris, ſed unus idemque manes. Cæcutiunt hic vel doctiſſimi. Bax.

23 *Sed*,

Non minus ignotos generoſis. ¶ Quo tibi, Tullî,
Sumere depoſitum clavum, fierique tribuno?
Invidia accrevit, privato quæ minor eſſet:
Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus, et latum demiſit pectore clavum,
Audit

24 Tilli *Bentl. ex MSS. in. H. & Mſs. Mus. Br. B. C.* 25 tribuno *etiam G. a prima manu.* 28 dimiſit *quidam, ſolemni confuſione.*

23 *Sed*, particula eſt qua Hypophoran, ſive Subjectionem, inducimus: Quaſi tu dicas, *Sed tu forſan ſubjicias*. Et videtur allegoricus iſte verſus ex aliquo Poeta Epico deſumptus. BAX.

Bene *conſtrictos*, ita enim captivi in triumphis deducebantur. BAX.

24 *Quo tibi Tulli*. Quod editiones hactenus poſſedit, TULLI, ex verſu nono videtur irrepſiſſe. At ibi de Servio Tullio rege ſermo eſt: hic de homine alio neſcio quo. Quidni igitur revocamus plurium codicum lectionem, TILLI? ut de ſuis teſtantur Berſmannus, Pulmannus, Torrentiuſque: in noſtris hic quidem duobus duntaxat apparet, Regio & Petrenſi: at infra verſu 107, in Leidenſi, Zulich. Magd. & Batteliano extat. Cicero Philip. II. cap. 11. *Tillius Cimber*. Idem Ep. Fam. VI, 12. Seneca de Ira, III, 12. & Epiſt. LXXXIII. Suetonius Jul. c. 85. *Cimber Tillius:* quibus omnibus in locis eadem ac hic variatio eſt in ſcriptis codicibus. Gruterus in Inſcript. AFER TILIUS. &, Q. TILLIUS, &, M. TILLIUS, M. L. PHANIAS. TILLIA M. L. LUCCEIA.

BENTL.

Quo tibi, ſcil. profuit. ZEUN.

25 Pro *fierique Tribunum* aliquot Lambini Codices cum veteribus Scholiaſtis legerunt, *fierique Tribuno. Tullius hic Senatu motus eſt a Cæſare quaſi Pompeianus: occiſo vero Cæſare, recepit latum iterum clavum, & Tribunus militum factus eſt*. Vet. Schol. Cruq. Hunc putat Lubinus eſſe M. Tullium Ciceronem, & poſt hunc Minellius: neque ego contradixerim. De Bentleii *Tillio*, quem vocat *Cimbrum Tillium*, nihil conſtat. Utcunque diverſum fuiſſe crediderim ab hoc. Certo Vocales *i* atque *u* frequenter in Membranis permutantur. In cauſa fuit quod *i*, *u* & *y* ejuſdem fere fuerint ſoni. BAX. Quidquid ſit de orthographia, certe Tullium Ciceronem hic non peti, apparet. Quando enim is *depoſuit clavum?* Ceterum monendi ſumus, ſumſiſſe ſplendidos equites ac lautiores interdum latum clavum ad ſpem dignitatis ſenatoriæ ſignificandam, quem deponerent cum illa ſpe. Vid. Ovid. Tr. 4, 10, 29 coll. 35 Sic igitur poteſt aliquis *ſumere* denuo *depoſitum* ſponte *clavum*. Tribunos quoſdam fuiſſe laticlavios & dignitatis Senatoriæ, notum.

GES.

27 *Nam, ut quiſque*. ſententia hæc eſt. nam ſtatim, ut quis nigris calceis lunatis, & ſenatorio veſtitu uti cœpit novus, & obſcurus homo, & eo ipſo inſanus, quod obſcuro loco natus, & novus inſignia ſenatoria ſibi ſumat, atque arroget: audit hos populi ſermones. *Quis homo hic? &c.* calcei autem ſenatorii uſque ad medium crus producebantur. iccirco dixit, *medium impediit crus*. Novi homines autem adepti magiſtratum, eo ipſo fiebant ſenatores. LAM.

Inſanus, h. e. præ ſuperbia feroculus, & Ciceronem percutit mira Enargia & lepore. BAX. *Inſanos* hic vocat, qui ſubito, nulla cauſa apparente, prodeunt cum lato clavo.

GES.

Senatorum

Audit continuo, quis homo hic? et, Quo patre natus?
Ut si qui ægrotet quo morbo Barrus, haberi
Et cupiat formosus; eat quacunque, puellis
Injiciat curam quærendi singula, quali
Sit facie, sura, quali pede, dente, capillo:
Sic qui promittit, cives, urbem sibi curæ,
Imperium

29 *pro* &, aut *etiam Ro. Steph. Mſ. Mus. Br. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* eſt *Talb. & Sandb. & Mſs. Mus. Br. B. C. F.* ſit *H.* 31 Ut cup. *etiam Z. Med.* 1477. *Fl. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Senatorum calceamenta ex nigra erant aluta. Bax.

28 *Demiſit; recto ordine deſcendebant inſuti clavi, vel intexti.* Torrentius. Bax.

29 *Quis homo hic eſt: quo p. n.* ſic reperi ſcriptum in decem veteribus cod. uno Vat. Raïnutii Card. Jann. Faërn. Torn. Ruſſard. Cleric. Nicot. 2 meo. Lam.

Quis homo hic eſt. Noſtri codd. *Quis homo hic, & quo patre natus?* Torr.

Quis homo hic eſt? quo patre natus? Ita libri aliquot: alii, *Quis homo hic?* Et *quo patre natus?* Editiones vetuſtae, *Quis homo hic?* Aut *quo:* ut etiam codex Regius, & optimus Reginenſis. Bentl.

Quis homo; bella Ethopœia, nam exprobrantium eſt. Bax.

Cum Torrentii MSS. repoſui & pro *aut*, vel (ut alii volunt) *eſt:* atque hoc longe concinnius. Bentleius poſuit *aut* pro &, nulla puto de cauſa, uti etiam mox *Ut cupiat* pro *Et cupiat*, atque hoc etiam inutiliter. Bax.

31 *Ut cupiat form.* ſic habent omnes fere libri, quos vidi, manuſcr. aliquanto melius, niſi fallor, quam vulgati, *Et cupiat*, Eſt autem hic ordo, ut ſi qui, id eſt, ſi quis ægrotet eo morbo, quo morbo Barrus ægrotat, ſeu ægrotabat, nempe, ut cupiat haberi formoſus, &c. Poteſt tamen vulgata lectio ferri. Lam.

Et cupiat. Sic habent libri noſtri omnes, nec video cur ſubſtitui debuerit, *ut cupiat.* Morbus enim Barri, quod ſibi ipſi formoſus videbatur, cum non eſſet; & tamen etiam aliis pro formoſo ſe venditabat. Sed hoc vix admonitione dignum; ſicut nec illud, quod *quocumque* pro *quacumque*, & *iniciat* & *deicere* pro *injiciat* & *dejicere*, in melioris notæ exemplaribus legitur. Atque ita veteres ſcripſiſſe conſtat. Torr.

Et cupiat formoſus. Ita Cruquius Torrentiuſque ex ſuis, quos poſteriores fere ſecuti ſunt: At Venetae editiones & Loſcheri, una cum pluribus Lambini Codicibus, & veterrimo noſtro Leidenſi aliiſque tribus,

Ut ſi qui aegrotet, quo morbo Barrus, haberi
Ut *cupiat formoſus.*

Atque hanc lectionem alteri illi praeferimus. *Morbus* enim ſive vitium Barri erat, quod formoſus haberi cuperet; morbus utique mentis, non corporis. Sed ſi et legeris; de morbo etiam corporis ſuſpicari poſſis; quaſi is ſcabie vel polypo fortaſſe laboraret, & *tamen* formoſus haberi magnopere vellet: quod ab Horatii mente alienum eſſe exiſtimo. Bentl.

Malo cum Torrentii & Cruquii libris & quam *ut*. De Barro vide Sat. 1,4,110. Bax. Recepi multarum edd. vett. cum Bentl. lectionem *ut*, quam ſenſus commendat. Nam *et* referendum eſſet ad *ſi*, ſed *ut* rectæ refertur ad *morbum*, qui erat animi cupiditas vehemens, ut formoſus haberetur. Zeun.

35 *Et Italiam & del. deorum.* Optimæ fidei exemplaria numero IX. legunt *Italiam, delubra*

Imperium fore, Italiam et delubra deorum;
Quo patre ſit natus, num ignota matre inhoneſtus,
Omnes mortales curare et quærere cogit.
¶ Tune Syri, Damæ, aut Dionyſî filius, audes
Dejicere e ſaxo cives, aut tradere Cadmo?
At Novius collega gradu poſt me ſedet uno;
Namque eſt ille, pater quod erat meus. ¶ Hoc tibi Pau-
Et Meſſala videris? At hic, ſi plauſtra ducenta, [lus
Concurrant-

35 & *ante* Italiam *in Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G. & in utroque loco Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 37 cogat *H.* 39 Chamo *MS. Cruq.* Camo *Fl.* Cathmo *H. quod favet* Bathmo *Cruquii. ac* tradere *Mſ. Mus. Br. B.*

bra deorum. Ego totum velim eſſe aſyndeton:

Imperium fore, Italiam, delubra deorum.

& hiatum illum flocci non facio. Eſt autem Senatus curator populi. TORR.

In novem Torrentii Codicibus deletur *&*, ante *Italiam:* & videtur plane a Grammaticaſtro interpoſitum cauſa Metri. Bentleius tenet. BAX.

37 *Omnes mortales*; Facete imperitæ & malignæ turbæ voces imitando deridet. Iſta enim tanquam ore vulgi figurata proferenda ſunt. Rhythmo etiam ineſt ridiculum. BAX.

Requirere cogit. CUN.

38 Hic jam introducit poeta aliquem de populo expoſtulantem cum ignobili & libertinæ conditionis Tribuno, cui ille reſpondet v. 40, ignobiliorem etiam quam ſe eſſe collegam ſuum Novium &c. GES.

Syri, Damæ; ſervulorum nomina. Non enim dignabantur Veteres ſervos ingenuorum nominibus, cum eos vix pro hominibus haberent. BAX. *Tune Syri*, eſt objectio populi. ZEUN.

39 *Dejicere e ſaxo: Audes Tribunatu Plebis fungi? Nam Tribuni Plebis damnatos de Saxo Capitolino præcipitabant.* Vet. Schol. BAX.

Tradere Cadmo; *Cadmus fuit carnifex notæ crudelitatis.* Vet. Schol. BAX. *Cadmus* nomen montis in Aſia placet Cruquio, ut intelligatur exilium. Idem conjiciebat *Bathmo*, intelligebatque gradus Gemonios. GES.

40 Significat *Novium* libertum fuiſſe iis temporibus Tribunum Plebis quem falſe mordet per tranſitum. BAX. *At*, reſpondet iſte Tribunus plebis, loco humili natus. ZEUN.

41 Æmilius Paulus, & Meſſala Corvinus, illuſtriſſimo erant genere. BAX. *Hoc tibi*, num propteria (reſpondet populus), quod in quatuordecim uno gradu ſupra Novium ſedes excelliſque dignitate, putas te ſummo loco natum? At Novius certe hoc nomine nobis commendatur, quod voce admodum valet. ZEUN.

42 *At hic ſi pl. d.* verum quamvis hic Novius ſit libertinus, & deteriore loco natus, quam tu: uno tamen te vincit, quod voce admodum valeat. hoc ſaltem nos retinet, ac delectat: hoc nos ſolatur. intellige, hæc quoque dici a cive, aut populo Rom. Hoc loco autem Horatius urbane & populum Rom. irridet, qui talibus hominibus magiſtratus mandet, & ambitioſos, ac magiſtratus ipſos, qui ſola vociferandi facultate freti dignos ſe honoribus populi eſſe putent. LAM.

At hic, cum ſtolida admiratione proferenda; nam populus cauſidicos de menſura buccarum

Concurrantque foro tria funera, magna ſonabit
Cornua quod vincatque tubas: ſaltem tenet hoc nos.
¶ Nunc ad me redeo, libertino patre natum:
Quem rodunt omnes libertino patre natum:
Nunc, quia, Mæcenas, tibi ſum convictor: at olim,
Quod mihi pareret legio Romana tribuno.
Diſſimile hoc illi eſt: quia non ut forſit honorem
Jure mihi invideat quivis, ita te quoque amicum;
Præſertim cautum dignos aſſumere, prava
Ambitione procul. Felicem dicere non hoc

Me

47 Nunc q. ſim t. Mæc. *G. Z. & Mſ. Mus. Br. G.* Nunc q. ſum t. Mæc. *H. Med.* 1477. *& Mſs. Mus. Br. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 49 *pro* quia, quod *H.*

buccarum probare ſolet. Bax. Ut interdum ſacros concionatores. Ges.

43 *Magna ſonabit*; *ut Virgilius, Æn.* 8, 489. *inſonda furentem.* Vet. Schol. Bax.

44 *Cornua*; *Indictiva Funera ad tibias & tubas ducebantur.* Gutherius de Jure Manium, lib. 1, 21 & 23. *Hinc tuba, candelæ.* Perſius, 3, 103. Bax.

Tenet, h. e. capit: nempe quod utilem credamus eum cauſis dicendis. Bax.

45 *Ad me redeo*; miſſis ſcilicet Figurarum ambagibus. *Nunc ad me redeo, ut quæ res me impendit agatur.* Lucilius. Bax.

46 *Libert. P. Natum nunc quia.* Codex unus pervetuſtus *Libertino p. natus*, ut cum verſu ſequente conjungatur: quam lectionem non poſſum non amplecti. Frigida enim ne dicam inepta, illa repetitio eſt. In quibuſdam etiam exemplaribus legitur, *nam quia ſim tib. Mæc. convictor.* Sed in hoc nihil muto. Torr.

Libertino patre natum, oſtendit iſta repetitio illud fuiſſe ſemper in ore inimicorum Horatii; atque unicum pene convicium. Bax.

47 Placuit Bentleio confragoſa Lectio veteris Venetæ Editionis, ob raritatem puto: *Nunc quia ſum tibi, Mæcenas, convictor.* Bax. Senſus eſt: duplici de cauſa me clanculum inſectantur: nunc quidem, quod ſum Mæcenati convictor, olim autem, quod tribunus eram militum. At non eſt idem cum Mæcenate vivere et Tribunum eſſe. Zeun.

Convictor pro eo quod conviva. Vet. Schol. Bax. Sed hic eum, qui frequens & tantum non perpetuus conviva eſt. Ges.

48 *Tribunus* erat ſub Bruto. Bax.

49 Omnes pene omnium Manuſcripti legerunt *forſit* non *forſan*, ſic & Vet. Schol. *Honor forſitan non convenit libertini filio, amicitia viri magni quare non conveniat docto?* Vet. Schol. Bax.

50 *Amicus* major patronus eſt, & minor cliens, ſive comes, uti ſæpius dictum. Bax.

51 *Prava ambitione procul*, h. e. *qui ſunt longe a prava ambitione.* Vet. Schol. h. e. ab adulationis deformitate, & perverſa arte: nam quod in naturali ſitu non eſt *pravum* dicimus. Bax.

52 *Felicitati invidendum eſt, non merito.* Vet. Schol. Bax. Difficile eſt judicare, quæ

Me poſſum, caſu quod te ſortitus amicum:
Nulla etenim mihi te fors obtulit: optimus olim
Virgilius, poſt hunc Varius, dixere quid eſſem.
Ut veni coram, ſingultim pauca locutus
(Infans namque pudor prohibebat plura profari)

Non

53 poſſum *H. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *Fl.* 1482 *&c. Ro. Steph. &c.* poſſunt *Bentl. ex Vet. Schol.* XII *editt. ap. Cun. it. Z.* poſſit *Cun. ex MSS.* poſſim *G. coll. Sax. & Mſ. Mus. Br. B.* 54 tibi me *Bentl. ex Schol. Cruq. & MS. tanquam modeſtius.* ſors *Mſs. Mus. Br. B. G.* 55 Varus *G. & H. & alii in hoc nomine ſæpe.*

lectio vera ſit. *Felicem dicere non* ob *hoc me poſſum* ego, quia non eſt factum caſu: *non poſſunt* invidi: *non poſſit* quivis: *non poſſim* jure ego etſi velim. GES.

54 *Nulla etenim mihi te fors obtulit.* Diſquirunt hic Interpretes, utrumne *Fors* an *ſors* legendum ſit; quorum illud in principe Veneta, hoc in Loſcheri editione comparet. Certe in vetuſtioribus noſtris codicibus clare exhibetur FORS; ne hac de cauſa Lambini fidem labefactet ſemper erga illum iniquior Torrentius. Tacitus Annal. XIV, 5. *Contis, & remis, & quae* fors obtulerat, *navalibus telis conficitur.* Ibidem II, 42. *Struxitque cauſas, aut* forte oblatas *arripuit.* At Hiſt. IV, 1. *Paſſim trucidatis, ut quemque ſors obtulerat:* ubi tamen, ut antea, *ſors* reponendum eſt. Sed, dum leviculum hoc ſollicitos eos habet, illud interim, quod longe gravius eſt, impune hic graſſari patiuntur,

Nulla etenim mihi te *fors obtulit.*

Ita omnes ubique dederunt editores: neque ſentiunt illud *mihi te* quam inſcite & ſtolide hic dictum ſit, ut nihil magis. Quid enim? An patrono & rege ſuo Maecenate, cui vitam, opes, omnia debuit, majorem hic ſe gerit coactoris Graeculi filius? *Tibi* vero, ô noſter, *Maecenatem* fors obtulerit? quod ſodes ex te verbum audio? Immo *te Mæcenati:* niſi omnium quotcumque fuerunt, ſunt, eruntve, Suffenorum primus es. Certe ſic alibi ſolebas, ut Serm. I, 3. v. 64.

Simplicior quis & eſt? qualem me *ſaepe libenter*
Obtulerim tibi, Maecenas.

Recte hoc quidem, & verecunde: & bene factum, quod tam turpem maculam effugiſti. Sic enim & hoc in loco nullus dubitabam, quin ſic a principio fuerit;

Nulla etenim TIBI ME *fors obtulit.*

Atque ſic poſtea latentem hanc lectionem deprendi in Scholiaſte Cruquiano, loco paulo ante laudato: *Cum nulla fors,* inquit, ME TIBI *obtulerit, ſed amicorum commendatio.* Denique ita clare extare vidi in codice manuſcripto, quem nuper adeo Bibliothecae Collegii noſtri donavit vir inſigni eruditione & humanitate Thomas Rud. BENTL.

Pro *mihi te* Bentleius ſuffecit *tibi me*; idque magna vi verborum abſque ulla tamen idonea autoritate. " Quid enim (inquit il-" le) " an patrono & rege ſuo, Mæcenate, " cui vitam, opes, omnia debuit, majorem " hic ſe gerit coactoris Græculi filius?" Vide quantum tu debes Bentleio, Flacce Horati, libertino patre nate, quod tandem te purgaverit Bentleius tanta inſcitia, atque incommoditate arte ſua critica poſt tot ſæcula cæcutientum Grammaticorum. BAX. Superbum eſſet dicere *mihi te,* ſi fors nobis offerret tantum mancipia; ſed offert etiam patronos. Æque calumniæ opportunum, & magis forte eſt *tibi me:* quaſi vero magnum munus fortunæ eſſet obeſulus poeta oblatus divinitus Mæcenati. GES.

55 *Dixere quid eſſem*; verecunda Periphraſi pro commendavere. BAX.

56 *Singultim*; *cum intervallo interruptis verbis.* Vet. Schol. BAX.

57 *Infans*; *elinguis.* Vet. Schol. BAX.

59 *Saturei-*

Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano vectari rura caballo,
Sed quod eram, narro: reſpondes, ut tuus eſt mos,
Pauca: abeo; et revocas nono poſt menſe, jubeſque
Eſſe in amicorum numero. Magnum hoc ego duco
Quod placui tibi, qui turpi ſecernis honeſtum,
Non patre præclaro, ſed vita et pectore puro.
Atqui ſi vitiis mediocribus, ac mea paucis
Mendoſa eſt natura, alioqui recta, (velut ſi
Egregio inſperſos reprendas corpore nævos)
Si neque avaritiam, neque ſordes, nec mala luſtra
Objiciet

66 alioquin *Mſs. Mus. Br. C. F. & Ed. Br. in Bib. Reg. Br.* 68 nec mala *Cruq. ex MSS. Cun.* ac *vulg. it. G. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* aut *etiam Aſcenſ.*

59 *Satureiani fundi ſunt in Apulia fertiles, & equorum nobilium genitores.* Vet. Schol. *A Satureio oppido juxta Tarentum.* Torrentius. Tarentinum igitur vult intelligi. Et falſe percutit Provincialium nobilium tumorem & inanem faſtum. Bax. Horatianum eſt tribuere adjunctis epitheta rei principalis. Vid. ad Od. 1, 31, 9 de *Calena falce.* Ges.

63 *Honeſtum* & *Turpe* Stoicis erant pro *Bono* & *Malo*; & hæc tanquam Philoſophus, & rigidus virtutis ſatelles; cum alias Epicureum agat; in loco tamen omnia. Bax.

64 *Purus* eſt qui nil ſimulat. *Puritas* enim ſimplicitas eſt ſine fuco. Bax.

66 Quod *rectum* eſt appoſita rationis norma Philoſophi ſoli cernunt. Bax.

68 *Nec mala luſtra.* flagitioſas, & nefarias libidines. luſtra hoc loco idem, quod ganea, fornices. *mala luſtra* dixit, propterea quod ſunt quædam legibus civilibus conceſſæ, & ferendæ voluptates: ut ſupra Sat. 4, 113. *Ne ſequerer mœchas, conceſſa cum Venere uti Poſſem,* nomine luſtrorum utitur & M. Tull. ut in orat. pro M. Cœlio, 19. *Nulla luxuries reperietur, nulli ſumtus, nullum æs alienum, nulla convivio-rum, ac luſtrorum libido.* & in Orat. poſt reditum in ſenatu, 6. *cur in luſtris, & heluationibus, hujus calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tamdiu ceſſavit?* & pro Sextio de Gabinio, 9. *hominem emerſum ſubito ex diuturnis tenebris luſtrorum, ac ſtuprorum, vino, ganeis, lenociniis, adulteriiſque confectum.*——Sed mihi reticendum eſſe non puto me reperiſſe in uno & altero codice manuſcripto *mala lucra,* quam lectionem tamen non valde probo. Lam.

Ac mala luſtra. Quod in nonnullis exemplaribus *lucra* pro *luſtra* legi Lamb. affirmat, id ego in uno tantum repperi, & utcumque tolerari poſſit; Poëta non convenit, amanti quidem, ſed non abjecte ac ſordide. Proprie enim *Luſtra* dici ait Feſtus *lamas luteſas, quæ ſunt in ſilvis aprorum cubilia, a quarum ſimilitudine ii qui in locis abditis & ſordidis ventri & deſidiæ operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere.* Sic ille. Exempla paſſim obvia. Torr.

Avaritia reſpicit ad malas habendi artes, *ſordes* ad nimiam parcimoniam, & *luſtra* ad inſanos ſumptus. Bax.

Neque

Objiciet vere quiſquam mihi; purus et inſons
(Ut me collaudem) ſi et vivo carus amicis:
Cauſa fuit pater his, qui macro pauper agello
Noluit in Flavî ludum me mittere, magni

Quo

Neque ſordes, nec mala luſtra. Editiones veteres; & codices quos viderim omnes AC MALA habent: Perabſurdum tamen videtur, *ſordes ac luſtra* una inter ſe jungere; cum vitia prorſus contraria ſint, neque in unum hominem eodem tempore poſſint recidere. Lambinus quidem ita loqui debuiſſe Noſtrum putat;

Si neque avaritiam, neque ſordes, nec *mala luſtra.*

Poſtea autem Cruquius, non ut ille ex conjectura, ſed ex vetuſtiſſimo ſuo Blandinio NEC illud protulit. Sane vir probus videtur fuiſſe Cruquius; neque temere fides ei detrahenda eſt: ſed vereor, ne non fuerit a prima ſcriptoris manu τὸ NEC, ſed a correctore interpolatum: qua in re, quae maximi quidem momenti eſt, ſubinde annotanda nimium ille ſecurus & indiligens erat. Equidem haud dubito, quin ſic ſcripſerit ipſe auctor,

Si neque avaritiam, neque ſordes, AUT *mala luſtra.*

Aut enim & *Ac* paſſim a Librariis alterum pro altero ſubſtituuntur: & ſolet alias Noſter poſt duas particulas negativas *Aut* tertio loco ſubjungere: ut Carm. III, 12, 1.

Miſerarum eſt, neque *amori dare ludum,*
neque *dulci*
Mala vino lavere, aut *exanimari metuentes.*

III, 23, 5.

Nec *peſtilentem ſentiet Africum*
Fecunda vitis, nec *ſterilem ſeges*
Robiginem, aut *dulces alumni*
Pomifero grave tempus anno.

Serm. II, 2, 22.

neque *oſtrea,*
Nec *ſcarus,* aut *poterit, peregrina juvare*
lagoïs.

I, 9, 31.

nec *hoſticus auferet enſis,*
Nec *laterum dolor,* aut *tuſſis,* nec *tarda podagra.*

II, 1, 15.

neque *enim quivis horrentia pilis*
Agmina, nec *fracta pereuntes cuſpide Gallos,*
Aut *labentis equo deſcribat vulnera Parthi.*

Virgil. Aen. IV, 339.

neque *ego hanc abſcondere furto*
Speravi, ne finge, fugam; nec *conjugis umquam*
Praetendi taedas aut *haec in foedera veni.*

Sed quid multis opus? cum AUT clare habeat Scholiaſtes Acron, cum in Bibliotheca Societatis Regiae manuſcriptus, tum Venetiis olim editus anno MCCCCXC: recentiores enim locum contaminarunt. BENTL.

Bentleius prætulit *aut* [pro *nec*] ſed nihil tanti; etſi Helenium Acronem in partes ſuas trahat. BAX. Recepi *aut* propter morem Horatii, qui poſt *neque — neque* ſolet addere *aut*, Carm. III, 12, 2: III, 23, 7: S. II, 1, 15: 2, 22, &c. ZEUN.

Luſtra cum proprie ſint lutoſae ferarum lamae, modo figurate popinas & tabernas dicit vinarias; necnon lupanaria, quae *mala* dicuntur ob malos incolas, & inſidias quas hoſpitibus ſemper ſtruunt: nam malus eſt qui cum calliditate nocet. BAX.

70 Scripti Codices legerunt *ſi & vivo*, pro *ſi vivo &*, Satyrico Hyperbato. BAX.

71 *Pauper, deeſt quamvis.* Vet. Schol. BAX.

72 *Flavius quidam fuit illis temporibus Calculator.* Vet. Schol. Imo & Provincialis, nam in Apulia docebat. BAX.

Magni; Ironice, quod ipſe pauperculi eſſet filius. BAX.

74 *Suſpenſi*

Quo pueri magnis e centurionibus orti,
Lævo ſuſpenſi loculos tabulamque lacerto, ~ Epist. I.1.56
Ibant octonis referentes idibus æra.
Sed puerum eſt auſus Romam portare, docendum
Artes quas doceat quivis eques atque ſenator
Semet prognatos: veſtem ſervoſque ſequentes
In magno ut populo ſi quis vidiſſet, avita
Ex re præberi ſumtus mihi crederet illos.
Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omnes
Circum doctores aderat. Quid multa? pudicum
(Qui primus virtutis honos,) ſervavit ab omni

Non

79 ſi qui *Mſ. Mus. Br. C.*

74 *Suſpenſi loculos*; ὑπαλλαγὴ, *non ipſi ſuſpenſi, ſed ſuſpenſos loculos habentes.* Vet. Schol. *Loculos, ſcilicet Calculorum.* Vet. Sch. Cruq. Bax. Interpretor tabulam loculatam, lineis diſtinctam ad uſum ducendorum calculorum: ut calculi in primo loculo poſiti monadas, in ſecundo denarios, centenarios in tertio, ſignificent &c. Ges.

Tabulam; *buxum in quo meditantur ſcribere.* Vet. Schol. *In qua & Characteres Arithmeticos notabant, & calculos ordinare diſcebant.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

75 *Octonis referentes*; h. e. *ſingulis Idibus referebant octonos aſſes æris pro mercede ſcholaſtica.* Vet. Schol. Cruq. Ogdoas veteribus erat pro noſtra Hebdomade. Bax. Neque octo aſſes dixit poeta, neque hic ſermo de Ogdoadibus Ro. Sed honeſtum & uſitatum videtur fuiſſe, quod didactrum in ſingulos menſes deberetur; illud ſolvere Idibus ut dimidia parte operæ peracta acciperet magiſter totam mercedem. Ges.

76 *Eſt auſus*; *animo erat magno, ſed re tenui.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

77 *Doceat, doceri faciat.* Vet. Schol. Bax. *Quivis*, quantumvis dives aut clarus. Ges.

79 *In magno ut populo*; *populum* modo, pro Republica poſuit. Bax. Puto hoc velle ſimpliciter, in publico, in magna, qualis Romæ eſſe ſolet turba hominum ſe tamen conſpicuum fuiſſe. Ges.

De *ſi quis vidiſſet* magnus Bentleius quod horreret ſibilantem *s*, fecit *ſiqui vidiſſet* de ſuo ingenio. Bax. *Avita ex re*, ex patrimonia ab avo relicto. Zeun.

80 *Illos*, modo pro tantos dixit; cum admiratione ſcilicet. Bax.

81 Ad Emphaſin poſuit *incorruptiſſimus*; ſignificat enim *Pædagogos a pueris donis ſæpe corrumpi ſolere, ut luxurientur*, ut ait Vet. Schol. Bax.

83 *Primus virtutis honos*; pudor flos quidam virtutis eſt, atque decor: imo & modus; nam quem nil pudet, hunc nil piget. *Summum crede nefas animam præferre pudori.* Juvenalis, 8, 83. Bax.

84 Torrentii MSS. cum Vet. Sch. legerunt *obprobrio*, quod nos ob vetuſtam ſcripturam

Non ſolum facto, verum opprobrio quoque turpi:
Nec timuit, ſibi ne vitio quis verteret, olim
Si præco parvas, aut (ut fuit ipſe) coactor
Mercedes ſequerer: neque ego eſſem queſtus. At hoc
Laus illi debetur, et a me gratia major. [nunc
Nil me pœniteat ſanum patris hujus: eoque
Non, ut magna dolo factum negat eſſe ſuo pars,
Quod non ingenuos habeat claroſque parentes,
Sic me defendam. Longe mea diſcrepat iſtis
Et vox et ratio: nam ſi natura juberet
A certis annis ævum remeare peractum,
Atque alios legere ad faſtum quoſcunque parentes
Optaret

87 Ob hoc *Ven.* 1479. *Fl. & Mſs. Mus. Br. B. D.* ad hoc *etiam G. & Mſs. Mus. Br. C. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* eſſem ocqueſtus ob oc nunc *Ven* 1479. hoc qu. ad hoc nunc *Med.* 1486. hoc. qu. ob oc *Med.* 1502. ob *etiam Ven. Pinc.*

turam tenuimus. Bax. Habeatur ille honos libris: modo meminerimus, etiam qui primæ vetuſtatis ſunt hodie, eos novos eſſe reſpectu aliorum monumentorum, in quibus ultima præpoſitionis in ſequentem corrumpitur. Ges.

85 *Nec timuit* i. cum tamen non haberet cauſam timendi. Ges.

86 *Præcones dicebantur qui ſtabant ad haſtam, & enuntiabant pretia oblata.* Vet. Schol. Bax.

Coactores erant mercenarii eorum qui habebant Argentariam: ſunt autem Argentarii qui habent ſummam rerum venalium. Coactor exigit nummos a Foraneis; qui & Collectarius nominatur. Vet. Schol. Bax.

87 *Ob hoc nunc.* Antiqua lectio, magno conſenſu, *Ad hoc nunc*, nec diſplicet. Torr.

Mercedes ſequerer; h. e. pretia conquirerem. Bax. Malim, parva mercede locarem operam meam. Ceterum pro *queſtus* in hoc verſu editio Ven. 1479 habet *ocqueſtus*, quod forte conſiderari mereatur, ſi vim habeat ſimilem, ut *oblaterare, occinere, oggannire, oblatrare, obloqui, obmurmurare, obnunciare, obſtrepere, obvagulari.* Haberet ergo *ocqueſtus* eam vim, non conqueſtus eſſem apud ipſum patrem meum, & illum objurgaſſem. Ges.

Optime repoſuit Rutgerſius *At hoc* pro eo quod erat *Ob hoc*, quod & Vet. Schol. confirmat, apud quem legimus *At hoc.* Bentleio magis placuit *Ad hæc nunc*, quod frigidiuſculum videtur. Bax.

89 Pœnitet cui præ pudore dolet. Bax.

Hujus ἐν ὑπόθ. dicitur; & habet Emphaſin, etiam hujuſmodi libertinum parentem non eſſe contemnendum. Bax.

90 *Juriſconſulti ſine dolo malo nullum grave delictum ſtatuunt.* Torrentius. Bax.

92 *Diſcrepare* proprie dicuntur chordæ barbiti, vel lyræ. Bax.

93 *Et vox & ratio*; h. e. & verba & animi mei ſententia: neque putes me dicere quæ non ſentiam. Bax.

96 *Honeſtos*;

Optaret ſibi quiſque; meis contentus, honeſtos
Faſcibus et ſellis nolim mihi ſumere, demens
Judicio vulgi, ſanus fortaſſe tuo, quod
Nollem onus (haud unquam ſolitus) portare moleſtum.
Nam mihi continuo major quærenda foret res,
Atque ſalutandi plures; ducendus et unus
Et comes alter, uti ne ſolus ruſve peregre-
Ve exirem; plures calones atque caballi
Paſcendi; ducenda petorrita. Nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel, ſi libet, uſque Tarentum,
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.
Objiciet nemo ſordes mihi, quas tibi, Tullî,
Cum Tiburtē via prætorem quinque ſequuntur
Te pueri, laſanum portantes œnophorumque.

Serm. I. 4. 96.

Hoc

96 honuſtos VII *MSS. Rutgerſ.* & onuſtos *edidit ipſe, tum Dan. Heinſ. Burm. Maitt.* 97 nollem *Bent. Cun.* & *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G.* 103 peregre aut *G. Z. Ven.* 1479. *Fl. Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G.* & *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 107 Tilli. *Bent. Cun.* & *Mſs. Mus. Br. B. C. G.* 109 laganum *G. cum gloſſa, aliter* laſanum, vas cibarium, *quod ex* v. 115 *improvide aſſumtum.* Laganum *etiam Fl.* 1482, *ubi Landinus*, membranam, *ait*, de farina confectam: vel leguminis ſpeciem. *confundit* laganum & λάχανος.

96 *Honeſtos*; *Faſcibus* & *Curulibus honoratos*: i. e. *conſulares* & *prætorios*. Vet. Schol. Cruq. Nam ſella curulis & faſces ad majores pertinebant magiſtratus. Fruſtra Lambinus repoſuit *onuſtos*. Rutgerſius Torrentio iratus ſtat pro Lambino. Bax.

98 *Mire hoc dixit, quia ipſe Eques permanſit contempto ſenatorio ordine.* Vet. Schol. Et quia operam dederat Philoſophiæ. Bax.

102 *Comes*, minor aliquis amicus. Bax.

104 *Petorritum genus eſt Gallici vehiculi: alia ſunt carpenta; aliæ carrucæ.* Vet. Schol. *Petuar* etiam hodie Aboriginibus noſtris *Quatuor* eſt, & *Rhedec*, *currere*; quo ſpectare videtur & veterum Gallorum *Rheda*. Bax.

105 *Tarentum* ad finem eſt Italiæ. Bax.

106 *Mantica*, *pera*, *vel averta eſt*; *ſed hoc ex Luciliano illo ſumptum eſt: Mantica Cantherii coſtas gravitate premebat.* Vet. Schol. Bax.

107 In avaritia ſummum *ſordes* dicimus: iterum Ciceronem percutit. Bax. Vid. ad v. 25.

Bentleius iterum, me invito, reponit *Tilli* pro *Tulli*, quæ quidem ſcriptura debetur inſcitiæ exſcribentium Ἀναγνώστας ſuos male audientium. Bax.

109 *Laſanum vas in quo exoneratur venter*; *inventum ad requiſita naturæ.* Vet. Schol. Bax.

Oenophorum, vas eſt quod capit vinum, ſive

Hoc ego commodius quam tu, præclare ſenator,
Millibus atque aliis, vivo; quacunque libido eſt,
Incedo ſolus; percontor quanti olus, ac far;
Fallacem circum, veſpertinumque pererro
Sæpe forum; aſſiſto divinis; inde domum me
Ad porri et ciceris refero laganique catinum:
Cœna miniſtratur pueris tribus; et lapis albus
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet; aſtat echino
Vilis

117 echinus *etiam G. H. Z. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *& Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* echidnus *Fl.*

amphora id fuerit, ſive cadus. Bax.

110 *Commodius*, h. e. animo meo accommodatius, & magis ex voto. Bax.

111 Falſus & vir doctus Dionyſius Lambinus cum pro *Millibus atque aliis*, *Multis atque aliis* contra MSS. fidem repoſuerit. Non enim advertebat veteres etiam declinaſſe Adjectivum *Mille*, quod oſtendit Cruq. Bax.

113 *Fallacem dixit propter ſamardacos & ſortilegos mathematicos, qui ad metas ſpectatores circumſtabant, & imperitos ſortibus & nugis fallebant.* Vet. Schol. Cruq. Eſt autem *Samardacus* Afrorum lingua impoſtor & planus; vide Gloſſarium Du Freſne. *Conſulit ante phalas delphinorumque columnas.* Juvenalis, 6, 589. Bax.

Mihi videtur Suburram dicere, quod fere hora ſena (an cœnæ?) *furtivas res ſolent eo venum deferre.* Vet. Schol. *Forum eſt ſingularium Regionum proprium.* Alter Schol. Bax.

114 *Aſſiſto divinis*; *ſortilatores dicit: porro autem altioris dignitatis homines erubeſcunt ſero in his vulgi circulis ſtare, quod tamen ſibi licere Horatius dicit per vitæ libertatem.* Vet. Schol. Bax.

115 *Lagana ſunt placentulæ quædam vulgares membranulæ compoſitæ, cum pipere & liquamine conditæ.* Vet. Schol. Cruq. Lambinus ex uno MS. legerat *lachano*; ſed nil opus fuerat. Bax.

116 *Pueris tribus*; coquo, ſtructore, & pocillatore. Bax.

Lapis albus; *menſa marmorea quam vocant Delphicam.* Vet. Schol. τρισκελὴς τράπεζα. Vet. Sch. Cruq. Album marmor levis erat pretii, & apud Italos vulgare. Superius Sat. 1, 3, 13. etiam Tigellius dicit: *ſit mihi menſa tripes.* Bax.

117 *Pocula cum cyatho duo ſuſt.* tres Bland. codices habent, *mihi ſuſtinet.* ſed ceteri omnes, *duo*, quod magis placet pro ratione & conſuetudine veterum, qui pocula paria in Delphica menſa ponere erant ſoliti, ut notavit Turnebus ex Agretio lib. 9. cap. 19. Cruq.

Aſtat echin. vilis cum p. g. locus eſt obſcurus cum propter ſcripturæ varietatem, tum propter ignorationem vaſorum Romanorum, quibus utebantur in cœnis, & conviviis. oritur alia difficultas ex voce *echinus*: quæ quid hoc loco ſignificet, non eſt facile explicare. alii igitur libri habent: *aſtat echino Vilis cum patera guttus*: & ita videtur legiſſe Porphir. alii, *aſtat echinus Vilis, cum pat. gutt.* alii mutata interpunctione, *aſtat echinus, Vilis cum patera guttus*: quarum lectionum, quæ ſit optima, difficile, & periculoſum eſt pronuntiare. mihi quidem non liquet. ſecutus ſum autem eam ſcripturam, quam plures codices veteres confirmant, eamque ſic explico.

Vilis cum patera guttus, Campana ſupellex.
Deinde eo dormitum, non ſolicitus, mihi quod cras
Surgendum

plico. aſtat mihi cœnanti echinus ſive fictilis, ſeu æneus, & vilis guttus, & patera. quod ſi cui magis placeat altera ſcriptura, *aſtat echino*, &c. ejus hanc ſententiam eſt puto: vilis guttus, & patera aſtant echino, id eſt, prope echinum locati ſunt. Jam echinum alii vas fictile: alii æneum fuiſſe dicunt: ſed ad quem uſum comparatum fuerit, docet nemo: alii thecam, ſeu involucrum ſcorteum, in quo vaſa includerentur: alii ampullam vitream. Omnino nihil certi, in quo inſiſtere queas. Ego in tanta librorum, & opinionum varietate, quid afferre poſſum, in quo lector acquieſcat? plane nihil. Verumtamen ne hic κωφὸν πρόσωπον fuiſſe dicar, quid ſi dicam echinum vas fuiſſe fictile, aut æneum, amplum, rotundum, humile, in quod vel ciborum reliquiæ conjicerentur: vel id, quod in poculis reliquum eſſet, effunderetur, a ſimilitudine vel echini illius forenſis, & judicialis, vel echini marini nominatum? quid ſi, ut Porphyr. ampullam vitream, aquariam quid ſi, ut alii, æneam? Guttus porro a guttis dictus: quia ex eo minutatim vinum fundebant, ut docet Varro lib. 4. de ling. Latin. Sed videtur hic *guttus* vas puſillum ſignificare, in quo oleum inſit. Pateræ vero in poculis numerabantur, & a patendo dictæ ſunt, ut idem ibidem ſcribit: & eis ad libandum utebantur. Hæc habui, quæ de hoc loco nunc quidem dicerem: alias fortaſſe probabiliora allaturus.

Lam.

aſtat echinus vilis. locus obſcurus eſt, & ipſo echino ſpinoſior, cum propter variam interpunctionem, tum propter ignorationem & uſum vaſorum in menſis antiquorum. omnes codices habent; *aſtat echinus vilis*, &c. Divæi autem codex hanc interpunctionem, *aſtat echinus, vilis cum patera guttus*, &c. quo etiam modo interpungunt qui *echino*, legunt. reliqui vero, *aſtat echinus vilis, cum patera guttus*, &c. quos ſequor: & ad ea quæ de echino commemorantur a Commentatore, hoc quoque adjiciam, utpore echinum hic mihi videri vas quod Hippocrati quoque ἐχῖνος nuncupatur χύτρα μεγαλόστομος, teſte Erotiano, hoc eſt, olla ventricoſa in formam echini, & amplo vaſtoque ore: ſed Polluci quoque ἐχῖνος eſt ollæ genus.

Cruq.

Supra oſtendimus cyathum cochleare quoddam fuiſſe & menſuræ genus. Bax.

Pro *aſtat echinus* nonnulli Codices legerunt *aſtat echino*, quod & Vet. Schol. confirmat, dum interpretatur *præter echinum. Echinum dixit vas æneum in quo calices lavantur, quod modo triſille appellamus.* Vet. Schol. Ἔχῖνος; Græcis omaſum eſt, & vas omaſi forma: Erotiano χύτρα μεγαλόστομος, quod oſtendit Cruquius. Eſt autem *Triſille* corruptum, pro *Triſſile:* vide Gloſſarium Du Freſne in voce *Triſſilis*, quam ille a Græco Τρισκελὴς deducit. *Lucilius ſic dixit quaſi ſcortea ampulla ſit, ut cum ait; Echinus chinabam infectus.* Vet. Schol. Vide an legendum *Echinum clinabam intectum.* Bentleius tamen probat alteram ſcripturam *adſtat echinus*, indicta tamen cauſa. Bax. De *echino* quæ poteram, dixi in Theſauro. Ges.

118 *Guttus cum patera fuerat dicatus primitiis vini diis libandis.* Cruquius ex Varrone. Guttus vaſculum erat anguſti oris, quali nos hodie acetum & oleum ſervamus: nomen habet a gutture. Ex hoc primitias olei defundebant, uti e patera vini. Patera Græcorum erat ſcyphus, & ventricoſa & manicata Herculique ſacra. Bax.

Campana; Capuæ hodie ærea vaſa ſtudioſius fabricari dicuntur. Vet. Schol. Plerique putant *Campana* dici pro fictilis, quod non placet. Bax. Etiam gloſſa Cod. Gott. *fictilis*,

Surgendum ſit mane; obeundus Marſya, qui ſe
Vultum ferre negat Noviorum poſſe minoris.
Ad quartam jaceo; poſt hanc vagor; aut ego lecto,
Aut ſcripto quod me tacitum juvet; ungor olivo,
Non quo fraudatis immundus Nacca lucernis.
Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lavatum
Admonuit, fugio Campum luſumque trigonem.
Pranſus non avide, quantum interpellet inani
Ventre diem durare, domeſticus otior. Hæc eſt
Vita ſolutorum miſera ambitione gravique:

His

124 Nacca *probat Marcil.* Natta *Cun. & Mſs. Mus. Br. C. G.* nauta *Sax.* Nacta *Z. Mſs. Mus. Br. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 126 fugio *rabioſi tempora ſigni Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G. Rabidoſi tempora. Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

ait, & *viminea*, Cf. Ser. 2, 3, 144. Ges.

120 *Obeundus Marſya*; *Marſya ſtatua erat in roſtris, ad quam ſolebant homines illi convenire, qui inter ſe lites & negotia componebant.* Vet. Schol. *Quia in Foro vadimonium ſiſtendum apud ſignum Marſyæ ſit.* Alter Schol. Bax.

121 *Satyrice & eleganter hoc dictum, quaſi ideo manum levet Marſyas quod in Foro ſuſtinere non poſſit hunc Novium.* Vet. Schol. *Novii fratres fuerunt, quorum minor ad locum qui appellatur Marſya fœnerari conſueverat.* Alter Schol. Bax.

122 *Ad quartam*; ad decimam matutinam, in lectulo ſcilicet lucubratorio. Bax.

Lecto producta ſyllaba enuntiare debemus, quia frequentativum eſt ab eo quod eſt lego. Vet. Sch. Bentleio tamen *lecto* & *ſcripto* pro Participiis ſunt Ablativis, quod admodum videtur nobis improbabile; imo vel ſequela verborum repugnat. Bax. Etiam Gl. Gott. *lecto, ſcripto* dictum ait pro *lectito, ſcriptito:* ſed magis tamen placet forma participialis, cum verba illa alioqui inaudita, hæc autem forma conſueta ſatis, certe bona, & optimis uſurpata ſit, & vix appareat, cur verba hic, quam participia malimus. Ges.

123 *Tacitum*, h. e. meditantem. *Et tacitus mecum ipſe voluto.* Virgil. Ecl. 9, 37. Bax.

124 Ideo *immundus*, quod lucernario oleo uteretur, & hoc per Hyperbolem dicitur. Bax.

Scribitur *Nacta*; *Nata* & *Natta:* nos *Nacea* prætulimus, qui veteribus Romanis fullo erat, quaſi Κναίκης, a κνάω. Bentleio tamen *Natta* placuit, ex negligentia puto. Bax.

125 *Sol acrior*; *hora quinta.* Vet. Schol. Bax.

126 *Campum, luſumque trigonem.* Ita recte repoſuit Bentleius poſt Jacobum Cruquium, qui ita repererat in vetuſtiſſimo Blandinio libro. In campo Martio ludebant terni pila trigonali. Altera lectio *rabioſi tempora ſigni* videtur de tertia Perſii Satyra deſumpta, cum parum intelligeret Librarius luſum trigonem, quid eſſet. Mirandum ſane hoc a tot retro ſæculis ignoratum fuiſſe exſcribentibus. Bax.

127 *Interpellet*, h. e. *prohibeat.* Vet. Schol. Bax.

129 *Miſera, quæ miſeros facit, quia graviter afficit.* Vet. Schol. Bax.

130 Plerique ſcripti Codices conveniunt Cruquiano

His me conſolor victurum ſuavius, ac ſi
Quæſtor avus, pater atque meus patruuſque fuiſſet.

SATIRA VII. Omitt.

IN MALEDICOS ET INHUMANOS.

Proscripti Regis Rupilî pus atque venenum
Ibrida

131 fuiſſet *MSS. & vett. edd.* fuiſſent *al. & Mſ. Mus. Br. B.*

Cruquiano Interpreti qui *victurum* legit pro *victuus*, quod & Torrentio probatum video: Ordo eſt, *Conſolor me victurum his*, h. e. *me victurum mihi perſuadeo*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Ac ſi, pro quam ſi. Vet. Schol. Bax.

131 *Patruuſque fuiſſent.* Per ſaeculum, credo, & amplius editionibus omnibus inſedit illud *Fuiſſent:* Et Interpretes omnes quaſi compacto ſilentium agunt. At Venetae illae antiquae cum Loſcheriana;

ſuavius, ac ſi
Quæſtor avus, pater atque meus, patruuſque
FUISSET:

Neque aliter codices ex noſtris, Battelianus, Regius, Galeanus cum aliis duobus. Enimvero bis peccavit, quicumque ex libris ſuis pluralem hic numerum primus repoſuit. Quippe primo ignarus erat ſtili Horatiani; Noſter enim pluribus licet Nominativis, modo ultimus ſit numero ſingulari, etiam verbum eodem numero ſemper ſubnectit; ut multis oſtendi ad Carm. I, 24. Deinde, quod multo gravius eſt, etiam Latinitatis ignarus erat; ut videbis, ſi ſic verba ſolvas, *Ac ſi avus meus & pater patruuſque* FUISSENT QUAESTOR. Quid jam videtur? Utique, ſi *fuiſſent* legeris, dicendum fuerit *Quaeſtores.* Vah, quam multa prava & abſurda nos effugiunt; dum quae pueri admirari ſolebamus, poſtea ſecure & ſupine grandiores natu percurrimus. Bentl.

131 Honoratos ſuggillando *Quæſtorem* nominat: nam male audiebant *Quæſtores.* Bax.

Libenter aſſentior Bentleio melius ſcribi *fuiſſet* quam *fuiſſent.* Bax.

Arg. Ex ridicula Perſii Clazomenii perſona P. Rupilium Regem Prænestinum adverſarium ſuum percutit.

1 *Proſcripti, condemnati a Triumviris.* Vet. Schol. Proprie *proſcribere* eſt venale proponere, ut bene Landinus. Proſcribebantur ædes; proſcribebantur etiam damnati, quorum bona publicabantur, & quorum non comparentium nomina in publica tabula edebantur. *In tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli tres.* Juvenal. 2, 28. Bax. Proſcriptionem neſcio quam bene hic objecerit Rupilio poëta, earundem ipſe partium. Forte hæc demum poſt victoriam Cæſarianorum ſcripta, cum partes Bruti objiceret Horatio recepto, receptus ipſe Rupilius: ut Tubero olim Ligario. Sic poteſt ratio reddi cur exſtare carmen hoc paſſus ſit Horatius. Rem non plane recentem commendari verſibus, ipſum exordium

Ibrida quo pacto ſit Perſius ultus, opinor
Omnibus et lippis notum et tonſoribus eſſe.

Perſius

2 Hibrida G. Z. Hybrida *reliqui*. 3 haud lippis *conj. Faber*.

exordium declarat. Forte negarat Rupilius, ſe in caſtris Bruti fuiſſe. GES.

Publius Rupilius cognomine Rex, Prænestinus, commilito fuit Horatii in caſtris Bruti; hic ægre ferens quod Horatius Tribunus eſſet, ſæpe ignobilitatem generis illi objiciebat: idcirco nunc eum ex perſona alterius lacerat. Vet. Schol. BAX.

Pus atque venenum: malignitatem atque livorem. Vet. Schol. Nam a lurore veneni *maledici* dicuntur nigri, ut alias oſtendimus. *Pus eſt ſanguis qui in carne computruit.* Vet. Schol. Cruq. & per hoc vetus etiam ulcus. BAX.

2 Veteribus Italis & Celtis *umber*, *imber* & *iber* furculus erat inſititius, ut & hodie aboriginibus noſtris *imp* (German. *impfen* inſerere). Hinc & bigenera omnia dicuntur *Ibridæ*, pro quo corrupte vulgo *Hybridæ*, ut oſtendit Scaliger in Notis ad Varronem. Atque ita Bentleius edidit. Erat Perſius iſte Clazomenius parentibus, Romano & Græca. BAX.

3 *Omnibus et lippis notum et tonſoribus eſſe.* Tanaquillus Faber acutiſſimo vir ingenio, *Si res*, inquit, *& omnibus lippis & tonſoribus nota eſt, quid igitur attinet illam narrare? Ridiculus foret Horatius. Lego itaque,*

Omnibus HAUD *lippis notum & tonſoribus eſſe.* Ubi non dico, invitis omnibus libris repoſuiſſe hoc Fabrum; idem enim & nos non ſemel fecimus & poſthac faciemus, ſed melioribus, ni valde fallimur, argumentis freti. Quorſum enim *ridiculus?* adeone oblitus eſt Faber, quod in Ovidio olim legerat, Arte Am. I, 681.

Fabula nota quidem, ſed non indigna relatu? Celebris quidem tum vulgo erat Perſii jocus: ſed Horatius, qui Rupilium male oderat, omnibus eum ſæculis traductum & laceratum voluit. Ergo literis mandat perennaturis; quod alioqui, licet per ora hominum volitaret, tamen intercideret. Neque vero *Haud notum lippis* melius huc aptiuſve convenit. Quomodo enim tam arcanum & paucis notum eſſe potuit; quod publice in Praetorio actum eſt, & populo & milite audiente? Quare optimum eſt, ut receptam lectionem tutemur: illud duntaxat quaeſituri, quo conſilio Noſter *Lippis* hoc & tonſoribus notum eſſe dixerit. De *Tonſoribus* quidem res clara eſt: cum in tonſtrinis homines otioſi & rumigeruli deſidere & tempus terere ſolerent; ut recte ex Plutarcho aliiſque Lambinus poſt Eraſmum obſervavit. At quamobrem quaeſo *Lippis?* Unde illis datum, ut magis aliis quibuſvis rumores confectentur? Lippi, aiunt, loquaces & curioſi eſſe ſolent; quia prae oculorum vitio nihil aliud, quod agant, habent: unde & proverbium eſſe natum de re pervulgata, *Lippis omnibus & tonſoribus notum.* Haec quidem recentiores: at quanto melius Vetus Scholiaſtes locum enarrat! *Adeo ait divulgatum eſſe, quibus modis infectatus ſit Perſius Rupilium, ut & in* Tonſtrinis *haec & in* Medicinis *narrata ſint. Fere autem in his officinis otioſi ſolent conſidere, ac res rumoribus frequentatas fabulis celebrare.* Recte quidem & erudite. *Medicinis* autem hic poſuit pro officinis medicorum; ubi non minor, quam in *Tonſtrinis*, hominum erat frequentia: unde illa Plauti in Amphit. IV, 1, 3. ſqq.

Nam omnis plateas perreptavi, gymnaſia & myropolia:
Apud emporium, atque in macello, in palaeſtra atque in foro:
In medicinis, *in* tonſtrinis, *apud omnis aedis ſacras:*
Sum defeſſus quaeritando; nuſquam invenio Naucratem.

Sine dubio haec Flacci ſententia eſt: & rectum quidem erat, ut ſic potius verſum conſtitueret,

Omnibus

Perſius hic permagna negotia dives habebat
Clazomenis, etiam lites cum Rege moleſtas;
Durus homo, atque odio qui poſſet vincere Regem;
Confidens, tumidus; adeo ſermonis amari,
Siſennas, Barros ut equis præcurreret albis.

Ad

7 tumiduſque *etiam Z. Ven* 1479 &c. & Vulg. Barrosque.

Omnibus & medicis *notum* & *tonſoribus eſſe.* Ut enim *tonſores*, ita & *medici*, quorum plerique tum liberti erant & in vilibus tabernis degebant, omnia illa audire poterant, quae adventores ibi garriebant. Bentl.

Proverbiali ſchemate protulit *Lippis* & *tonſoribus*. *Lippos* autem dicit aſſiduae potationi operam dantes, & in tabernis vinariis otiantes: Theophraſto etiam τὰ κηρεῖα ἄοινα dicebantur συμπόσια, quod oſtendit Cruquius ex Plutarcho. Bax. Malim *lippos* intelligere cum Vet. Schol. qui oculos inungendos curant in *medicinis* h. e. officinis medicorum. Pulchre advocavit Bentleius Plautum Amphit. 4, 1, 3 *Nam omnes plateas perreptavi—in medicinis, in tonſtrinis* &c. Hic enim dum ſedent, & expectant manum medici, fabulas ſerunt, audiunt. Ges.

4 *Erat enim negotiator apud Clazomenas.* Vet. Schol. Cruq. Vult oſtendere hominem fuiſſe alicujus notae apud ſuos. Bax. *Negotia*, res pecuniariæ, pecuniæ fœnori locatæ. vid. Ern. Clav. Cicer. v. Negotium. Zeun.

5 *Moleſtas lites*, importunas dicit litigationes & pertinaces. Bax.

6 Poſſet qui. Cun.

Durus dicitur indomitus & effrænis, qui ſcilicet flecti nequit. Bax.

Odio eſt quod nauſeam movet, & per hoc ferri nequit, ob moleſtiam & inſuavitatem. Bax.

7 *Adeo ſermonis amari.* ſermonis odioſi, inſuavis, injucundi, mordacis: homo petulans in maledicendo. πικρὸν appellant Græci, hominem amare iraſci ſolitum. *tumidus* autem excudendum curavi ſine copula *que*, ſecutus auctoritatem 2. cod. Vatic. Jann. & Torn. ſic ſupra ſat. 3, 85. *habeare inſuavis, acerbus.* Lam.

Confidens tumiduſque. Ita Editiones antiquae, & manuſcriptorum pars longe maxima. Quid itaque attinet que ejicere? quamnam lucrabimur elegantiam? Bentl.

Fidens in bonis; *confidens in malis.* Vet. Schol. Perfrictæ erat frontis & improbus. Bax.

Pro *tumiduſque* Torrentii & Cruquii Codices legerunt *tumidus*; *que* adjectum eſt a Grammaticaſtro, & a Bentleio ſervatum. Bax.

8 *Cornelius Siſenna*, de uxoris vita apud Senatum interpellatus, reſpondit ſe olim duxiſſe eam ſuaſu & hortatu Auguſti. Hoc monuit Torrentius ex Dione. Bax.

Equis albis, Proverbio erat. Hujuſmodi equi erant ſolis atque etiam triumphantium. *Qui candore nives anteirent, curſibus auras.* Virgil. Æn. 12, 84. de equis Pilumni. Bax.

10 *Hoc etenim ſunt o. i.* hæc omnia uſque ad illum locum, *Bruto prætore*, &c. interpoſitionis nota ſunt includenda. moleſti autem ſunt ii fere, quos alio nomine pertinaceis appellamus: niſi quis forte dicat, eo inter ſe differre, quod pertinaces interdum pertinacia ſua neminem offendunt: moleſti autem quovis ſermone, & quovis tempore offendunt, atque adeo enecant. hujus igitur loci hæc ſententia eſt: moleſti eodem jure ſunt, id eſt, eandem, ſibi libertatem, licentiamque ſumunt, ac vendicant, quam viri fortes, inter quos nata diſſenſio & diſcordia eſt. Nam quemad-

Ad Regem redeo: poſtquam nihil inter utrumque
Convenit (hoc etenim ſunt omnes jure moleſti
Quo fortes, quibus adverſum bellum incidit. Inter
Hectora Priamiden, animoſum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors
Non aliam ob cauſam, niſi quod virtus in utroque
Summa fuit. Duo ſi diſcordia vexet inertes;
Aut ſi diſparibus bellum incidat, ut Diomedi
Cum Lycio Glauco; diſcedet pigrior, ultro
Muneribus

17 diſcedat *Mſs. Mus. Br. B. D. C. F. G.* pulchrior *Han. G. S. Bos Anim.* p. 59.

quemadmodum hi numquam placantur inter ſe, numquamque in gratiam mutuam redeunt, quamdiu vivunt: ſic & moleſti nunquam inducere animum queunt, ut reconcilientur inter ſe. ordo verborum hic eſt, moleſti hoc ſunt jure, quo fortes, quibus adverſum bellum incidit. LAM.

Comice ponitur *hoc* pro eodem; atque ita ſupplenda eſt extrinſecus ſententia; *hoc jure omnes moleſti ſunt moleſti, quo omnes fortes quibus adverſum bellum incidit, ſunt fortes.* BAX. Mihi ſic videbatur. *Moleſti omnes, quibus adverſum bellum incidit, ſunt hoc jure,* hac conditione, *quo fortes quibus bellum incidit,* nempe ut vel commoriatur dimicatio, vel alteruter certe pereat. Quantum ad pugnarum eventum moleſti ſunt ſimiles fortibus. GES.

Moleſti per Charientiſmum dicuntur odioſi, & importune laceſſentes. BAX.

11 Satis commode *adverſum* dixit bellum de monomachia cogitans, ducta metaphora a duobus tauris adverſis frontibus congredientibus. BAX.

Ridicula imitatio Heroicæ Poeſeos in levi materia. Ἕκτορα Πριαμίδην, Homericum eſt. BAX. Repetitum *inter* quod Bentleio diſplicet, ſatis vindicatum in Theſauro. GES.

13 *Capitalis* quæ non, niſi alterius interitu, ſedaretur: ira peſtifera, pernicioſa, inexpiabilis. M. Tull. Philip. 3, 2. *capitalem, & peſtiferum M. Antonii reditum timeremus.* Idem Off. 3, 21. *capitalis Eteocles.* Idem epiſt. ad Trebat. libr. 7. 13. *Treuiri capitales.* Idem Verr. 2, 2, 31. *Illud, illud eſt capitale: illud formidoloſum, illud optimo cuique metuendum.* LAM.

Olim ſecuri percutiebant nocentes liberos; hinc *capitalis* hoc loco pro mortifera. BAX.

Θυμῷ γὰρ ὀδὶν γῆρᾳς ἰσιν ἄλλο πλὴν θανεῖν, verba ſunt Sophoclis, citante Cruquio. BAX.

Mire *divideret* de acriter pugnantibus, h. e. dirimeret. BAX.

15 *Vexet.* ſic habent tres libr. manuſcr. Don. Faer. Torn. nonnulli alii *verſet.* LAM.

Sic & Virgilius; *Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros.* Vet. Schol. duos. BAX.

Vexet, h. e. in iram incitet: Proprie enim ira vel furore tentati, *vexari* dicuntur. Bentleius pro *vexet* poſuit *verſet*, quæ rarior Lectio eſt, & repræſentata a Lambino. BAX. *Verſet* eſt Sat. 2, 3, 249. Add. Sat. 1, 8, 19. GES.

17 Veteres Impreſſi legerunt *diſcedet*, non *diſcedat*, quod & nos ſequuti ſumus. BAX.

18 *Muneribus*

Muneribus miſſis) Bruto Prætore tenente
Ditem Aſiam, Rupilî et Persî par pugnat, uti non
Compoſitum melius cum Bitho Bacchius; in jus
Acres procurrunt, magnum ſpectaculum uterque.
Perſius exponit cauſam, ridetur ab omni
Conventu; laudat Brutum, laudatque cohortem;
Solem Aſiæ Brutum appellat; ſtellaſque ſalubres,
Appellat comites, excepto Rege; canem illum,
Inviſum agricolis ſidus, veniſſe: rŭebat
Flumen ut hibernum, fertur quo rara ſecuris.

Tum

20 Compoſitus *G. Z. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *it. Ald. Steph. uterque Bur. Mſs. Mus. Br. B. D. & Edit. Pr. in Bib. Reg. Br.* 21 procurrunt *probat etiam Heinſ. ad Sil.* 7, 566. concurrunt *al. & Mſs. Mus. Br. C. F. G.* 27 quo fertur *Mſ. Mus. Br. B.*

18 *Muneribus miſſis; ut Glaucus ceſſit Diomedi arma ſua aurea, acceptis æreis.* Vet. Schol. BAX.

Prætore more veteri poſuit pro Imperatore: nam Brutus hoc tempore in Aſia contrahebat auxilia adverſus Auguſtum. BAX.

19 Nam gladiatorum paria dici ſolet. BAX.

20 *Compoſitum*, modo poſuit pro *commiſſum:* optimi enim Torrentii Codices legerunt *compoſitum* pro *compoſitus*, ſuppreſſo ſcilicet *par*; vel ἀπὸ κοινοῦ repetito: atque hoc Comicæ & Satyricæ negligentiæ eſt. Bentleius contra contendit veram Lectionem eſſe *Compoſiti* autoritate unius Codicis; quod nihilominus videtur nobis veriſimillimum, ob elegantem ſtructuram verborum, quam non capiebant Exſcriptores. BAX.

Bithus & Bacchius gladiatores optimi illis temporibus fuerunt, qui cum multos interemiſſent, commiſſi inter ſe mutuis vulneribus conciderunt. Vet. Schol. BAX.

21 *Procurrunt.* id eſt, foras, & in publicum currunt: vel currendo prodeunt. hæc enim vis eſt interdum præpoſitionis *pro* in compoſitione. *procurrunt* autem edendum curavi, codices veteres ſecutus, in quibus omnibus partim ita ſcriptum reperi, partim *præcurrunt*, quod poſterius rejeci, ut a recto *procurrunt* depravatum, *Concurrunt* autem, quod reperitur in vulg. damnavi, ut ſuppoſititium, & adulterinum. LAM.

Mire perdurat in *tranſlatione Theatri ad Judicium.* Vet. Schol. BAX.

23 *Conventum* dicit Juridicum. BAX.

Cohortem comites dicit Bruti, qui in conſilio erant, ſic & Lucilius ait: Ut Prætori' cohors ut noſtris dixit Aruſpex. Vet. Schol. BAX.

24 Apud Vet. Schol. legendum pro *opportune laudans, importune laudans.* BAX.

25 *Canem* falſa Dilogia pro ſtella & animali poſuit. BAX.

26 Iterum ridicule inſurgit, ut in Heroico Poemate. BAX.

27 *Fertur quo rara; quia omnia ligna ſecum trahit torrens, non eget ſecuri.* Vet. Schol. BAX. Si in ſilvam denſam irruat torrens, majorem edit ſtragem, quam ſi ea paſſim cæſis arboribus rara ſpatium aquæ præbeat. Illa cum flumine vel torrente comparatio eſt Demoſthenica,

Tum Prænestinus salso multoque fluenti
Expressa arbusto regerit convicia, durus
Vindemiator, et invictus, cui sæpe viator
Cessisset, magna compellans voce cuculum.
At Græcus, postquam est Italo perfusus aceto,

Persius

28 multumque *Mss. Mus. Br. F. G. & Edit. Pr. in Bib. Reg. Br.* mustoque *conj. Da. Heins.*
30 Vindemator *Gott. marg. Med.* 1477. *Ald.*

thenica, & repetita a Luciano in Demosth. encomio p. 495 & 512 ubi quædam admonuimus. GES.

28 *Salso multumque fluenti.* Ita editiones, & major pars codicum. Torrentiani tamen aliquot melioris, ut ait, notae, MULTOQUE: quibus accedunt Bersmanni duo, & ex nostris Petrensis, Galei, & Franekeranus, & Scholiastes quoque Porphyrion. Agnosco veram Horatii manum:

Tum Praenestinus salso MULTOQUE *fluenti*
Expressa arbusto regerit convitia, durus
Vindemiator, &c.

ubi ordo est: *Tum Praenestinus* Rupilius, *durus vindemiator, expressa arbusto convitia regerit* Perso *salso multoque fluenti*; qui scilicet, hiberno flumini modo comparatus, salsus multusque contra Rupilium fluebat. *Multo fluenti*, πολλῷ ῥέοντι, ut ait Demosthenes, cujus profecto locum in animo habuit Noster, ex Oratione de Corona: Τότε μὲν ἐγὼ τῷ Πυθωνι θρασυνομένῳ καὶ ΠΟΛΛΩ ΡΕΟΝΤΙ καθ' ὑμῶν οὐχ ὑπεχώρησα: *Tunc quidem ego Pythoni rhetori, ferocienti & MULTO FLUENTI adversus vos, minime cessi.* Ita Graeci alibi, Λαβρὸς ῥέων, Λαβρὸς ἐπαιγίζων: & adjectivum hic omnino elegantius est adverbio. Virgil. Georg. III, 28.

Atque hic undantem bello, magnumque fluentem
Nilum, ac navali surgentis aere columnas.

i. e. μέγαν ῥέοντα, non genere neutro *magnum* pro *magne*; ut male vulgo accipiunt. Porro & illud notandum, *salso* cum *fluenti* connectendum esse, itidem ut *multo*: ἁλμυρῷ ῥέοντι καὶ πολλῷ: multo enim venustius hoc, quam si *salso* seperatum efferas. BENTL.

Prænestinus; Itali municipes Romæ ignobiles erant Sic & Juvenalis, 8, 237. *Hic novus Arpinas*; de Cicerone. BAX.

Vetus Interpres cum melioribus Torrentii libris legerunt *multoque fluenti* pro *multumque*, ut fit nomen; quod longe melius videtur. BAX. Pulchre Fabricianus Porphyrion, *Salso multoque fluenti* ad verbum interpretatur, *Urbane ac copiose locuto* (πολλῷ ῥέοντι Demosth. pro coro. c. 43 p. 84) *Persio invicem Rupilius convicia regerit, non minus ridiculus, quam rustici vindemiatores* &c. Nempe *arbusto* i. e. putatori (qui hic *vindemiator* vocatur improprie) *exprimit convicia* viator, quum *cuculum* appellat: non quasi *arbustum* pro putatore s. arboratore dicatur; sed quia tamen convicia ex arbusto veniunt. GES.

29 *Expressa*; Metaphora ducta a vino quod exprimitur arbusto, h. e. vite arbustiva. Ordo est, *Expressa arbusto fluenti salso multoque*. BAX.

Durus, h. e. ut *pervicax* & cerebrosus. *Vindemiator* autem modo tetrasyllabum est, per Synæresin Figuram. BAX. Hinc Vindemator est in Venet. & Glar. ZEUN.

30 *Invictus*, ob perfrictam audaciam, invicta constantia vultus. BAX.

31 *Cuculum*; *Exprobratio fœda putantium vites per imitationem cantus alitis temporariæ, quam cuculum vocant: dedecus enim habetur opprobriumque merito falcem ab illa volucre in vite deprehendi.* Plinius (18, 26 extr.) notante Cruquio. BAX.

32 *Italo perfus. aceto.* salibus Italis, aculeatis, & mordacibus. Plautus Bacchidibus, 3, 3, 1. acetum translate usurpavit pro iracundia.

Nunc

Perſius exclamat, Per magnos, Brute, deos te
Oro, qui reges conſuêris tollere, cur non
Hunc Regem jugulas? operum hoc (mihi crede) tuorum eſt.

SATIRA VIII. *Omitt.*

IN SUPERSTITIOSOS ET VENEFICAS.

OLIM truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cum faber incertus ſcamnum faceretne Priapum,
Maluit eſſe deum: deus inde ego, furum aviumque
Maxima

34 conſueſti *Bentl. ex libris paucis.*

Nunc experiar ſitne acetum tibi peracre in pectore. LAM.

Italo aceto, h. e. Romana mordacitate. Vet. Schol. BAX.

34 *Qui reges conſueris tollere.* Editio Veneta cum Acronis & Porphyrionis Scholiis MCCCCXC, tam in verſu ipſo, quam in utriuſque Enarratione CONSUESTI habet; atque ita ſine ulla litura codex noſter Galeanus. Zulichemianus vero, *Conſueras.* Illud placet: modus enim Indicativus aptius hic convenit; & *Conſueſti* potius dicere ſolebant, quam *conſueviſti.* Cicero Ep. Fam. XV, 3. *Tu velim, ut* conſueſti, *nos abſentes diligas & defendas.* Ad Attic. XII, 37. *Etſi tu meam ſtultitiam* conſueſti *ferre.* BENTL.

35 Vapidus hic jocus eſt, in ridendo voluit Auguſtum tangere. BAX. In priori editione plane peſtiferam Dilogian vocarat. Puto autem, nec Perſium nec Horatium hic aliquid de Auguſto cogitaſſe: ſed luſiſſe ſimpliciter in cognomine Regis & Regicidio, Juniæ Brutorum familiæ decore antiquo, in Cæſare dictatore inſtaurato. GES.

1 *Truncus*; neque manus habens, neque pedes, uti [add. *nec* G.] nunc habeo; & mire ſubjecit *inutile:* nam σύκινον ἄνδρα dicunt Græci. *Nam hæc materia nullis fabricis idoneæ eſt.* Vet. Schol. Et *inutilis eſt* cui vel deſunt, vel periere vires. Ineſt igitur Horatio conſulta Dilogia. BAX.

2 *Incertus*, h. e. hærens. BAX.

Illud *ne* adhærens verbo *faceret* indicat, verbum eſſe geminandum, ut *que.* Vid. ad Car. 2, 19, 28 & 32. GES. Eſt idem quod faceretne an Priapum. ZEUN.

Priapus, idem erat qui & Bacchus & Sol, frugum Deus, ab antiquo πρὶ (unde πρίν) & Ἄππα, quaſi tu dicas, *Primus Pater:* unde & in Onomacriti Hymnis & Πρωτόγονος & Φάνης appellatur. Superius (Car. 2, 19, 8. *it.* 4, 2, 50) oſtendimus ficum arborem ob θρία, ſeu trimembria folia, Baccho fuiſſe ſacram, & membri virilis ſymbolum. BAX.

Maxima formido; nam fures dextra coërcet,
Obſcenoque ruber porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque novis conſidere in hortis.
Huc prius anguſtis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arca.
Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum,
Pantolabo ſcurræ, Nomentanoque nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic

12 agro *conj. Cun. & ſic Sax.*

4 *Quia fuſtem tenens figuratur.* Vet. Schol. *Fuſtem* dicit inſtrumentum ruſticum quo frumentum in area trituratur: Aborigines noſtri Romano adhuc vocabulo *Fuſt* appellant: alias *Saligna falce* armabatur, autore Marone. Bax.

5 *Palus*; hinc Græcis *Ithyphallus* appellatus eſt. An minabatur pygæ? Certe hoc Ironice ſignificari videtur. Bax.

6 *Importunas*; h. e. moleſtas, vel improbas. Bax.

Puto fiſtulam fuiſſe *arundinem* iſtam, quæ concepto vento ſonum edebat: unde enim arundo muta terreret volucres? Bax. Motu, acumine forte. Ges.

7 *Novis*; *propter recentem dedicationem Mæcenatis. Sepulchra erant in hoc loco ubi nunc ſunt horti Mæcenatis, Thermæ Traianæ & Domus Creſcentiæ.* Vet. Schol. Bax.

8 *Cellæ, ſervorum manſiunculæ, & tenuiorum habitacula.* Torrentius. Bax.

10 *Stare* dicitur quod denſitate ſui, vel numero oculos implet: ac ſi nequiret cadere. *Soliti erant* CARNIFICES *in Eſquilina via puteos facere, in quos corpora mittebant. Hinc locus dictus erat Puticuli. Hic etiam erant publicæ Uſtrinæ.* Vet. Schol. Bax. *Carnifices* ergo humilia etiam alia cadavera ſepelierunt, veſpillonum ultimi. De his Juven. 8, 175 *Inter carnifices & fabros ſandapilarum.* Ges. *Miſeræ plebi*, iis de plebe, qui proprium locum non habebant; ubi honeſte ſepelirentur.

Zéun.

Hic miſeræ. Cun.

11 *Fuit Mallius Verna trans Tiberim ingenuis parentibus natus, qui quia a multis pecuniam mutuam rogabat, Pantolabos eſt cognominatus* Vet. Schol. De *Nomentano* alias diximus ad Sat. 1, 1, 102. Bax.

Scurræ dicebantur urbani qui dicacitate ſua victum quærebant. Bax.

12 *Mille pedes in fronte*, &c. hæc erat formula verborum, quibus teſtatores ſignificabant, ſe certum loci ſpatium e ſuis agris excipere, quod & ſuis heredibus adimerent, & reip. ſeu alicui corpori, & univerſitati: ſeu libertis & familiæ ſuæ donarent, ut eſſet vel populi, & univerſitatis, vel familiæ ſepulcretum, *hoc monumentum heredes non ſequitur*, vel hæ literæ H. M. H. N. S. quæ tantumdem valent. cujuſmodi notæ, præterquam quod extant apud Probum grammaticum de ſcripturis antiquis, reperiuntur etiam hodie in veteribus marmoribus, & lapidibus inciſæ, ex quibus quattuor hoc loco exempla proponam: unum ex marmoreo monumento, quod Bononiæ

Hic dabat; hæredes monumentum ne ſequeretur.
Nunc licet Eſquiliis habitare ſalubribus, atque
Aggere in aprico ſpatiari, quo modo triſtes
Albis

13 ſequerentur *Mſs. Mus. Br. B. D. F. G.* 15 qua *Bentl. & Cun.*

Bononiæ vidi: alterum ex uno, quod Romæ: duo ex duobus Mutinenſibus, a me ſcripta. ſic igitur inſculptum eſt in Bononienſi. Q. MANILIO C. F. CORDO LEG. XXI. RAPAC. PRÆF. EQVIT. EXACT. TRIBVT. CIVIT. GALL. FAC. CVR. CERTVS LIB. IN AGR. P. XLIV. IN FR. P. XLIV. H. M. H. N. S. (hoc monumentum heredes non ſequitur.) Sic in uno Muti. CLODIA PLAVTILLA SIBI ET Q. VERCONIO AGATHONI, MARITO OPTIMO, ET LVCIFERÆ LIBERTÆ IN FR. P. XX. IN AG. P. XX. H. M. H. N. S. ſic in altero. C. STATIVS C. F. SALVIVS SIBI ET C. STATIO, C. FABIO RVSTICO, ET P. POMPONIO P. L. ANTEROTI POMPONIÆ P. L. OPTATÆ, POSTERISQVE EORVM F. L. (id eſt, faciendum locavit) IN FR. P. XVI. IN AG. P. XX. Eadem autem eſt harum litterarum ſententia apud Probum, quem ſupra commemoravi. H. M. AD. H. N. TRANS, id eſt, hoc monumentum ad heredes non tranſit. extat & hæc ſcriptura apud eundem non admodum diſſimilis. H. M. H. EX T. N. S. id eſt, hoc monumentum heredes ex teſtamento non ſequitur. Nemo autem (opinor) ignorat, ſepulcrorum alia fuiſſe familiaria: alia hereditaria. Familiaria erant ea, quæ teſtator ſibi, & familiæ, id eſt, ſibi, & liberis, & libertis: hereditaria, quæ ſibi, & heredibus facienda curabat. Lam.

Neſcio quis donavit agrum ſuum populo ad ſepulchra & poſuit fines. Vet. Schol. Bax.

In fronte; h. e. ad viam publicam, vel in latitudinem; *in agrum*, h. e. agrum verſus, vel in longitudinem. Bax. V. Inſcr. Grut. p. 856, 2 LOCVS — IN FRONT. p. XL. IN AGR. P. XXXIIII. Bax.

Cippus, vox Punica: nam & Syris Κηφᾶ lapis eſt; Tituli, ſive στήλης genus: hujuſmodi erant rudiorum temporum mortuorum ſtatuæ. Bax.

13 *Singularibus literis notabant. H. M. H. N. S.* h. e. *Hoc monumentum hæredes non ſequitur. Videlicet ne pro ſuis habeant inferendis reliquiis aliorum mortuorum.* Vet. Schol. Sic enim legendum pro *multorum*. Bax. Retineam *multorum*, ſed addam *deſtinata*, vel tali quid. De re ipſa vid. Gruteriani Indicis c. 17 & 20. Bax.

14 *Eſquiliis*; *locus in quo ante ſepeliebantur corpora, extra portam illam in qua eſt Seſſorium.* Vet. Schol. *Cum Seſſorium* non compareat in Lexicis, videndum an fuerit ſuggeſtum unde a ſeſſoribus conſcendebantur equi. Illic poſtea Seſſoriana Baſilica a Conſtantino condebatur. Bax. *Seſſorium* Cœlii Aureliani eſſe ſedile quodvis, apparet: Petronii *Seſſorium* eſt Gynæconitis, ubi in cathedris *ſedent* mulieres, ut *cubant* in lectis *cubiculorum* viri. Quid ſi Acronis *ſeſſorium* ſit mulierum quoddam *Senaculum*, quale Romæ fuiſſe, conſtat? Bax.

Salubribus; *quia nemo ibi modo ſepelitur.* Vet. Schol. *Auguſtus æger in Mæcenatis domo cubare ſolitus eſt: Tiberius etiam in hortos Mæcenatianos commigravit.* Torrentius. Subeſt igitur Dilogia. Bax.

15 *Aggere*; an Agger hic erat Tarquinii, ubi poſtea caſtra Prætoriana erant? Bax. Sic videtur propter viciniam Eſquiliarum. Ges.

" Pro *quo modo* [inquit Bentleius] lege " invitis licet Codicibus, *qua modo.*" Ego tamen non auſim. Unde enim novit ille non licere dicere *quo* pro *in quo loco* vel *ubi?* Alias novimus *eo* & *quo* vetuſtos eſſe Accuſativos; verum & *quo* dicitur in Ablativo. Bax. Bentleii emendatio probabilis eſt, quia *qua* a librariis

Albis informem ſpectabant oſſibus agrum.
Cum mihi non tantum fureſque feræque, ſuetæ
Hunc vexare locum, curæ ſunt atque labori,
Quantum, carminibus quæ verſant atque venenis
Humanos animos: has nullo perdere poſſum,
Nec prohibere modo, ſimulac vaga luna decorum
Protulit os, quin oſſa legant, herbaſque nocentes.
Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis, paſſoque capillo,
Cum Sagana majore ululantem (pallor utraſque
Fecerat horrendas aſpectu) ſcalpere terram
Unguibus, et pullam divellere mordicus agnam
Cœperunt;

19 vexant *al. apud Burm. ad Ovid Am.* 2, 2, 29. *& Sax. vid. ad Sat.* 1, 7, 15. *& Mſ. Mus. Br. F.* 24 ſparſoque *Mſs. Mus. Br. B. G.* 27 morſibus *H.*

a librariis ob ſequens *modo* eſt mutatum. ZEUN.

17 *Feras*; nunc dicit volucres. BAX. Sunt aves carnivoræ, quæ dicuntur Epod. 5, 100. Eſquilinæ alites. ZEUN.

18 *Vexare*, h. e. iniquietare & frequentare. BAX.

19 Errore *verſant* defixorum mentes. BAX.

20 Qui pro *perdere* maluit *pellere*, ille ſic enervari orationem vehementem Priapi non ſenſit. Nihil minus minantur comici irati, quam *perdere, diſperdere, cerebrum diſpergere in via* &c. GES.

22 *Protulit os, Virgil.* Æn. 8, 591. *Extulit os ſacrum.* Vet. Schol. Recte hæc appoſuit; nam iratæ Dianæ furor atque dementia tributa ſunt. BAX.

23 *Vidi egomet; hic verſus tragice profertur, ut Virgil.* Æn. 3, 623. *Vidi egomet duo de numero.* Vet. Schol. BAX.

Nigra & furva diis inferis ſacra. Cruquius. BAX.

Succinctam; quo expeditior eſſet. BAX.

24 *Canidiam*; *Gratidiam Neapolitanam.* Vet. Schol. BAX.

Notum eſt veteres rem divinam nudis pedibus peragere conſueviſſe. BAX.

25 *Memini me legiſſe apud Helenium Acronem, Saganam fuiſſe nomine, libertam Pomponii Senatoris qui a Triumviris eſt proſcriptus.* Vet. Schol. Ex altero Scholiaſte legendum *Fœneratoris.* BAX.

Filiæ fere omnes cognomines erant apud Veteres; ut altera e duabus eſſet major; altera minor ejuſdem nominis. BAX.

Utramque. CUN.

26 *Scalpere*; quo ſcrobs fieret magica, unde manes ex Orco evocarent. Siquidem Veteres terram e tenui cruſta conſtare credebant. BAX.

27 *Pullam divellerem.* divellere id eſt, diſcerpere, ac diripere, *mord.* i. dentibus. Pullam autem, id eſt, nigram. Et vero nigra eſſe debet, cum hæc ſacra ſint magica, & fi-

ant

Cœperunt; cruor in foſſam confuſus, ut inde
Manes elicerent, animas reſponſa daturas.
Lanea et effigies erat, altera cerea; major
Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem.
Cerea ſuppliciter ſtabat, ſervilibus, utque
Jam

28 Cœpere *Cun. e conj.* diffuſus *H.* ut quæ *Bentl. ex MSS. & ſic G.*

ant diis inferis: qua de re alibi. Lam.

Mordicus, pro eo quod eſt morſibus. Vet. Sch. Bax.

30 *Lanea & effigies er.* duæ (inquit) etiam erant imagines: una lanea, altera cerea. ſolebant autem mulieres, quæ veneficiis, & magicis artibus utebantur, imagines adhibere & cereas, ut is, quem amore ſui capi vellent, inſtar ceræ molleſcerent: & cretaceas, ut is ſe in alias mulieres obfirmaret, atque obdureſceret tanquam creta: & laneas, ut amore ſui incenderetur, atque inflammaretur non aliter, quam lana. exemplum imaginis cretaceæ ſimul & cereæ exſtat apud Virg. Ecl. 8, 80. *Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit Uno, eademque igni: ſic noſtro Daphnis amore.* cereæ tantum apud Theocr. ἰυδ' β. Ὡς τῆτον τὸν καρὸν ἐγὼ συν' δαίμονι τάκω, Ὡς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μίνδιος αὐτικα Δελφίς. id eſt, quemadmodum autem hanc ceram ego cum dea liquefacio, ſic continuo liqueſcat amore Daphnis Mindius. Lam.

Canidiæ erat lanea, cerea autem Horatii: eorum enim effigies quos ſalvos voluerunt ex lana confecere. *Laneæ effigies noctu dabantur in compita, quot liberos ſalvos eſſe voluerunt.* Torrentius. Lana enim invulnerabilis: ceream acubus figebant. *Devovet abſentes ſimulacraque cerea fingit; & miſerum tenues in jecur urget acus.* Ovid. Her. 6, 91. Bax. Virgiliana Pharmaceutria, ſi credimus Donato ad 8, 80 *ſe de limo fecit, Daphnidem de cera* &c. Ges.

31 *Compeſceret.* h. e. in ordinem cogeret, per Charientiſmum pro cæderet. Bax.

32 *Servilibus utque jam peritura modis.* Lege ex duobus Torrentii, Plumanni tribus, Gifanii uno, quem laudat in Indice Lucretiano V. *Commune ſepulcrum*; & noſtris denique Galeano & Magdalenenſi:

Cerea ſuppliciter ſtabat, ſervilibus UT QUAE
Jam peritura modis.

ſuppliciter ſtabat, ut quae peritura: hoc eſt, *utpote quae* peritura eſſet. Sed inſurgit hic doctiſſimus Lambinus: *Errant*, inquit, *vehementer, atque adeo plane caecutiunt, qui legi volunt,* UT QUAE. *Nam ſi ita eſſet, deeſſet verbum* erat *ſeu* eſſet. Atque haec quidem tam acerba in re levi Gifanii, ut videtur, cauſſa protulit, quem cane & angue pejus oderat propter editum ab illo Lucretium: at eadem opera ceteros, opinor, a lectione illa deterruit. Ne ſaevi vero tantopere, o bone. Quaſi enim quicquam facilius aut familiarius, quam ut *eſſet* ſubintelligatur? Noſter Serm. I, 1, 23.

Praeterea ne ſic, ut qui *jocularia* ridens,
Percurram.

& I, 3, 9.

Nil aequale homini fuit illi: ſaepe velut qui
Currebat, fugiens *hoſtem.*

ubi nunc, ſodes, error ille & caecitas, quae exprobaſti? Enimvero *ut quae* longe hic elegantius eſt, quam *utque:* Terent. Andr. I, 1, 121.

Ita tum diſcedo ab illo, ut qui *ſe filiam*
Neget daturum.

Vide nos ad Serm. I. 4. 110. Bentl.

Bentleius mallet ſolute dici *ut quae* cum quibuſdam aliis; verum mihi ſecus videtur. Bax.

33 Hyperbole

Jam peritura, modis. Hecaten vocat altera ſævam,
Altera Tiſiphonen: ſerpentes atque videres
Infernas errare canes, lunamque rubentem,
Ne foret his teſtis, poſt magna latere ſepulcra.
Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum; atque in me veniat mictum atque cacatum
Julius et fragilis Pediatia, furque Voranus.

Singula

38 veniat *Bentl. ex MSS. & ſic G. Z. Med* 1477. *Ven.* 1479. *F.* venient *al.*

33 Hyperbole ſervili metui accommodatiſſima. BAX.

Græcis Sol *Hecatos*, & Luna *Hecate*, ab ἑκάς, quod eminus radios ſuos jaculentur, & nocentes feriant: ſane aliæ tres Furiæ, quam triplicis Dianæ facies. Illuni nocte nulli comparent Manes: *Et Cytherea choros ducit Venus imminente Luna* Od. I, 4, 5. BAX.

34 *Serpentes atque videres*, Hyperbaton pro *Serpentes videres atque.* Serpentes deorum erant manium; quod nocerent, & e terra proreperent. BAX. Vid. Perſ. 1, 113. GES.

35 *Infernas canes, Furias, quæ ſunt canes Jovis infernalis.* Vet. Schol. Cruq. *Canem* etiam noxium animal & carnivorum ad Stygium Solem Veteres referebant. BAX.

37 *Caput inquiner.* κατὰ κεφαλήν. Helleniſmus. Latine dixiſſet mihi caput inquinetur. LAM.

At modo dicitur pro *quin*, vel *quinetiam.* Imprecatur ſibi mentienti, ut ab avibus, cinædis & furibus contemnatur. BAX.

38 *Veniant mictum atque cacatum.* Jam bis terque, opinor, Horatii morem indicavimus: ſcilicet is, etſi poſt plures Nominativos, ſingulari tamen numero Verbum amat efferre. Recte itaque hic olim dederunt Editiones Venetae & Loſcheri,

atque in me VENIAT *mictum atque cacatum*

Julius, & fragilis Pediatia, furque Voranus. Et diſerte hoc exhibent, praeter ſex Pulmannianos, noſtri etiam codices, Leidenſis, Reginenſis cum aliis quattuor. Cruquius Torrentiuſque tacent. Videat itaque Lambinus, qui VENIANT hic repoſuit, idque ait habere omnes fere libros veteres. Utinam meliore fide in his rebus ageretur: jam non hic ceteros poſt ſe omnes in errorem induxiſſet. Priſcianus quidem pag. 875. ubi locum hunc adducit, *veniant* habet hodie: at correctorum id facinus eſt, qui loca ex auctoribus illic citata ad vulgatas eorum editiones refingunt. Tria enim Priſciani ſcripta vidi exemplaria; quorum duo *veniat* ibi praeferunt, tertium *veniet.* Revocetur itaque vetus lectio numero Singulari; & vide nos ad Carm. I, 24. & alibi. BENTL.

39 *Julius Pediatius Eques Romanus honeſto patrimonio conſumpto ſe proſtituit; quare Horatius mutato genere Pediatiam nominavit.* Vet. Schol. Cruq. Cinædis minari videbatur hic deus. BAX.

Fragilis, ſeu mollis duro contrarius eſt; Metaphora eſt ab equo qui facile pareat fræno. Nam durus equus dicitur frangi. BAX.

Aiunt Voranum Q. Luctacii Catuli Libertum fuiſſe adeo furacem, ut nummos ſubreptos a Nummulario in calceos demiſerit: a quo cum deprehenſus eſſet, quidam ſubridens, Belle, inquit, ſi te non ἐγχαλκεύει, h. e. *verberibus tanquam æs recudat, alludens ad calceos.* Vet. Schol. Cruq. cum quo conſentit & alter Schol. BAX.

41 Recte

Singula quid memorem? quo pacto alterna loquentes
Umbræ cum Sagana reſonârint triſte et acutum;
Utque lupi barbam variæ cum dente colubræ
Abdiderint furtim terris; et imagine cerea
Largior arſerit ignis; et ut non teſtis inultus
Horruerim voces Furiarum et facta duarum.
Nam, diſploſa ſonat quantum veſica, pepedi
Diffiſſa nate ficus; at illæ currere in urbem:
Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum
Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula, cum magno riſuque jocoque videres.

SATIRA IX.

41 reſonarent *al.* & *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F.* & *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 43 *Adiperint Ven.* 1479 & *F.* ut imag. *conj. Cun.* 45 ac facta *Sax. Cun.* fata *Ven.* 1479 & *F. Mſ. Mus. Br. D.* & *Ed. Br. Bib. Reg. Br.*

41 Recte modo Bentleius *reſondrint*, quo conveniat inter tempora. BAX.

Triſte ſonabat Sagana; umbræ acutum. *Triſte, lugubre & metuendum: acutum, tenue & ſubtile quod ſine corpore emittebantur voces.* Vet. Schol. Cruq. Ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες, μυχῷ ἄντρου δισπιδίοιο τρίζουσαι ποτέονται. Homerus Od. Ω, 7. BAX.

Acutum? Ariſt. in problem. ſcribit mulieres, pueros, eunuchos eſſe ὀξυφώνους· & cur ita ſit, cauſam affert. Itaque veriſimile eſt, umbras quoque, ſi loquerentur, ὀξυφωνοτάτας fore, id eſt, acutiſſimam vocem miſſuras. LAM.

42 *Lupi barbam*; *veneficiis roſtrum lupi reſiſtere inveteratum aiunt, ob idque villarum portis præfigunt.* Plinius (28, 10 ſ. 44) citante Landino. Terra defoſſum contrarium habebat uſum. Feræ omnes deorum erant manium. BAX.

43 *Cerea*; *Hypermetrus verſus.* Vet. Schol. BAX.

44 *Largior ignis*; quod boni erat ominis veneficis. *Limus ut hic dureſcit*; & *hæc ut cera liqueſcit Uno eodemque igni, ſic noſtro Daphnis amore.* Virgilius Ecl. 8, 80. BAX. A cera nempe auctus eſt ignis. GES.

46 *Pepediſſe* ſe præ timore fingit: nam & metus inflat corpus. BAX. *Diffiſſa nate ficus*; hoc haud dubie caſu factum erat. Sed inde fortaſſis Horatius occaſionem ſumſit hanc ſatiram ſcribendi. ZEUN.

47 *Currere*; ſupple cœperunt. BAX.

48 *Jocatur in has quaſi altera dentibus appoſitis, uti ſolita ſit; altera quod gibba fuerit, caliendrum habere conſueverit. Caliendri meminit & Varro in eo libro qui inſcribitur Virgula Divina, dicens: Ego nunc poſtulo Agamemnona meum, tantis cothurnis accipit Critona caliendrum.* Vet. Schol. BAX.

Caliendrum, peplum capitis. Vet. Schol. Cruq. h. e. palliolum fœminarum, ſeu Mavorte, quod Græci κρήδεμνον dicunt & θέριστρον; quod cucullo laxius & caput & humeros velabat; Latini ricinium appellant. Anterior pars eminebat ſupra frontem, ut vel ex Horatio conſtat, qui *altum* apponit: & *tantis*

SATIRA IX.

IN IMPUDENTES ET INEPTOS PARASITASTROS.

IBAM forte Via ſacra, ſicut meus eſt mos,
Neſcio quid meditans nugarum, et totus in illis:
Accurrit quidam notus mihi nomine tantum,
Arreptaque manu, ¶ Quid agis, dulciſſime rerum?
¶ Suaviter,

3 Accurrit *G. Z. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *F. Med.* 1486. *H. Steph.* Occurrit *videtur eſſe ab Aldo.* Accurrit *etiam defendit Heinſ. ad Ovid. Faſt.* 2, 372.

tis cothurnis accipit caliendrum, ut ſuperius Varro. Vox *caliendrum* non deducitur a καλλυντρον, quod putavit Cruquius; verum a καλινδρον: nam ſive κυλίνδειν ſcribatur, ſive καλίνδειν perinde eſt; Græcis hoc involvere eſt. BAX. At rectius alii intelligunt comam appoſitam, non nativam. ZEUN.

50 *Vincula, licia ex diverſis coloribus, quibus mentes hominum vinciebant.* Vet. Schol. Cruq. *Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore, Licia circumdo.* Virgil. Ecl. 8, 73. *Licia* a *ligando* appellantur: magorum autem eſt *ligare*. BAX. Si quis reliqua hujus velut fabulæ cognoſcere amet, addat Epod. 5 & 17. Quem vero ipſæ magicæ artes juvant, ille Theocriti Virgiliique Pharmaceutrias adeat, & Propertium 3, 5, 25 ſq. & Lucan. 6, 430—830 & doctior inde redibit. GES.

1 Bentleius hic interſeruit *ut* [*Ibam ut forte*] nulla cum cauſa, neque ulla cum autoritate, quo eruditæ ſuæ auri placeret. BAX.

Hujuſmodi Prodeambulatores vulgari joco *Sacravienſes* appellati ſunt. BAX. Feſtus V. *October equus* ita appellatos ait, qui ad ſacram viam habitarent. GES.

2 *Meditans*, i. e. tacitus, aliquid componens. BAX.

Satis verecunde verſus more Satyricorum nugas dixit, quia Satyrici ſolent ſeſe carpere. Vet. Schol. BAX.

Omnes Lambini ſcripti Codices legerunt *& totus*, pro *totus*, quod & Cruquius probavit, etſi diſſentiat Torrentius, atque Bentleius. BAX.

3 quidam Vulgati Codices vitioſe legerunt *occurrit* contra MSS. fidem. BAX. *Accurrit* ſic plane eſt Ter. Eun. 2, 3, 43. GES.

Male accepit Cruquius, & cum Cruquio Dacerius voces Ἐπαγόμενος & Ἐπιφερόμενος, quæ in Vetere Interprete occurrunt: exiſtimant enim ita dici eum *qui aliquem renitentem & quaſi vinctum ſecum trahat*; cum vel ex ipſo Scholiaſte pateat obvium dici, vel caſu aliquo de via oblatum. *Obvius*, inquit ille, Ἐπιφερόμενος. Inſulſiſſimus iſte Veterum Scholiaſtarum compilator, qui Acronis nomen mentitus eſt, *Epagomenum* proprium garrulo nomen fuiſſe credidit. BAX.

4 *Arreptaque manu*; *non exſpectavit ut porrigerem*, ut eleganter Landinus. BAX.

Ordo

¶ Suaviter, ut nunc eſt, inquam; et cupio omnia quæ vis.
Cum aſſectaretur, Numquid vis? occupo: at ille,
Nôris nos, inquit; docti ſumus. Hic ego, Pluris
Hoc, inquam, mihi eris: miſere diſcedere quærens,
Ire modo ocius, interdum conſiſtere, in aurem
Dicere neſcio quid puero: ~~cum~~ quum ſudor ad imos
Manaret talos, O te, Bolane, cerebri
Felicem! aiebam tacitus. ~~Cum~~ quum quidlibet ille
Garriret, vicos, urbem laudaret: Ut illi

Nil

Ordo eſt, Quid rerum agis mihi dulciſſime. Vet. Schol. h. e. An recte & ex ſententia procedunt tibi omnia? Bax.

5 *Suaviter*; h. e. ſatis commode, quantum finit rerum mearum ſtatus. Noſtin' fortunarum mearum naufragium, poſtquam Brutianæ ſuccubuere partes? Ἡδέως ὅσον ἔνεστι μοι νῦν. Bax.

Cupio omnia quæ vis; ſuavis valedicendi formula. Bax.

6 *Numquid vis? occupo.* Sic Epiſt ad Mæcenatem 1, 7, 66.

Occupat & ſalvere jubet prior.

Illud autem *Numquis vis?* loquendi formula eſt iis uſitata, qui diſcedere ab aliquo cuperent. Terent. Eunucho, 2, 3, 49.

Rogo numquid velit. Recte, inquit, abeo. Torr.

Numquid vis; ſunt & iſta properantis abire. *Rogo numquid velit: recte inquit: abeo.* Terentius, citante Cruquio. Bax. Eun. 2, 3, 50 quem locum videtur noſter hic cogitaſſe. Ges.

7 *Nôris nos*; h. e. cupio tibi eſſe notus. Bax.

Doctos dicebant Veteres, quos nos hodie *Scholares* appellamus. Bax.

8 *Miſere diſc. q. Ire modo.* ego, qui miſere cuperem ab eo diſcedere, modo celerius incedebam, modo conſiſtebam, modo aliquid puero meo in aurem dicebam, loquaci illi non obſcure ſignificans, aliquid mihi eſſe ſerii negotii, quod agerem. *miſere* idem fere valet, quod vehementer, uſque ad miſeriam. Terent. in Heaut. 4, 1, 37. *Ut ſtultæ, & miſeræ omnes ſumus religioſæ. miſere religioſæ* valet, ſupra modum religioſæ. Lam.

Quærens modo poſuit pro cupiens: & Comici dicunt *miſere* pro multum & vehementer, ἰν ἥδυ. Bax.

9 *Ire*; ſupple cœperam. Bax.

10 *Sudor, ex tædio & moleſtia.* Vet. Schol. Bax.

11 Optimi Torrentii Codices legerunt *Bolane* pro *Bollane*, quod ab oppido, (ut ille putat) *Bola* derivatum eſt. *Solebat hic in faciem quemvis reprehendere, & libere dicere quod ſentiret.* Vet. Schol. Bax.

Cerebri felicem; vult ſignificare ſe propemodum, invidiſſe homini cerebroſo & impudenti, quod potuerit cum aſperioribus verbis removere, quod ſui pudoris non erat. Atque obiter Luciliano more *Bolanum* iſtum percutit. In inſania cerebrum movere credebant Veteres. Bax.

14 *Abire*, h. e. effugere; & bene ſubjecit *tenebo:*

Nil reſpondebam, Miſere cupis, inquit, abire,
Jamdudum video: ſed nil agis; uſque tenebo,
Perſequar. Hinc quo nunc iter eſt tibi? ¶ Nil opus eſt te
Circumagi; quendam volo viſere, non tibi notum:
Trans Tiberim longe cubat is, prope Cæſaris hortos.
¶ Nil habeo quod agam, et non ſum piger; uſque ſequar te.
Demitto auriculas, ut iniquæ mentis aſellus,
Cum gravius dorſo ſubiit onus. Incipit ille;
Si bene me novi, non Viſcum pluris amicum,

Non

tenebo: tenetur enim cui non licet abire. Bax.

15 *uſque tenebo.* te detinebo. codex Tonſ. habet, *uſque ego nam te perſequar.* at vulgata lectio mihi placet magis, propter præcedens verbum, abire *perſequar* duo cod. Bland. habent, *proſequar.* quod non minus aptum videtur; nam fere eos proſequimur, quos comitamur & deducimus: ſed fortaſſe, quia reluctantem ſequitur, perſequar, magis eſt appoſitum. Cruq.

16 Neſcio cur Bentleio magis placuerit *Proſequar* quam *Perſequar*, cum hæc ſit vox efficacior altera, atque ipſe mox dicat *uſque ſequar te*, quod plus eſt quam *proſequar*. Bax.

18 *Cæſaris hortos.* Quos ille moriens teſtamento reliquit populo Romano, Si Suetonio credimus: proximos fuiſſe Naumachiæ idem oſtendit auctor Tiberio, c. LXXII. Meminit & Cic. ad Attic. lib. 11. Epiſt. VI. Torr.

Cubat. ægrotat, languet, jacet. Vet. Schol. *Cubantis luxuriæ ſubſcripſit.* Corn. Celſus, 3, 4. Bax.

Julii Cæſaris horti erant trans Tiberim juxta Naumachiam, ut oſtendit Torrentius ex Suetonio. Tib. c. LXXII. Bax.

19 *Et non ſum piger.* Quatuor libb. manuſſ. *Non ſum piger* ſine conjunctione. placet. Torr.

Non ſum piger; Libenter ambulo. Vet. Schol. Cruqu. Bax.

20 *Demitto auriculas;* Proverbiale Schema. *Laſſis aſinis vel equis pendent aures.* Vet. Schol. Cruq. *Aures in equis & omnium jumentorum genere indicia animi præferunt; feſſis marcidæ, micantes pavidis, ſubrectæ furentibus, reſolutæ ægris.* Plinius 11, 37, 50. citante eleganti viro Jacobo Cruquio. Bax.

Iniquæ mentis, h. e. demiſſæ & obnoxiæ: contra æquus & cujus mens recta eſt. Metaphora ducta a bilance. Bax.

21 *Subiit onus.* it. o.nus, trochæus, ſeu tribrachus pro dactylo, ut ſup. Sat. 4, 82. *Qui non defendit alio culpante.* & Od. 3. lib. 2, 16. *Cæca timet aliunde fata.* & Sat. 3. lib. 2, 260. *amator Excluſus, qui diſtat, agit ubi ſecum, &c.* Lam.

Advertendum hic ultimam ſyllabam in *ſubiit* produci in hoc verſu. Bax.

22 *Si bene fretus ſum conſcientia mea.* Vet. Schol. h. e. Si ſum virtutis propriæ idoneus æſtimator. Bax.

Vibius Viſcus eques duos habebat filios Viſcos Senatorii ordinis, utroſque Poetas & inſignes

Non Varium, facies: nam quis me ſcribere plures
Aut citius poſſit verſus? quis membra movere
Mollius? invideat quod et Hermogenes, ego canto.
Interpellandi locus hic erat: ¶ Eſt tibi mater? [quam;
Cognati, queis te ſalvo eſt opus? ¶ Haud mihi quiſ-
Omnes compoſui. ¶ Felices! nunc ego reſto:
Confice; namque inſtat fatum mihi triſte, Sabella
Quod puero cecinit, divina mota anus urna;

" Hunc

23 Varum *primæ editt. it. H. Mſſ. Mus. Br. B. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

inſignes Criticos. Vide Vet. Schol. in Satyram ſequentem. De Vario Vide Lib. I. 6, 1. Bax.

24 *Membra movere*; i. e. *cum geſtu corporis pronuntiare*. Vet. Schol. Id enim ſaltare erat. Bax.

25 *Mollius*; majore cum Rhythmo. Bax.

Obiter Tigellium Cantorem tangit, ejuſque artem ut indignam ingenuo. Bax.

26 *Interpellandi locus hic erat*; ad Emphaſin poſuit odioſæ garrulitatis. Bax.

27 *Queis te ſalvo eſt opus*; callide quaſi initurus cum eo gratiam hæc promit. Bax. Qui primum notitiam contrahunt, ita rogant. Ges.

28 *Omnes compoſui*; Comice proferenda ſunt iſta; cum habeant ἦθος: & gratificari vult Horatio tanquam futuro ſibi hæredi: *Componere* eſt περιστέλλειν, cum cadaver linteis implicatur. Bax. Certe hoc ipſo, quod orbum ſe prædicat, videtur ſibi eſcam velut proponere Horatio, ut is tanto facilius admittat in familiaritatem eum, ex cujus teſtamento ſperare aliquid poſſet. Ges.

Felices; Ineptulum ludit: nam præter ſpem reſponſum dedit; & Bolani ritu impudentem in os deridet. Bax.

29 *Confice*; fac finem enecandi. Bax. Forte tamen eo geſtu iſta dicebat Horatius, uti nugator accipere poſſet honeſtam petitionem: *confice*, me etiam *compone:* nam inſtamihi fatum &c. Certe non ſatis probabilit ter finxit poeta, poſt tam cerebroſam exprobrationem acta eſſe reliqua. Ges.

Marſi, Peligni, Samnites & Sabini *Sabelli* dicti ſunt Veteribus; erant enim omnes Sabini generis & ſortilegio inſignes. Bax.

30 *Divina mota anus urna.* Ambigua ſane oratio, ut adnotavit Scholiaſtes Acron;

namque inſtat fatum mihi triſte, Sabella
Quod puero cecinit divina mota anus urna:

Neſcias enim, utrum caſu recto *mota anus*, an caſu ablativo *mota urna divina*, dicatur. Mihi quidem neutrum placet. Etſi enim *urna divina* facile in poëta placere poſſit; ut in Silio Italico *flammae divinae*, lib. III, 344.

Fibrarum, & pennae, divinarumque *ſagacem*
Flammarum *miſit dives Gallaecia pubem:*

tamen ſi tertium illud addis, *divinâ urnâ motâ*; adeo ſcabrum atque horridum exit, ut ne proletario quidem vate, nedumHoratio, dignum ſit. Vel illud alterum tolerabilius eſt, *mota anus*, hoc eſt, *commota, agitata, furore percita*: qualis Manto apud Naſonem Metam. VI, 158.

Per medias fuerat, divino concita motu,
Vaticinata vias.

Et illa apud Tibullam, I, 7, 49.

Sic fieri jubet ipſe deus: ſic magna ſacerdos

Eſt

" Hunc neque dira venena nec hoſticus auferet enſis,
" Nec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra ;
" Garrulus hunc quando conſumet cunque : loquaces,
" Si

Eſt mihi divino *vaticinata* ſono.
Haec ubi Bellonae motu eſt agitata ; *nec acrem*
Flammam, non amens verbera torta timet.

Sed vel hoc pacto haeret ſordetque tota oratio : quid enim illis facias, mota *anus urnâ divinâ ?* an illa ab urna in furorem acta eſt ? Vel illud vis potius, mota anus *cecinit urnâ divinâ*, ſive *ex urna ?* an illa in urnam repſerat ? adde, quod ſine praepoſitione ipſa dictio eſt utrobique vitioſa. Quare nihil, opinor, melius eſt veriuſve, quam ut duo vocabula locum inter ſe permutent, hunc in modum :

namque inſtat fatum mihi triſte, Sabella
Quod puero cecinit MOTA DIVINA *anus urna :*

hoc eſt, *fatum, quod Sabella anus, divina ſive ſortilega, mihi puero cecinit, poſtquam urnam moverat.* Urna enim mota, ſortes ejiciebantur ; unde Seneca Troad. v. 974.

Verſata *dominos* urna *captivis dedit.*

Virgil. Aen. VI, 432.

Quaeſitor Minos urnam movet.

Claud. II. Rapt. Proſerp. 332.

Urna *nec incertas* verſa *Minoïa ſortes.*

Noſter Carm. III, 1, 16.

Omne capax movet urna *nomen.*

Sane hac parvula mutatione omnia expedita fiunt, &, ſiquid ego judico, multo meliora. Neque vero duplex epitheton timeas *Sabella anus divina :* facile enim hoc admittitur, cum alterutrum nomen eſt proprium :

BENTL.

Mota urna ; Plebeium divinandi genus per ſortes, Synecdochice pro quovis alio uſurpatur. BAX.

31 *Hoſticus* vetuſte pro hoſtilis, ut & *civicus* pro civilis. BAX.

32 *Laterum dolor*, pluritis. BAX.

Tuſſis, tabes, vel phthiſis. BAX.

Tarda podagra ; quia tardos facit ; & eſt ὑπαλλαγή. Vet. Schol. BAX.

33 *Garrulus hunc quando conſumet cumque.* Ecquid erit pretii, ſi ſpinam hinc eximam, quae interpretes noſtros diu male habuit ?

Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis,
Nec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra :
Garrulus hunc quando *conſumet* cumque.

Quorum verborum haec ſententia fit neceſſe eſt : *Neque venenum, nec gladius, nec morbus hunc occidet ; ſed garrulus aliquando hunc enecabit.* De ſententia, inquam, conſtat : de verbis non itidem liquet. Negant enim Lambinus Torrentiuſque (at qui viri ?) τὸ *quandocumque* uſquam alibi inveniri in ſignificatione τοῦ *aliquando :* neque ſane quiſquam hactenus exemplum aliud protulit. Ergo hanc viam inſiſtunt, ut *quando* hic (ut ſaepe alias) valeat *quoniam, quandoquidem, ſiquidem :* & illud *cumque* abſolute accipiatur pro *quovis tempore* ; ut Carm. I, 32, 15.

mihi cumque *ſalve Rite vocanti.*

unde haec oritur conſtructio, *Non venenum, neque morbus hunc interimet : quoniam garrulus hunc quovis tempore conſumet.* At quorſum, obſecro, illud *quovis tempore ?* cum ſemel duntaxat emori quis poſſit. Si *quovis tempore* hic admittunt ; tum neceſſe eſt, ut *conſumet* perinde fit ac *conſumere poterit.* Atqui eo pacto ipſam ſententiam labefactant : falſum enim erit illud effatum, *Non venenum hunc tollet ; quoniam garrulus quovis eum tempore poterit conſumere.* Neque enim ideo a veneno tutus eſt, quod alteri etiam morti obnoxius & expoſitus eſt. Quare haeret etiamnum aqua : ſed bono animo eſtote ; dabimus auctorem optimum, quo ſpondente *quandocumque* idem erit atque *aliquando.* Ovid. Metam. VI, 544.

Si

"Si ſapiat, vitet, ſimulatque adoleverit ætas.
Ventum erat ad Veſtæ, quarta jam parte diei
Præterita: et caſu tunc reſpondere vadato
Debebat;

vadatus Bentl.

Si tamen haec ſuperi cernunt; ſi numina Divûm
Sunt aliquid; ſi non perierunt omnia mecum:
Quandocumque *mihi poenas dabis.*

hoc eſt, ut res ipſa indicat, *olim, tandem aliquando, aliquo tempore.* Idem Triſt. III, 1. v. 57.

Quandocumque, *precor, noſtro placata parenti,*
Iſdem ſub dominis aſpiciare domus.

Ergo ad haec exempla, quae tamen rariſſima eſſe fateor, ſic locum hunc interpretor: *Quandocumque hunc garrulus conſumet*; hunc *olim* conſumet garrulus; *erit tempus, cum* hunc conſumet garrulus. BENTL.

Quandocunque modo poſitum pro *quandoque*, vel *aliquando*; Compoſitum eſt autem ex *Quando* & *Cum*; quaſi diceret: erit tempus *quando* & *cum*. De Futuro hoc eſt Indefinito. BAX.

Conſumet, h. e. necabit. Conſumitur id cujus nulla pars relinquitur; vel quod non amplius comparet prorſus e medio ſublatum. BAX.

34 Sic & Virgilius, Æn. 12, 438. *Matura adoleverit ætas.* BAX.

35 *Ad Veſtæ*; *Sic nos hodie in Claudii, vel Telluris dicimus, nec addimus Templum, aut Ædem.* Vet. Schol. *Ædes Veſtæ erat ad Clivum Capitolinum*, ut bene Cruquius ex Varrone. BAX. Foro vicinam, etiam indicat illud Cic. fam. 14, 2. ubi *a Veſtæ ad tabulam Valeriam ducta Terentia.* GES.

Quarta jam parte; h. e. *hora diei tertia, quo in Foro cauſae agi caeperant, juxta illud Epigrammatographi, Prima ſalutantes atque altera detinet hora, Exercet raucos tertia Cauſidicos.* Cruquius. Eſt Mart. 4, 8, 1. BAX.

36 *Vadato.* ei, cui vadimonium promiſerat: ei, qui ſe in jus vocaverat, vadibus acceptis. Nam vadari eſt in jus vocare, vadibus, id eſt, fide juſſoribus acceptis. M. Tull. pro Quinctio 6, *hic hominem in praeſentia non vadatur: ita ſine vadimonio diſceditur* ib. 19. *debere tibi dicis Quinctium: procurator negat: vadari vis, promittit: in jus vocas, ſequitur judicium poſtulas, non recuſat.* ſunt autem vades, qui promittunt ſuo periculo aliquem vadimonium obiturum, ita, ut, ſi ille non obeat vadimonii diem, vas æſtimationem litis ſubeat, ac ſufferat, quemadmodum ſupra annot. ad Sat. 1. vel brevius, (ut Varro) *vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat.* omnino vas interdum videtur ſimpliciter pro ſponſore uſurpari, ut M. Tull. epiſtol. ad Brut. 18. *Maximo autem, cum haec ſcribebam, afficiebar dolore, quod, cum me pro adoleſcentulo, ac paene puero reſp. accepiſſet vadem, vix videbar, quod promiſeram, praeſtare poſſe.* LAM.

Caſu vadato; ſatis mirari nequeo Interpretes omnes latuiſſe *caſu vadato* modo dici pro in cauſa vadata, cum notum ſit quid caſus ſit Juriſconſultis. *Reſpondere* autem is dicitur in quem lis intenditur. Bentleius multa hic movet perdenſas tenebras, quae non puto opus eſſe Lectori modo repraeſentare. Pro *vadato* repoſuit *vadatus* ex ingenio. BAX. *Caſu vadato* nihil eſſe puto. *Vadatum* eſſe vel activum, qui alteri neceſſitatem vadis dandi impoſuit, vel paſſivum qui dare juſſus eſt; ipſe fatetur & probat Bentleius, quo minus opus eſt ſola conjectura mutare lectionem, omnium librorum, quam etiam Acron tuetur. GES.

Vadari, eſſe verbum commune e priſciano docuit Rob. Stephanus in Latinae linguae Theſauro: hic autem active ſumi non poteſt; quia reus reſpondebat actori ſed praeconi, a quo citabatur. Aſconius ad Ciceronem

Debebat; quod ni feciſſet, perdere litem.
Si mé amas, inquit, paulum hic ades. ¶ Interea ſi
Aut valeo ſtare, aut novi civilia jura;
Et propero quo ſcis. ¶ Dubius ſum quid faciam, inquit;
Tene relinquam, an rem. ¶ Me, ſodes. ¶ Non faciam, ille:
Et præcedere cœpit. Ego (ut contendere durum eſt
Cum victore) ſequor. ¶ Mæcenas quomodo tecum?
Hinc repetit. ¶ Paucorum hominum, et mentis bene ſanæ:
Nemo

1 ſine Eliſione. ſic Serm. II. 2. 28. I. 1. 108 Virg. Ecl. VIII. 108.

ronem de Prætura Urbana cap. I. *Recte dictum eſt* reſpondet; *nam apud veteres & judices, & rei, & accuſatores, & defenſores, citabantur a præcone Prætoris:* ex quo colligitur *vadátus* reponendum eſſe; idque Laurenbergius in Antiquario indicavit, & duobus exemplis *vadari* paſſive accipi oſtendit. CUN.

37 Qui cauſa ſua cadit, *litem* dicitur *perdere.* BAX.

38 *ſi me amas, inquit.* codex Divæi, ſine ulla litura habet, ſi tu me, inquit, amas. Verum an ea lectio ſuppoſiticia ſit, non auſim dicere; certe alia videtur Horatiana ad imitationem Græcorum, quibus frequens eſt vocalem natura longam, vel dipthongon ante aliam corripere etiam non eliſam: cujus rei apud Poëtas Græcos exempla paſſim ſunt obvia. CRUQ.

Adeſſe proprie Advocatorum eſt. BAX.

39 *Stare.* Abſolute dixit, pro in jure vel in judicio ſtare: ſicut & Ulpianus lib. 1. De eo per quem factum erit quo quis minus in judicio ſiſtat: *Si reus dolo actoris non ſteterit, non habebat reus actionem ex hoc edicto, cum contentus eſſe poſſit exceptione.* Atque hinc dicti *ſtatores* apparitores præſidum proconſulumque, qui & ipſi ante tribunal ſtarent, & alios juſſi ſiſterent. Cic. lib. 11, 19 Ep. ad Cœlium: *Quæ cum eſſent incerta, exiſtimavi tamen eſſe faciundum, ut ad te ſtatores meos & lictores cum litteris mitterem.* TORR.

Valeo ſtare; ſi habeo vires ut ſtem. Vet. Schol. Cruq. An ſimulat ſe Podagricum? BAX.

40 *Quo ſcis*; ad viſendum ſcilicet ægrotum. BAX.

41 *An Rem*; *ſic & in Legibus ſcriptum inveniri ſolet Rem ſive Litem.* Vet. Schol. BAX.

43 *Cum victore*, hæc Metaphorice poſuit ac ſi captivus duceretur. BAX.

Quomodo tecum; *Quomodo circa te Mæcenas eſt?* Vet. Schol. BAX.

44 *Repetit*; h. e. de novo incipit ſermocinari. BAX.

Paucorum hominum; i. e. *qui & ſapiens eſt & raro habet parem.* Vet. Schol. Et paucos admittit, falſa Dilogia. BAX. Nihil hic ambigui video. Deſcribit Mæcenatem ab ea parte, qua deterrere impudentem hominem ſe poſſe ſperat. Cæterum in MS. Gottingenſi eſt, *ut mentis bene ſanæ*, quod valde placet: ſic enim ratio reddatur, cur *paucorum hominum* ſit Mæcenas? Memor videlicet vafri illius Siculi, qui temere nos vetat credere &c. GES.

Mentis bene ſanæ, per Anticipationem Parafitaſtrum a conatu callide deterret. BAX.

45 *For-*

Nemo dexterius fortuna eſt uſus. ¶ Haberes
Magnum adjutorem, poſſet qui ferre ſecundas,
Hunc hominem velles ſi tradere; diſpeream ni
Summôſſes omnes. ¶ Non iſto vivimus illic
Quo tu rere modo: domus hac nec purior ulla eſt,
Nec magis his aliena malis: nil mî officit unquam,
Ditior hic, aut eſt quia doctior; eſt locus uni-
Cuique ſuus. ¶ Magnum narras, vix credibile. ¶ Atqui
Sic habet. ¶ Accendis quare cupiam magis illi
Proximus eſſe. ¶ Velis tantummodo, quæ tua virtus,
Expug-

45 deterius *notabile ſphalma Med.* 1477. 49 non purior, *Mſ. Muſ. Br. F.* 50 inquam *etiam MS. Bos Animad.* p. 59. & *Mſs. Mus. Br. B. C. D.*

45 *Fortunam* modo dicit magnam ſive ingentes divitias. Bax.

46 Hypocrita, ſive ſecundarum partium actor, ipſius actoris actor erat: erat etiam & tertiarum. Hi cum poſſent nolebant tamen æquare primos actores, quo eos commendatiores redderent populo. Bax.

47 *Hunc hominem*; Δειχτικῶς *ſeipſum tangit digito.* Vet. Schol. Et habet ἦθος. Bax.

Tradere, h. e. commendare. Bax.

48 *Summôſſes omnes*; *malignus maligna promittit.* Landinus. Bax. In tempore, quod vulgo pluſquam perfectum vocant, vis quædam eſt, non diu erit cum ſubmotos gaudere poſſes æmulos. Ges.

Bentl. prætulit *vivitur*, quod repertum fuerit in uno tantum Codice. Bax.

Iſto non. Cun.

49 *Purior*, h. e. magis ingenua & proba: purum enim dicimus cui nihil ficti adhæret, vel improbitatis. Bax.

50 *Aliena malis*; h. e. hujuſmodi peſtibus inimica: nam Euphemiſmo quodam exſecrabilia *mala* dicimus. Bax.

Nil mi officit umquam. Melius optimæ notæ M. S. tres & nonnulli alii, *inquam* pro *umquam*. Torr.

Nil mi officit unquam. Haeret etiamnum hoc ex editionibus priſcis; cum tamen omnes fateantur in melioribus codicibus ſic haberi,

nil mi officit, INQUAM,
Ditior hic, aut eſt quia doctior.

Ita certe ex noſtris Leidenſis, Reginenſis cum aliis ſeptem. Revocetur itaque vetus lectio, quae & verior eſt & elegantior.

Bentl.

Nil mî officit; *ego ei non invideo.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Nequeo ego cernere elegantiam vocis *inquam*, quam Bentleius, autoritate neſcio quorum Librorum hic interſeruit pro *unquam*. Videtur ſane mihi frigidiuſculum hoc.

Bax.

54 *Quæ tua virtus*; amarulenta Ironia. Bax.

55 *Et eſt qui vinci*; *jucunde ex alterius perſona Mæcenatem reprehendit, hoc eſt quod dicit Perſius*, 1, 116. *Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit.* Vet. Schol. Cruq.

Expugnabis; et eſt qui vinci poſſit; eoque
Difficiles aditus primos habet. ¶ Haud mihi deero:
Muneribus ſervos corrumpam; non, hodie ſi
Excluſus fuero, deſiſtam; tempora quæram;
Occurram in triviis; deducam. Nil ſine magno
Vita labore dedit mortalibus. ¶ Hæc dum agit, ecce,
Fuſcus Ariſtius occurrit, mihi carus, et illum
Qui pulchre nôſſet: conſiſtimus: Unde venis? et
Quò tendis? rogat: et reſpondet. Vellere cœpi,
Et prenſare manu lentiſſima brachia, nutans,
Diſtorquens oculos, ut me eriperet: male ſalſus
Ridens

55 eo quod *Med.* 1477. 56 primus *Med.* 1477. *Ven.* 1479. 64 prenſare *omn.* nictans *Baxt.*

Bax. Quin ex ſua perſona hic loquitur Poeta: nec vitium reprehendit, ſed laudat prudentiam, qua facilitatem moderetur. Ges.

Eoque; quia ſcilicet intelligit facilitatem ſuam. Bax.

58 *Tempora quæram*; ſupple idonea. Bax.

59 Ridicule abutitur graviſſima ſententia. Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθὰ οἱ θεοί. Epicharmus, citante Cruquio. Bax.

60 *Hæc vita* dicebant Veteres pro eo quod nos *Hic mundus*. Bax.

Hæc dum agit; h. e. Interim. Bax.

61 *Fuſci Ariſtii* celeberrimi ejus temporis Grammatici vita exſtat apud Tranquillum. Bax.

63 *Rogat & reſpondet*; *eleganter mixtum inter ſe & confuſum ſermonem interrogandi ac reſpondendi expreſſit*. Vet. Schol. Mira Βραχυλογία. Bax.

64 Lambinus ex duodecim Codicibus pro *prenſare* repoſuit *preſſare*: Verum nihil tanti; ſiquidem notum eſt veteres Romanos non pronuntiâſſe *N* ante *S*. Quin & noſtri homines *Preſſare milites* dicere conſueverunt, pro *Prenſare*, *Preſſare ſtringere*. Vet. Schol. Bax.

Lentiſſima; h. e. minime ſequacia. ſed potius prenſanti renitentia. Bax. *Lenta brachia* ſunt ſane mollia, flexilia: ſed nempe eo ipſo prenſantem effugiunt. Ges.

Nictare eſt aliquid oculis nictantibus demonſtrare. Vet. Schol. Conſtat eum legiſſe *nictare*; quod miror neminem advertiſſe, neque ipſum Bentleium, qui me invito retinuit *nutans*. Bax. Neſcio unde vir doctus illud ſuum *nictans* hauſerit. Quos ego conſulere potui libros non in contexto modo Horatiano, ſed in ſcholiis etiam legunt, *Eſt autem* nutare, *aliquid oculis* nutantibus *velle demonſtrare*. Ges.

65 Jucundo convicio *male ſalſum* amicum ſuum appellat, ac ſi maligne urbanum crederet: Nam *male ſalſus* uno ſpiritu profertur, uti Subſtantivum. Bax.

66 *Diſ-*

Ridens diſſimulare: meum jecur urere bilis.
Certe neſcio quid ſecreto velle loqui te
Aiebas mecum: Memini bene; ſed meliori
Tempore dicam: hodie triceſima ſabbata: vin' tu
Curtis Judæis oppedere? Nulla mihi, inquam,
Religio eſt: At mi: ſum paulo infirmior, unus
Multorum;

66 *Diſſimulare*; ſupple cœperat. Bax.

67 *Certe* dicimus ubi memoriæ non adeo diffidimus. Bax.

68 *Meliori tempore*; nam te occupatum video. Bax.

69 *Triceſima Sabbata*; *Quæ Judæi Neomenias dicunt, quoniam per Sabbata Judæi numeros appellant Lunares: & Sabbatum magnum in Renovatione Lunæ a Judæis etiam hodie celebratur.* Vet. Schol. Numeros autem Lunares Hebdomadas dicit, quas Judæi Sabbata appellant. Bax. *Numeros Lunares* dixit Scholiaſta dies a novilunio inde ſ. Neomenia procedentes, quales Judæorum menſes ſunt & ſemper fuere. Quæ Delphini interpres & Dacerius de triceſimo anni a Tiſri menſe incipientis Sabbatho, id eſt Paſchate habent a Torrentio & Lambino: ea ſi vera eſſent etiam, reconditiora tamen eſſent, quam quæ cadant in Horatium. Acronis illud & aliorum Scholiaſtarum forte non contemnendum, *Triceſima Sabbatha dici, quando calendis* (novilunio) *occurrit Sabbathum*, i. e. in calendas incidit. Sed nihil melius quam ſequi Scalig. de Emend. Temp. 3 p. 309 & Seld. de I. N. 3, 15, & intelligere triceſimum Lunaris menſis diem, ex parte certe feriatum & cultum Judæis, quæ facilis eſt hodie etiam omnibus, apud quos habitant vel pauci ſerpæ, obſervatio. Ges.

Neſcio cur Bentleius maluit reponere *vis tu* pro *vin' tu*, nulla ſub autoritate. Bax. Provocat Bentleius ad ea, quæ ad Sat. 2, 6, 92 diſputarit. Sed quæ ratio ibi *vis* poſtulat, eadem hic exigit *vin'*. Ges.

70 *Curtis*; *Quia pellicula imminuti ſunt: quia Moſes Rex Judæorum, cujus Legibus reguntur, negligentia φιμωθεὶς medicinaliter exſectus eſt, & ne ſolus eſſet notabilis, omnes circumcidi voluit.* Vet. Schol. Vocem φιμωθεὶς quæ inſcitia Librarii exciderat repoſuimus ex conjectura, uti & *medicinaliter exſectus* pro *medicinalis effectus* quæ nihili erant. Quis miretur ejuſmodi convicia homini Epicureo atque Pagano excidiſſe? Jure igitur Henrico Glareano diaboli organum videtur. Etiam Satira quinta hæc habet; *Conſtat omnia miracula certa ratione fieri, de quibus Epicurei prudentiſſime diſputant.* Bax. At hoc eſt, o manes Baxteriani, plus quam Bentleianum facinus: & *exſecare* Moſen eſt plus quam cornutum facere. Si omnino dignus eſt locus, qui emendetur, blandior medicina fuerit, *quia Moſes — negligentia medici talis*, i. e. curtus, *effectus eſt*. Vel, quod libri quidam habent *affectus*, legam, *negligentia medicinali* ecſectus, h. e. *circumſectus eſt*. Ges.

Cum ſummo contemtu *oppedere* poſuit & παρὰ προσδοκίαν, cum deberet dicere, *adeſſe eorum ſacris*.

Parcus ſum deorum cultor & infrequens. Od. 1, 34, 1. Bax.

71 *Infirmior*; *metus & infirmitas Religionem faciunt.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Unus multorum; *unus inter multos.* Vet. Sch. Cruq. Vult excuſare ſe ob ſuperſtitioſorum numerum. Bax.

Multorum; ignoſces; alias loquar: Hunccine ſolem
Tam nigrum ſurrexe mihi! fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit. Caſu venit obvius illi
Adverſarius: et, Quo tu turpiſſime? magna
Exclamat voce, et, Licet anteſtari? Ego vero
Oppono

73 Tam mihi ſurrexiſſe nigrum. GES.

72 *Huncine ſolem Tam nigr.* loquitur Horatius, ſuum caſum deplorans. *nigrum ſolem* pro die infauſto, triſti, & inauſpicato dixit: quemadmodum diem atrum veteres appellabant ad res gerendas ineptum, & nefaſtum: quales erant Kalendæ, Nonæ, Idus, quod his diebus imperatores infeliciter rem geſſiſſent. Catullus contra *ſoles candidos* uſurpavit, pro diebus lætis, optatis, & jucundis, ut carm. ad ſeipſum. 8, 1—8. *Miſer Catulle deſinas ineptire, Et, quod vides periſſe, perditum ducas.—— Fulſere quondam candidi tibi ſoles, &c.* & Propert. libr. 2, 15, 1. *O me felicem, nox ó mihi candida, & ó tu Lectule deliciis facte beate meis.* & Tibull. *auroram candidam.* lib. 1. eleg. 3, 93. *Hoc precor: hunc illum nobis aurora nitentem Luciferum roſeis candida portet equis.* vide annot. ad Od. 36. lib. 1. LAM.

Ignoſces; ſcita valedicendi formula. BAX.

73 *Surrexe*, ſic & Virgilius *extinxem* pro extinxiſſem. BAX.

Improbus modo Subſtantivum eſt, ut ſupra *male ſalſus:* Perpetuum iratorum convicium eſt. BAX.

74 *Sub cultro*; *Proverbium eſt.* Vet. Schol. Ac ſi victima eſſet futurus. BAX. Theocrito 22, 5. Caſtor & Pollux ſunt Ἀνθρώπων σωτῆρες ἐπὶ ξυρῷ ἤδη ἐόντων, jam tondentium caput in metu ſummo naufragii. V. Petron. 104. Proſerpina crinem aufert morituris &c. GES.

Caſu, h. e. *Sic dii voluere:* habet enim Emphaſin hoc ſibi præter omnem ſpem eveniſſe. BAX.

75 *Adverſarius*, *Creditor.* Vet. Schol. BAX.

Turpiſſime; atrox convicium. Μιαρώτατε. BAX. *Impure* ſimile apud Comicos maledictum. GES.

76 *Et licet anteſtari?* hujus loquacis adverſarius quærit a me, utrum ſibi liceat me teſtem in eum ſumere, necne? id eſt, an ego paſſurus ſim illum meo teſtimonio uti. eſt enim amteſtari unum aliquem ex iis, qui aſſunt, prehenſa auricula, teſtem ſumere. quo facto licebat ei, qui vadibus acceptis quempiam in jus vocaſſet, manus ei injicere, eumque in jus rapere. Quod ſi quis non amteſtatus, manu injecta adverſarium ſuum in jus raperet, injuriarum actione tenebatur. Plautus in Perſa, 4,9,8. SATUR. *age, ambula in jus leno.* D. *Quid me in jus vocas?* S. *Illic dicam apud prætorem. ſed ego in jus voco.* D. *nonne amteſtaris?* S. *tuane ego cauſa carnifex Quoiquam mortali libero aures atteram, Qui hic commercaris cives homines liberos?* LAM.

Bentleius pro *Exclamat*, ex unius Berſmanni Libro repoſuit *Inclamat*, quod minus ego probaverim, etſi nihil interſit. BAX.

Licet anteſtari? Tangens auriculam his verbis loquebatur; *Licet anteſtari? Si ille reſpondiſſet, Licet, injectione manus adverſarium in judicium trahebat. Quod ſi anteſtatus non eſſet & manum injeciſſet, injuriæ reus conſtitui poterat.* Vet. Sch. Eſt autem *anteſtari* quaſi *amteſtari.* Lambinus. BAX.

77 *Oppono auriculam*; *ſolebant teſtium aures tenere, & ita dicere*; *Memento quod tu mihi in illa cauſa teſtis eris*; *quod eſt anteſtari.* Vet. Schol. *Eſt in aure ima memoriæ locus, quem tangentes anteſtantur.* Plinius, citante Torrentio.

—— *Cynthius*

Oppono auriculam: rapit in jus: clamor utrinque:
Undique concurſus. Sic me ſervavit Apollo.

SATIRA X.

IN INEPTOS LUCILII FAUTORES.

LUCILI, quam ſis mendoſus, teſte Catone
Defenſore tuo pervincam, qui male factos
Emendare parat verſus. Hoc lenius ille,

Eſt

Hi verſus deſunt in Mſs. Mus. Br. B. D. F. adſunt, ſecunda manu, in margine Mſ. Mus. Br. C.

—— *Cynthius aurem*
Vellit & admonuit. — Virg. Ecl. 6, 3. BAX.

78 *Sic me ſervavit Apollo; Hoc de ſenſu Homerico ſumpſit.* (Il. Υ, 443) Τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων. Vet. Schol. Alias Apollo & Ἀλιξίκακος erat & Poetarum Numen. Suavi etiam Dilogia eburneum dicit Apollinem, qui ſtabat in Foro Auguſti, ubi jus dici conſueverat.

Sportula deinde Forum, jurisque peritus Apollo.
Juven. 1, 128.

Iſta debentur Cruquio. BAX.

Lucili &c. Hos verſus habet Zarotti prima, & altera Mediol. 1486 cui adjuncti Acron & Prophyrion, pro Horatianis. Landinus rejecit eos jam Flor. 1482 in annotationem, cauſam interſerens, quod Acron incipiat Satiram ab illo verſu *Nempe incompoſito.* In annotationibus quoque retulere Aldus, Bened. Philologus, Aſcenſius, Lambinus, Cruquius, Rutgerſius, interpres Delphini, Dacerius. In codicibus eos antiquis fuiſſe, fatentur omnes. Aldus agnoſcit ſtilum Horatianum: H. Glareanus vel Horatii eſſe ait, vel ſimiæ Horatii. G. Fabricius quaſi nihil dubitaret de auctore in caſtigationibus ad verſum, annotat, Catonem intelligi Valerium, nobilem Grammaticum & Criticum (de quo Sueto. c. 11) & tamen omiſſi ſunt hi verſus in exemplaribus Fabricianis Baſil. 1555 fol. & Lipſ. 1593 8. excuſis. Lambinus ætatem cccc annorum illis tribuit, Horatianos ſiquis putet, eum in his literis parum videre ait: ſibi aſſentiri dicit Jo. Auratum, M. A. Muretum, Si. Boſium, Jo. Paſſeratium. Voſſius de Poëtis Lat. p. 9. *ſunt valde antiqui*, ait de his verſibus, *quidquid dicat Lambinus.* Aſcenſius (edit. 1544 fol.) *ſunt*, inquit, *qui Mæcenatem taxari hic autument, & ideo propter ipſum ab Horatio reſectum hoc caput.* Etiam Glareanus, *Ablati*, inquit, *poſſunt videri poëtæ conſilio.* Hæc faciunt, ut dignos putem verſus, qui etiam hic legantur: in primis cum, ſi non ſint Horatii, antiqui tamen, & ingenioſi hominis opus videantur. GES.

2 Neſcio cur *defenſore tui* malit Aſcenſius. GES.

4 *Subtilior* callidior, aſtutior, per ironiam, Catone eſt ille puer ætate & ingenio, qui cauſam illam loris & funibus defendendam ſuſcepit. GES.

6 Legendum

Eſt quo vir melior: longe ſubtilior illo,
Qui multum puer et loris et funibus udis
Exhortatus, ut eſſet opem qui ferre poetis
Antiquis poſſet contra faſtidia noſtra,
Grammaticorum equitum doctiſſimus. Ut redeam illuc.

NEMPE

4 *Quo meliorque vir eſt. Mſ. Mus. Br. B.*

6 Legendum *puer eſt loris—Exornatus.* Poſterius hoc jam ſuſpicatus eſt acutus vir H. Glareanus. Exornavit ſe armis juvenis, quem tangit, & malum minatus eſt vel dedit adeo his, qui ſecus ſentirent de Lucilio. GES.

8 Jungo *Grammaticorum equitum*, & puto ludibrii cauſa ita appellari juvenem, qui Grammatici provinciam illis armis tueri vellet, quibus circa illa tempora Cicero filius *patri ſuo de Ceſtii corio ſatisfecit*, ut narrat Seneca Suaſor. 7. Quid? ſi minatus fuerat Horatio ipſi hic eques Grammaticus? Quid? ſi pudore quodam Horatius ætate provectior, vel amici, hos octo verſiculos ſuſtulere? GES.

1 *Nempe incomp. dixi p. c.* dixerat Horat. ſupra Saty. 4, 8. Lucillium duriuſculum eſſe in componendis verſibus: quo nomine fuerat a nonnullis accuſatus. iis igitur nunc reſpondet, & ſe ita purgat, ut oſtendat, ſe, quod de Lucillio dixerit, jure dixiſſe. In nonnullis libris manuſcriptis reperiuntur hic verſus octo, quorum hic primus eſt, *Lucili, quam ſit mendoſus, &c.* verum non ſunt Horatiani, ſed aliquo ſemidocto nebulone adjecti, qui, propterea quod hæc ſatyra initium capit a voce *Nempe*, putavit hic aliquid deſiderari, cum plane nihil deſideretur. Neque eſt quod quemquam moveant veteres libri, ſi qui hos verſus habent. Nam plureis libros producere teſteis poſſum, in quibus non reperiuntur. Præterea ſi in omnibus libris antiquis reperirentur, non tamen iccirco neceſſe haberem fateri eſſe hujus poëtæ germanos verſus. Nam ſtullus fere eſt liber Latinus manuſcr. qui annos quadringentos ſuperet. At hos alienos verſus, puto annos abhinc quadringentos eſſe factos, aut ſupra. Non eſt igitur mirum, ſi in veteribus libris reperiuntur. Ineſt autem multo plus leporis & venuſtatis in talibus principiis, præciſis (inquam) atque abruptis, quam planis, atque integris, propterea quod quædam relinquuntur auditori, ſeu lectori potius, ſubintelligenda, quæ ſubintelliguntur concinnius, quam a poëta exprimerentur. Hæc enim ſcilicet ſunt ſubintelligenda. LAM.

Comicum principium & Morale: nam de medio ſermone orditur. Eſt autem *Nempe* Particula recordantis ſuæ cogitationis. BAX.

Incompoſito, h. e. incondito, & extemporaneo. Metaphora deſumpta eſt ab imperitis equis, vel etiam ſaltatoribus, qui nullis gradiuntur numeris. BAX.

Dixi; Satyra ſcilicet quarta. (1, 4, 8) Grave crimen hoc: nam quis ferat libertino genitum avo Pompeii Magni doctiorem? BAX. Quin avunculo majori. Vide ad Sat. 2, 1, 75. GES.

Etſi melius currant *facti & euntes*, *currunt* tamen verſus quales cunque. Et mire *pede currere* poſuit: erant enim *Pedes* numeri quibus in Choreis ſaltantes currebant. Huc facit Anacreontis illud;

Ἐδόκουν ἄκροισι ταρσοῖς
Δρόμον ὠκὺν ἱκταν῀ειν.

2 *Fautores*, Plauto *favitores*, plauſores erant in theatris. *Inepte favemus alicui, quando aperta vitia ejus negamus.* Vet. Schol. Nam ineptus eſt vapide blandus. Hujuſmodi palponibus

Nempe incompoſito dixi pede currere verſus
Lucilî: quis tam Lucilî fautor inepte eſt,
Ut non hoc fateatur? At idem, quod ſale multo
Urbem defricuit, charta laudatur eadem.
Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cætera: nam
Et Laberi mimos, ut pulchra poëmata, mirer. [ſic
Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum
Auditoris: et eſt quædam tamen hic quoque virtus.
Eſt brevitate opus, ut currat ſententia, neu ſe
Impediat verbis laſſas onerantibus aures.
Et ſermone opus eſt modo triſti, ſæpe jocoſo,
Defendente vicem modo rhetoris, atque poëtæ;
Interdum

Serm. 1. IV. 6–13.

5 *pro* nam, num *G. S. Boſ animad.* p. 56. & *Mſs. Mus. Br. C. F.* non *Z. V.* 1479. *Fl. V.* 1486. *credo cum interrogatione, & Mſ. Mus. Br. D.*

ponibus ἀδὲν ὑγιές; nam fumivendulis iſtis perpetuo venalis eſt anima. Bax.

3 *Fatemur coacte, confitemur ſponte*, ut belle Landinus. Bax.

Sale multo ideo ait numero ſingulari, quod dicturus erat defricuit, quaſi vere id ſale faceret (ſic enim legendum pro *ſal.*) Vet. Schol. Bax. *Sales* nempe urbanitatem ordinarie ſignificant: *ſal* ſingul. proprie ſolet accipi. Fit ergo vividior metaphora. Ges.

4 *Charta eadem*; ſiquidem quarta Satyra & *Facetum* & *Emunctæ naris* eum dixerat. Ges.

6 *Decimus Laberius a Divo Julio annulo aureo & quingentis ſeſtertiis donatus eſt, poſtquam Mimum ſuum egiſſet.* Cruquius ex Suetonio, & Macrobio. Sed Publius Syrus in eo certamine palmam tulit. Bax.

Mimi, liberi, dicaces, & laſcivi erant, & unius tantum Actionis; nam nulla habebant Exodia, ut cæteri Ludi. Conſtabant igitur ridiculo. Bax.

7 *Diducere rictum.* Immodico ſcilicet hiatu, ut effuſe & indecore ridentibus contingere ſolet. Juven. Sat. x, 230.

Ipſe ad conſpectum cœnæ diducere rictum. Torr.

Et hic rictus dicitur, & hoc rictum menſura oris. Vet. Schol. Bax.

8 *Virtus*, Græcis Ἀρετή, unde teſte Donato, noſtrum *Ars*. Bax.

9 *Ut currat*; h. e. ut feſtinet ad exitum: Metaphora a jumento leviter onuſto; ut vel ſequentia oſtendunt. Bax.

10 *Impediat*; h. e. retardet. Notum eſt quid ſint *impedimenta* in itinere. Bax.

11 *Sermone modo triſti, ſæpe jocoſo*; h. e. Stilo modo gravi & Rhetorico, modo mordaci & Satyrico. Bax.

12 *Vicem*, h. e. *munus*, vel partes. Bax. *Defendere vicem* eſt agere partes vel perſonam, ut Art. Poet. 194. Satiræ ſtilus eſt nunc oratorius, nunc poeticus, nunc familiaris & tenuis &c. Ges.

Rhetoris

Interdum urbani, parcentis viribus, atque
Extenuantis eas conſulto. Ridiculum acri
Fortius et melius magnas plerumque ſecat res.
Illi, ſcripta quibus Comœdia priſca viris eſt,
Hoc ſtabant, hoc ſunt imitandi; quos neque pulcher
Hermogenes unquam legit, neque ſimius iſte,
Nil

14 Ext. opus *H.* conſultum *Z.*

Rhetoris eſt tenere artem ſtili. Bax.

Poetæ autem Satyricos ſales proferre: nam Poetam modo dicit Satyricum. Bax.

13 *Urbanum* modo dicit ingenue jocantem. Neſcivit Lucilius *Ingenuo culpam defigere ludo.* Atticus iſte lepos Horatiani erat ævi, quod tandem urbanos protulit. Bax.

Parcentis viribus; *quia vult data opera delicatus videri.* Vet. Schol. Abſtinet enim a dentatis jocis. Bax.

14 *Ridiculum acri*; *Joculare maledictum gravius vulnerat, quam res aſpera.* Vet. Schol. Bax. Reddit rationem, cur Satira ſe demittat etiam ad humilem urbanitatem, viribus parcat &c. Ges.

15 *Secat res.* Sic Epiſt. ad Quinctium, 1, 16, 42.

Quo multæ magnæque ſecantur judice lites.

Rem autem pro lite ac controverſia accipi ante notavimus. Et bene *ſecari* dicit, quod inſperato & improviſo dirimitur: ut *diſtrahere controverſias interpoſito per Cæſarem jurejurando*, dixit Suet. D. Jul. Cæs. c. 86. Nam quem ſolvere nodum nequeas, diſſecandus eſt: & bene de riſu Quinctil. Inſt. Orat. 6, 3. *Rerum ſæpe maximarum momenta vertit, cum odium iramque frequentiſſime frangat.* Quo ſpectat illud e Sat. 1, 86. lib. proximi:

Solventur riſu tabulæ, tu miſſus abibis. Torr.

Fortius & melius; h. e. & efficacius & conſultius. Bax.

Magnas res ſecat, qui potentum lites dijudicat. Siquidem res difficiles quæ ſubito, ac veluti uno ictu abſolvuntur, *decidi* & *ſecari* dicuntur, Metaphora ſumta a medicorum cultris. Iſta Allegorice dicuntur de Satirica Invectione. Vult enim ſignificare ſe levi negotio de Nobilibus adverſariis victoriam reportare, cum Lucilius *Genuinum in illis fregerit*, ut eleganter Perſius, 1, 115. Bax.

Ac melius. Cun.

16 *Illi ſcripta quibus*; *Eupolis atque Cratinus Ariſtophaneſque Poetæ.* Bax.

Viris, Πλειονάζει more vetuſto. Bax.

17 *Stabant.* placebant, probabantur, non explodebantur, οὐκ. ἐξέπιπτον. tranſlatum ab actoribus, ſeu hiſtrionibus, qui exſibilantur, & exploduntur, cum inepti & imperiti ſunt: id eſt, ejiciuntur. contra ſtare dicitur fabula, cum probatur epiſt. ad Auguſt. 2, 1, 176. *Securus, cadat, an recto ſtet fabula talo.* Lam.

Hoc ſtabant. Terentius Prol. Hecyræ: 15.

Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti.

Ubi Donatus annotavit, agi fabulam cum recitatur, ſtare cum placet. Epiſt. 2, 1, 176.

Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.

Torr.

Is *ſtare* dicitur qui non cauſa cadit, vel perdit litem. *Ad id pertinet ſtabant quod dixerit, Ridiculum acri Fortius & melius magnas plerumque ſecat res.* Vet. Schol. Dilogus etiam *ſtabant* dixit pro placebant: nam *ſtare* dicebantur Fabulæ quæ non explodebantur.

Ironice *pulchrum* dicit vetulum & lippum, ſe tamen apud puellas pro formoſulo inepte gerentem. Palam nominat obtrectatores ſuos, veteres ſcilicet Cæſareanæ aulæ ſectatores.

Bax.

18 *M.*

Nil præter Calvum et doctus cantare Catullum.
¶ At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miſcuit. ¶ O ſeri ſtudiorum! quine putetis
Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit? ¶ At ſermo lingua concinnus utraque
Suavior, ut Chio nota ſi commiſta Falerni eſt.
Cum verſus facias; teipſum percontor, an et cum
Dura

18 *M. Demetrium modulatorem propter maciem ac parvitatem corporis hoc nomine appellat.* Vet. Schol. Bax.

19 Licinium dicit Calvum & Valerium Catullum, qui ſcilicet amatorias cantiones ſcripſerant. Bax.

Cantare, modulari. Vet. Schol. Bax.

20 *At magnum fecit*, ipſius Lucilii verba ſunt, teſte Runſiniano Rhetore; & ſuaviter cum ſuis verbis deridet. Hæc Subjectionis forma protulit. Bax. Modo non corruptus ſit Rufiniani locus, ac legendum p. 25 *ut apud* Horatium in *Lucilium*. Nam vix riſiſſe videtur Lucilius morem, quo ipſum frequenter uſum, fragmenta quæ ſuperſunt teſtantur. Ges.

21 *O ſeri ſtudiorum!* ſeræ dicuntur fruges quæ non niſi longo tempore matureſcunt. Græcis ὀψιμαθεῖς ſunt & qui literis ſero vacant, & qui ſero proficiunt; culpa ſcilicet ingenii & acuminis. Bax.

Quine putetis, &c. ſic habent tres cod. Vatic. & Jann. Faër. Torn. & aliquot alii. Et Priſc. lib. 6. ſic legit hunc locum, & ait *ne* conjunctionem eſſe neque dubitantem, neque interrogantem: ſed confirmantem, aut certe enuntiantem. alterum exemplum profert ex ſat. 3. libr. 2, 97. *Clarus erit, fortis, juſtus, ſapiens ne etiam, & rex.* ubi vulgo aliter legitur tamen. Lam.

Quine puteris. Hac adjectione ſyllabica videtur gaudere Horat. Nam præterea ſemel atque iterum ea uſus eſt. Videtur autem mihi eſſe Attaciſmus, pro εἴγε qui utique, qui certe, &c. nam ea particula γὲ familiaris eſt Demoſtheni in ea ſignificatione, & optimis quibuſque ſcriptoribus. Hanc lectionem, *quine putetis*, habent omnes ſcripti codices. Cruq.

Quine putetis; ſupple, *An in tantum fatui eſtis* qui putetis? Neque enim aſſentiri poſſum Priſciano, qui *Ne* putat eſſe Conjunctionem Affirmantem; vel his qui reponunt *Ve* ex ingenio. Hujuſmodi Βραχυλογία Moralis eſt & Comica. Bax. Habet eandem vim, ac ſi dixiſſet, *Voſne putetis*. Ges.

22 *Dicitur Pitholeon Epigrammata ridicule ſcripſiſſe, in quibus Græca verba mixta erant cum Latinis.* Vet. Schol. Bax.

23 *Concinnus*; ornatus, pictus. Bax.

24 *Chio nota* Hypallage eſt, pro *Chiam notæ:* & *nota* poſuit figurate pro cadus, vel amphora. Erat autem Falernum Italicum & auſterum, Chium autem Græcum & dulce. Bax.

25 *cum verſus fac.* Anaſtrophe adverbii interrogandi, an, quod in ordine præponi debet hoc modo, an, cum verſus facias, &, cum dura cauſa Petillii, &c. tu oblitus fis patriæ patriſque, & malis intermiſcere Græca Latinis, quam pure & clare Latineque eloqui? &c. Hæc autem confutatio eſt ab uſu forenſi, auctoritate clariſſimorum oratorum, & decoro ſermonis patrii. Cruq.

Dura tibi peragenda rei ſit cauſa Petillî,
Scilicet oblitus patriæque patriſque Latini,
Cum Pedius cauſas exſudet Publicola, atque
Corvinus, patriis intermiſcere petita
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis?
Atque ego cum Græcos facerem, natus mare citra,
Verſiculos, vetuit me tali voce Quirinus,

Poſt

27 Oblitos *ſuſpic. Bentl.* Latini *G. & omnes ante Lambi.* 28 exſudat *conj. Bentl. & ſic Zar. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 31 Atqui *Mſs. Mus. Br. D. F.*

Cum verſus facias: ſupple, *Utrum tunc tantum.* Vet. Schol. BAX.

26 *Dura*; *maligne dura*; *nam ab Auguſto abſolutus eſt.* Vet. Schol. V. Sat. I, 4, 94. BAX.

Peragenda, h. e. peroranda. BAX.

Petillius iſte abſtulerat coronam auream de capite Capitolini Jovis. BAX.

27 *Latine*; ita legendum eſſe pro *Latini* vir doctiſſimus Dionyſius Lambinus ex tribus MSS. oſtendit; Cruquius probat, Veteresque Scholiaſtæ confirmant. Bentleius hoc improbat, & ſervat priorem ſcripturam. BAX. Recte Bentleius: *oblitus patris Latini* i. originis ab illo rege, cujus & nomen debet commendare linguam. Malis ne tu, defenſor Lucilii, oblitus Romanæ majeſtatis, oratores ſummos patriis verbis immiſcere verba foris, ab externis, petita? Elegans eſt etiam *oblitus*, ut ad oratores & infinitum *intermiſcere* pertineat: ſed ſolo adhuc ingenio Bentleii nititur, & non eſt neceſſarium. GES.

28 Q. Pedius Publicola & Meſſala Corvinus Oratores erant priori ſæculo inſignes. *Ita autem hi a Græcis abhorruerunt, ut Meſſala primus Funambulum dixerit* Σχοινοβάτην, *& poſt hunc Terentius.* Vet. Schol. Quod & Quintilianus prodit. Erravit igitur vir doctus Ludovicus Deſprez, cum Andreæ Dacerio crediderit affirmanti hunc fuiſſe filium Quinti Pedii, & cum Auguſto Conſulem. BAX. Inclinat animus, uti putem *Publicolam* dici ab Horatio *Corvinum*, qui eſſet ex Valeriis Publicolis, cum de Pedio nihil conſtet niſi ex Schol. ad h. l. Meſſala, a quo Terentius *funambulum* accepit, non poteſt hic noſter eſſe. *Pedius* qui cauſas dixit, quo tempore hæc ſcribit Horatius, vix alius fuiſſe videtur quam collegæ Auguſti, a quo Pedia lex, filius, quod dixit poſt alios Dacerius. GES.

30 *Canuſini* cum reliquis Calabris, Apulis, Lucanis & Brutiis de Magna erant Græcia, & Græcorum Coloniis immiſti. BAX.

Dilogos dici ſolet *Bilinguis* etiam pro doloſo. *Ideo ergo & Ennius & Lucilius Brutates bilingues dixerunt.* Vet. Schol. ex Vetere Codice Joſephi Scaligeri. BAX.

31 *Facerem*; *facere vellem*; ut *Cum canerem Reges.* Vet. Schol. BAX.

Comice protulit *Natus mare citra*; & ad Emphaſin poſuit vilioris pretii. Delicatuſſs enim mirifice placent tranſmarina. BAX. Mihi videtur nihil dicere aliud voluiſſe poeta, quam ſe natione Italum, in Italia natum, non in Græcia tranſmarina. GES.

32 *Vetuit me tali voce Quirinus.* Codex Collegii Trinitatis commodius verba hæc collocat,

Verſiculos: vituit TALI ME *voce Quirinus.*

Porro in verſu præcedente ATQUI cum Cruquio & Lambino dedimus, eundem codicem & vetuſtiſſimum Leidenſem ſecuit. Alii habent *Atque.* BENTL.

Tali

Poſt mediam noctem viſus, cum ſomnia vera;
In ſilvam non ligna feras inſanius, ac ſi
Magnas Græcorum malis implere catervas.
Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona, dumque
Defingit Rheni luteum caput; hæc ego ludo,
Quæ nec in Æde ſonent certantia judice Tarpa;

Nec

37 Defingit *etiam G.* Dif. Z. Diffingit *Mſs. Mus. Br. B. D.* 38 neque *Sax. Bentl. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. F.*

Tali vetuit. Cun.

33 *Poſt mediam noctem*; Εὖτι καὶ εὐτρεκίων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων, ut belle Theocritus. *Eo tempore Solis Phœbique Vaticinium roborari credebatur*, inquit Ludovicus Cœlius. Ad galli ſcilicet cantum, quo tempore fugari dicuntur manes vanorum ſomniorum autores. Bax.

34 *In ſilv. non ligna feras inſan.* id eſt, æque fueris inſanus, ſi tu Latinus Græcos verſus ſcribas, atque ſi in ſilvam ligna feras. Lam.

Ac ſi. Sunt qui *At ſi* legendum exiſtiment: ſunt qui aliter atque aliter interpungant: ſed nihil immutandum. Dicit enim non inſanius facturum ſi ligna in ſilvam ferat, quam ſi Græcis ſe ſcriptoribus adjiciat, perinde ac ſi numero aliquid deſit. Torr.

In ſilvam ligna ferre, Proverbio dicitur.

Bax.

Inſanior. Cun.

35 *Caterva*, Gallorum erat legio, ſive exercitus. Etiam Aboriginibus noſtris *Cát* exercitus eſt, & *Torva*, Turba, vel Globus. Caterva orbiculari erat figura. Bax. Nihil vult niſi Græcorum ſcriptorum ſatis magnum eſſe numerum difficile eſſe ibi eminere.

Ges.

36 *Cornelius Alpinus Memnona Hexametris verſibus nimirum deſcripſit; & belle jugulat Memnona Dilogus ait: nam dum deſcribit quemadmodum juguletur, intelligi vult ab ipſo potius jugulari.* Vet. Schol. Erat hic Aulus Cornelius Alpinus, ut oſtendit Torrentius adverſus Cruquium, qui Cornelium Gallum credidit. Bax. Bentleius Furium Bibaculum hic exſculpit ex verbis Acronis, *vel Vivalium quemdam poetam Gallum tangit: Rivalium* potius fuiſſe credibile mihi fit, cum Cruquianus Sch. habeat, *rivalem quemdam p.* G. t. Optimum forte fuerit, fateri, nos neſcire hodie.

Ges.

37 Veteris Scholiaſtæ & MSS. autoritate ductus *Defingit* reponendum duxi pro *Diffingit*. *Defingit, figurat, ac per hoc deſcribit, ſignificat.* Vet. Schol. Bax. Sed Acron Fabricianus, *Diffingit, male format, i. deſcribit, luteum Rheni caput, non quia luteum caput habet Rhenus, ſed quod luteum facit ipſe deſcribendo male. Da. Heinſius* nimis etiam hic ingenioſus, conjicit *Diffringit Rhæci lut. cap.* quaſi dicatur in poetam, qui Gigantomachiam ſcripſerit. Ges.

Luteum caput; *& hoc Dilogus*; *quaſi ab ipſo Poeta mala deſcriptione luteum fieret.* Vet. Sch. Notum eſt etiam Oſtia fluminum dici *Capita*, quod oſtendit Turnebus. Bax. At hic fontes intelligam, limpidos per ſe & liquidos, ſed *luteos* & turbidos a poeta. Ges.

Comice *Hæc* pro talia. Bax.

Ludo; *quoniam verecunde Poetæ verſus ſuos luſus appellant.* Vet. Schol. Bax.

38 *In Æde*; *Apollinis & Muſarum.* Torrentius. In commiſſionibus ſcilicet ab Auguſto inſtitutis; & bene *ſonent*, ob Echo. Bax. Ædes Apollini ab Auguſto dedicata tum nondum erat: intelligenda quæcunque ædes, ubi examinantur fabulæ in ludis agendæ. Ges.

Nec redeant iterum atque iterum ſpectanda Theatris.
Arguta meretrice potes, Davoque Chremeta
Eludente ſenem, comis garrire libellos,
Unus vivorum, Fundani: Pollio regum
Facta canit, pede ter percuſſo: forte Epos acer,
Ut nemo, Varius, ducit: Molle atque facetum
Virgilio

44 Ductu molle *etiam Cun. & Mſ. Mus. Br. B.* dictu *Sax.* ducit *omnes, puto, ante Steph. etiam Rutg. Bur. Bentl. Talb. Sandb.* dicit *Mſs. Mus. Br. D.*

Critici apud Ædem Apollinis Palatini *numero erant quinque*, e quibus maxime aſſiduus erat Spurius Metius Tarpa, ut oſtendit Vet. Schol. Cruq. *Nam ii fere qui Scenas ſcribebant, ad Tarpam hunc, quaſi emendatorem, eas afferebant.* Alter Schol. Bax. Vid. A. P. 387. Ges.

39 Ordo eſt, *Redeant Theatris iterum atque iterum ſpectanda.* Præparatio eſt ad ſequentia. Bax.

40 *Arguta meretr. pot. D. q. Chr.* id eſt, tu Fundani unus ex iis, qui hodie vivunt, potes omnium optime comœdiam ſcribere: tu omnibus hominibus præſtas in ſcribendis comœdiis: in quibus inducuntur meretrices argutæ, & ſervi dominos fallentes dolis. *unus vivorum.* εἷς ζωντων. Lam.

Arguta, argutiis armata, pellaci & prompto ingenio. Bax.

41 Eludunt Gladiatores, dum arte effugiunt ictus, & per hoc ferientes fallunt. Bax.

Comis Morali ſuavitate blandus eſt. Bax.

Garrire, nugari, propter perſonarum humilitatem quæ in Comœdia loquuntur. Vet. Schol. Cruq. Bax.

42 *Pollio regum.* quemadmodum Fundanio tribuit poſſe garrire, propter perſonas Comicas, in quibus ineſt actionis magna lenitas, ita dicit Pollionem canere facta regum pede ter percuſſo: alludens per Senarii trimetri trinam dimenſionem ad perſonarum Tragicarum gravitatem, quæ magno ſæpe faſtu in ſcenis inter agendum pedibus tabulata pulſant. Cruq.

Sub Auguſto agebat Caius Fundanius Comœdiarum ſcriptor. Torrentius. Bax.

Amarulente Reges obiter exagitat: ſiquidem per *facta regum*, cædes & ſcelera ſignificat. Atrocius Perſius 1, 67. *prandia regum* dicit capita & pedes infantum, ob Thyeſteas Fabulas ſcilicet. Bax.

43 *Pede ter percuſſo; Trimetro Iambico.* Vet. Schol. Aſinius Pollio Tragœdias ſcripſerat. Vid. Car. 2, 1, 9. Bax.

Forte; magno impetu expreſſum. Vet. Schol. Animoſum dicit & ſpiritale. Bax.

Acer, h. e. calidus, interritus, audax. Vid. Car. 1, 6, 1. Bax.

44 Veterem Scholiaſten & pleroſque ſcriptos Codices ſecutus, *ducit* ſervavi; cum Henricus Stephanus & Cruquius magis probent *Ductu molle atque facetum*, quod duriuſculum mihi videtur. Et mire *Ducit* de longo Carmine, deſumta Metaphora a lanificarum filis.

Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Ovidius, Met. 1, 4. Bax.

Molle atque facetum, tenerum dicit & amœnum, Bucolicorum Stilum ſignificat: nondum enim (ut videtur) edebatur Æneis. Bax. *Facetum excultæ cujuſdam elegantiæ appellationem* putare ſe ait in h. l. Quinct. 6, 3. Eſtque Epitheton a contrario. Gaudent rure Camenæ Virgilii, & tamen decorem urbanum & mollem illi indulſerunt. Ges.

45 Mire *gaudentes rure Camœnæ*; nam *Camœnas*

Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.
Hoc erat, experto frustra Varrone Atacino,
Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem,
Inventore minor: neque ego illi detrahere ausim
Hærentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum, sæpe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis: age, quæso,
Tu nihil in magno doctus reprêndis Homero?
Nil comis Tragici mutat Lucilius Acti?
Non ridet versus Ennî gravitate minores,

Cum

49 cum multa *G. Z. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *Bentl. ex multis MSS. Mss. Mus. Br. B. C. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Pr.* 50 *pro* sæpe, verba *coll. Sax.* 51 quæro *Sax. & Mf. Mus. Br. C.* 54 Num ridet *Sax.*

mænas rustici Musas appellant, ut docte Landinus ex Macrobio. Bax.

46 *Hoc erat*; i. e. *Satyra*. Vet. Schol. Bax.

P. Terentius Varro Atacinus ab Atace Provinciæ vico. Torrentius. Hunc alii *Narbonensem* vocant. Bax.

47 *Quibusdam aliis*; *Ennius quatuor libros Satyrarum reliquit, & Pacuvius huic generi versificationis non suffecit.* Vet. Schol. Bax.

48 *Inventore minor*; quia præclarius est invenisse, quam inventis addere. Bax.

49 *Multa cum laude.* Libri aliquot *cum multa laude*: unus etiam *cumulatam laude.* Nec male, mea quidem sententia. Torr.

cum laude coronam. videtur alludere ad illud Lucretii lib. 4, 3. *juvatque novos decerpere flores, insignemque meo capiti petere inde coronam.* Cruq.

Difficile est *detrahere* quod *hæret*. Bax.

Rudiore Rhythmo Bentleius; autoritate puto unius sed rarioris editionis, rescripsit *cum multa laude* pro *multa cum laude*. Bax.

Poetæ *laudem* dicunt pro merito. Bax.

Sunt hic etiam sua præmia laudi. Virg. Aen. 1, 465. Bax.

50 *At dixi*; Subjectionem repræsentat inimici; & gravis est ista commemoratio culpæ. Bax. Vid. Sat. 1, 4, 12.

51 *Tollenda*, amovenda, resecanda. *Est brevitate opus.* Bax. Tollenda ita accipiendum, docet v. 69. Bax.

52 *Doctus*; qui scilicet scholiaris es. Bax.

53 Salsa Ironia *comem* dicit Lucilium, quem pro inurbano semper habuit. Bax.

Urbane *mutat* posuit pro reprehendit. *Facit autem Lucilius hoc cum alias, tum in tertio Libro & nono & decimo.* Vet. Schol. Bax.

54 *Non ridet*; Servius ad illud Æneid. XI, 602 *Cum late ferreus hastis Horret ager: Versus Ennianus, vituperatus Lucilio, dicenti per irrisionem, debuisse eum dicere, Horret & alget; unde Horatius de Lucilio, non ridet versus Enni?* Henricus Stephanus. Bax.

Gravitate minores; *minus graves quam oportet.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

55 Nonne cum de se loquitur Lucilius, ita loquitur tanquam de majore iis, quos reprehendit. Hæc simplex sententia præferenda subtilitati Heinsianæ, quasi reprehen-

sus

Cum de ſe loquitur, non ut majore reprênſis?
Quid vetat et noſmet Lucilî ſcripta legentes,
Quærere num illius, num rerum dura negârit
Verſiculos natura magis factos, et euntes
Mollius, ac ſi quis pedibus quid claudere ſenis,
Hoc tantum contentus, amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum verſus, totidem cœnatus; Etruſci
Quale fuit Caſsî rapido ferventius amni
Ingenium, capſis quem fama eſt eſſe libriſque
Ambuſtum propriis. Fuerit Lucilius, inquam,
Comis

56 Quis *Sax.* furta *Han.* 57 non rerum *Sax.* 58 magis altos *G. & Mſ. Mus. Br. F.* aptos, *Mſ. Mus. Br. C.* 59 ac ſi *G. Ven.* 1479. *Med.* 1486. *Bentl. Cun.* at ſi *Sax. Z. Med.* 1477. *F.* At ſit *conj. Lambi.*

ſus eſſet Ennius a Lucilio propter περιαυτολογίας. Ges.

57 *Dura* eſt quæ negat, nec flecti poteſt præ pertinacia: modo autem Dilogως poni videtur pro pertinax & ſalebroſa. Bax.

58 *Factos*; h. e. arte tornatos. Bax.

Euntes mollius, h. e. Lenius decurrentes; abſque ſtrepitu ſcilicet, & ſpuma; nec lutum ſecum trahentes. Bax.

59 *At ſit quis*. ſic legendum, non *at ſi quis*, ut habent vulgati codices. Eſt autem totius hujus loci ſententia, At ſit aliquis hoc uno contentus, nempe verſus facere, qui ſinguli ſenis pedibus conſtent: ſcribat ducentos verſus ante cenam, totidem a cena, &c. demus præterea Lucilium fuiſſe limatum, & accuratum ſcriptorem, quod non ita eſt: tamen ſi hodie viveret, multa inania, & ſupervacanea ſibi amputaret, &c. Lam.

Plane aſſentior ingenioſo viro Jacobo Cruquio, & plurimis ſcriptis Codicibus legendum eſſe *ac ſi quis*, pro *at ſi quis*, quod & Stephanus probavit. Bax. *Ac ſi*, quam ſi. *quid*, h. e. aliquid. Senſus loci, interprete Bentleio, hic eſt: Quid vetat & nos quærere, num Lucilii ingenium, num argumentum ipſum negaverit verſus politiores & molliores, quam ſi quis ſine cura & lima extemporales hexametros fundat? Scilicet Lucilius ipſe, ſi majorem diligentiam adhibuiſſet, cultiores utique verſus dare potuiſſet, quam quales nunc dedit ipſe & Caſſius. Zeun.

Claudere modo pro finire poſitum eſt: *Clauditur* enim quod ulterius progredi non finitur. Bax.

61 *Ante cibum*; cœnæ tempore verſus ſuos dictare Veteres ſolebant. Bax.

Caſſium Hetruſcum diverſum fuiſſe a Parmenſi oſtendit Torrentius, atque ipſe Horat. Epiſt. 1,4,3. elegantiſſimum ejus ingenium hoc verſu ſignificat: *Scribere quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat*. Lud. Deſprez clauſis oculis Dacerium ſequitur. Bax. Non licet iſta accurate diſputare: ſed hoc video, Maſſono etiam eundem eſſe Parmenſem & Etruſcum Caſſium, interfectorem Cæſaris. Ges.

62 *Rapido ferventius*; hujus verſus non ibant molliter; verum *multa purgamenta ſecum trahebant*, ut Scholiaſtæ verbis utar. *Ferventius* pro ſpumoſius modo poſitum eſt. Bax.

63 *Capſis*;

Comis et urbanus; fuerit limatior idem,
Quam rudis et Græcis intacti carminis autor,
Quamque Poëtarum ſeniorum turba; ſed ille,
Si foret hoc noſtrum fato delatus in ævum,
Detereret ſibi multa; recideret omne quod ultra
Perfectum traheretur; et in verſu faciendo

Sæpe

66 a Græcis *Sax.* at Gr. *conj. Rutg.* Quam Rudius, Gr, *conj. Caſaub.* 68 dilapſus *Boſ. Anim.* p. 59. *H. Med.* 1477 & 1486. *Ven.* 1479. & *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. F. forte* delapſus. Delapſus. *Ed. Pr. in Bib Reg. Br.* Dilatus *etiam G. quod vidit Lamb. in* 4 *Mſs. & probat Bentl. & Cun.* 70 verſus Z.

63 *Capſis; in quibus ſua Poemata concluſa erant.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

64 Ridicule *ambuſtum* poſuit pro *combuſtum.* Bax. Pro rogo illi fuiſſe dicebantur capſæ & libri, quos ediderat. Ges.

65 *Fuerit limatior idem, quam.* hunc locum quem ſcio difficilem, & impeditum haberi, ſic expedio, atque explico. Demus (inquit Horatius) Lucilium limatiorem fuiſſe, quam auctorem ſatyræ Græcis intactæ eſſe videmus: quod idem fere valet, ac ſi dicat, demus, Lucillium fuiſſe limatiorem, quam ipſe ſit: atque ita nomen *rudis* in patrio caſu accipio, & cum voce *carminis* conjungo. Nam quod alii faciunt *rudis*, recti caſus, hoc modo: *fuerit limatior idem, Quam rudis*, id eſt, fuerit limatus potius, quam rudis, & impolitus, hoc illi non recte. Sic enim locutus eſſet Horatius, *fuerit limatior, quam rudior*, ut docent exempla. T. Livius lib. 28. 22. annalium. *Acrior impetu, atque animis, quam compoſitior ordine ullo pugna fuit.* Idem lib. 30. 26. de Fab. Maximo. *cautior tamen, quam promtior hic habitus fuit.* Colum. lib. 6. *ſi longior fuerit, quam latior.* Lam.

Comis & urbanus; quod tamen nemo dederit. Bax.

Limatior; imo nihil magis oderat labore limæ. Bax.

66 *Quam rudis*; h. e. Quam autor rudis carminis Græcis intacti, nam & neceſſitati metri deſervit. Bax. Ennium deſcribi hoc carmine apparet: ille Satiram tentavit primus, intactum Græcis carmen: ille *rudis arte* etiam Ovidio dictus Tr. 2, 424. Quod & metri cauſa aſſumtum ait vir doctus, nihil eſt. Ennius *rudis* arte, *inſuper* tentavit carmen, in quo non licebat e Græcis vertere, ut in Tragœdia, ut in Epico carmine. Ges.

67 *Turba* dicitur viliorum multitudo. Bax.

68 *Dilatus.* magna eſt hic librorum antiquorum varietas. in aliis enim ſcriptum eſt *delapſus:* in uno *dilapſus:* in uno *delatus:* in quattuor *dilatus:* quos ſecutus ſum: & hunc locum ſic explico. ſed ſi Lucilius ad noſtram ætatem eſſet reſervatus, ſi noſtra demum ætate introiviſſet in vitam, ſeu natus eſſet, &c. Lam.

Magis placet *delatus* quam *dilatus*, quod & Cruquius legerat in quatuor Codicibus. Nonnulli legunt *delapſus.* Bentleius *dilatus.* Bax. Nulla propoſitarum lectionum vel auctoritate vel ratione caret. *Dilatus* tamen mihi dignitatem quandam habere videtur. Ges. Pro *delatus* ex vett. edd. reſtitui *dilatus*, h. e. reſervatus. Zeun.

69 *Detereret* lima; *recideret* cultro vel falce. Bax.

70 *Trahitur*; quod demortuum eſt & inutile. Bax.

71 *Caput ſcaberet. Caput ſcabere, unguem rodere*, geſtus ſunt hominis in meditando aliquid

Sæpe caput ſcaberet, vivos et roderet ungues.
Sæpe ſtilum vertas, iterum, quæ digna legi ſint,
Scripturus; neque te ut miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus: an tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?
Non ego; nam ſatis eſt equitem mihi plaudere, ut audax,
Contemtis aliis, exploſa Arbuſcula dixit.
Men' moveat cimex Pantilius; aut cruciet quod
Vellicet abſentem Demetrius? aut quod ineptus
Fannius

75 Millibus *Bos Anim.* p. 59. 78 cruciet *etiam Sax.*

quid ſe torquentis. Perſ. Sat. I, 106.

Nec pluteum cædit nec demorſos ſapit ungues.

TORR.

72 *Stylum vertas.* Quæ de hac re Lamb. hic & Turneb. lib. XIIII. c. XXIIII. Eraſmi ſunt in Chil. Accedat elegans Hieronymi locus ex Epiſtola ad Domnionem: *Stultus ego qui me putaverim hæc abſque philoſophis ſcire non poſſe, qui meliorem ſtyli partem eam legerim quæ deleret quam quæ ſcriberet.* & pulcerrimus Prudentii verſus de Caſſiano Martyre diſcipulorum ſtylis interfecto:

Inde alii ſtimulos & acumina ferrea vibrant.
Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur.
Et qua ſecti apices abolentur, & æquoris birti,
Rurſus niteſcens innovatur area. TORR.

Stilum vertere; quo retuſa ejus parte quæ ſcripſeras inducas. BAX. Nempe hic relicto Lucillio ad locum communem devolvitur.

GES.

73 *Labores*, h. e. multum cures. BAX.

75 *Dictari*; *a Librariis in Ludis Literariis.* Vet. Schol. Cruq. Magiſtri Librarii prælegebant diſcipulis ſua penſa. BAX.

76 *Equitem*; Comicum eſt Singulare pro Plurali. BAX.

77 *Exploſa Arbuſcula dixit.* Codex vetuſtus Reginenſis ARBUSTULA, quaſi ab *Arbuſto*. Battelianus AURICULA. Sed recte habet recepta Lectio: quam & firmat Servius ad Virgil. Eclogam. X. Cicero ad Attic. IV, 15. *Quaeris nunc de* Arbuſcula. *Valde placuit. Ludi magnifici & grati.* En ipſa eſt, quam hic memorat Horatius: Marmor Praeneſtinum apud Fabricium p. 89. SEX NAEVIUS SEX. L. PHILEMO, NAEVIA SEX. LIBERTA. ARBUSCULA. Unde tamen male colligit vir ille doctiſſimus huic mimae nomen fuiſſe *Naeviam*; atque adeo hoc ejus monumentum eſſe. Plures enim libertae erant eo cognomine. Reineſius XIX, 28. GRANIA P. L. ARBUSCULA. Gruterus 593, 2. VOLUSIAE ARBUSCULAE. 1041, 5. FLAVIAE ARBUSCULAE CONJUGI. Ceterum ſervile nomen eae ſunt nactae ab *arbuſcula* ſive *parva arbore*.

BENTL.

Arbuſcula; Mima hæc erat, uti & Cytheris & Origo. BAX. Mentio hujus *Arbuſculæ* etiam Cic. Att. 4, 15. Nomen plurium Libertarum eſſe, oſtendit Bentl. GES.

78 *Cimex, putidus, abjectus.* Vet. Schol. Crediderim Pantilium iſtum fuiſſe exiguæ ſtaturæ. BAX.

Plures MSS. pro *crucier* legerunt *cruciet*, quod magis Comicum eſt. BAX.

79 *Vellicat* canis qui non audet mordere. BAX.

80 Fannii

Fannius Hermogenis lædat conviva Tigellî?
Plotius, et Varius, Mæcenas, Virgiliuſque,
Valgius, et probet hæc Octavius optimus, atque
Fuſcus; et hæc utinam Viſcorum laudet uterque:
Ambitione relegata, te dicere poſſum,
Pollio, te, Meſſala, tuo cum fratre; ſimulque
Vos Bibule et Servi; ſimul his te, candide Furni;
Complures alios, doctos ego quos et amicos
Prudens prætereo; quibus hæc, ſint qualiacunque,
Arridere velim; doliturus, ſi placeant ſpe
Deterius

86 Bibuli *al.* Bibule *edd. aliquot ap. Cuning. in Bib. Reg. Br.* Bibuli *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Pr.*

80 Fannii Quadrati meminit ſuperius Satyra quarta. Bax.

Conviva, ſcurra per Charientiſmum. Bax.

81 De *Plotio*, *Vario*, & *Valgio* ſupra dictum eſt. Bax.

82 Interpunctio iſta placuit Bentleio, *probet, hæc Octavius, optimus atque:* Neque enim cenſuit vocem *optimus* convenire Majeſtati Auguſti, etſi primus deorum vulgo dicatur Optimus. Nomen Optimatium etiam oſtendit quid ſibi velit *Octavius optimus* apud Horatium. Ego plane ſentio cum Jacobo Cruquio *Octavium optimum* non fuiſſe alium quam ipſum Auguſtum, etſi vir doctus Ludovicus Deſprez hoc caveri jubeat. Bax. Ergo Horatius *Cæſarem*, *Divi filium*, in grege amicorum, & *Octavii* nomine poſuit? Mihi nullo modo hoc fit probabile. Fuerit potius, quem VV. DD. judicarunt poſt Victorium V. L. 14, 7 ille, cujus in mortem eſt epigramma in catalectis, *Quis Deus Octavi*, vel quivis alius. Ges.

83 *Fuſcum* dicit Ariſtium doctiſſimum Grammaticum. Bax.

Pater eorum Vibius Viſcus, quamvis & divitiis & amicitia Auguſti clarus eſſet; in Equeſtri tamen Ordine perduravit, cum filios ſuos Senatores feciſſet. Vet. Schol. Bax.

84 *Ambitione relegata*; h. e. *remota gratificatione.* Vet. Schol. Potentium amicorum numero famam ſuam fulcire conatur. Bax.

86 *Vos, Bibuli et ſervi.* Ergo plures hic alloquitur *Bibulos & Servios*, ut ſupra *Viſcos* duos? Sed illud repugnat, quod *Servii* in vocativo plurali contractionem non admittit. Atqui illud extra dubitationem eſt, *Servi* hic a recto *Servius* fluere, non a *Servus*. Quare & elegantiſſima & certiſſima eſt Nicolai Heinſii emendatio,

Vos, BIBULE & SERVI; *ſimul his te, candide Furni.* Bentl.

Bentleius poſt Heinſium recte poſuit, *Vos Bibule & Servi.* Bax.

Furni; *erat hic Hiſtoriarum elegantia clarus.* Vet. Schol. Bax.

88 Aliqui Cod. & hic & alias pro *ſint* habent *ſunt*, quod ob raritatem mirifice placuit magno Bentleio. Verum non adverterat vir eruditiſſimus promiſcue fuiſſe ſcriptum *ſunt* vel *ſint*, quod prolatione vix differrent Vocales

90 Deterius noſtra. Demetri, teque, Tigelli,
Diſcipularum inter jubeo plorare cathedras.
I puer, atque meo citus hæc ſubſcribe libello.

91 Diſcipularum *etiam primæ editt.* Diſcipulorum *Mſ. Mus. Br. F.*

les *i* atque *u* antiquis temporibus. Bax.

90 *Demetri, teque Tigelli; hi modulatores fuerunt, & docuerunt puellas ingenuas per modos.* Vet. Schol. Lambinus in novem Codicibus repererat *Diſcipularum*, quod a Vetere Scholiaſte confirmatur: plerique tamen Vulgati corrupte *Diſcipulorum* repræſentant. Bax.

91 *Diſcipularum inter*, &c. ſic ſcriptum eſt in trib. cod. Vat. & Jann. Faër. Torn. Ruſſard. Nicot. Cleric. neque vero dubium cuiquam debet eſſe, quin hæc ſit recta, & vera lectio, tot codicibus confirmata, ut taceam, quod eam Porphyr. agnoſcit. ſignificat autem Horatius hunc Hermogenem, vel fœminis probari tantum, non viris: vel diſcipulos habere impudicos, & parum mares, & fortaſſe, qui magiſtro flagitioſe morigerarentur. Lam.

Jubeo plorare; ſalſiſſima Dilogia utitur: nam & plorant qui docent puellas cantiunculas amatorias flebili voce decantare; & plorare jubent Græci quibus grave precantur infortunium, quod κλαίσιν, vel ὀλμώζειν illi dicunt. Bax.

Notum eſt *Cathedras* fuiſſe fœminarum proprias. Bax.

92 Veteres voto aliquo claudebant Epiſtolas, quem morem per ludum & jocum hic ſervat in calce libelli: Nam Amanuenſem ſuum jubet ſubſcribere quæ Demetrio & Tigellio optaverat. Miror latuiſſe Interpretes quid ſit *ſubſcriptio* & *ſubſcribere*. *Cum Rhodiorum Magiſtratus, quod literas publicas ſine Subſcriptione ad ſe dederant, evocabat, ne verbo quidem inſectatus, ac tantummodo juſſos ſubſcribere remiſit.* Suetonius [Tib. 32 quem ex Dion. 57 p. 608 E de ſubſcribendis votis pro ſalute Imperatoris Caſaubonus explicat.] *In ſubſcribendo tardus ac negligens, ita ut libellis una forma multis ſubſcriberet; in epiſtolis autem plurimis Vale tantum ſcriberet.* Lampridius. Bax. Locus eſt in Commodo 13 hic paucis declarandus, cum aquam ſibi in illo hærere fateatur Caſaubonus, & in Theſauro prætermiſſus ſit. Commodus igitur *libellis multis*, de rebus diverſis qui agerent, *una* tamen *forma* ſ. exemplo ſubſcripſit, i. reſpondit. Hoc eſſe ſubſcribere, tum res ipſa hodie adhuc in multis Secretariis uſitata indicat, tum docet planiſſime Titulus Cod. *Comminationes, Epiſtolas* &c. *præſertim* l. 5 *Subſcriptionem ad libellum datam talem, quæ diverſam partem in poſſeſſionem fundi mitteret* &c. Itaque ſeſquiverſus ultimus hujus Satiræ eſt ſubſcriptio, ſ. clauſula, ad reprehenſores poëtæ: ut ſi quis in fine epiſtolæ poneret pro *vale*, *ſuſpende te*. Imperium ad puerum deliciis ejus temporis convenit, ubi dictabant pleraque. Sic Epiſt. 1, 10, 49. Simile quiddam eſt in illo Propert. 3, 23, 21. extr. *I puer & citus hæc aliqua propone columna.* Imperio illo efficit Horatius, ut riſum & aculeum habeat finis Satiræ. Ges.

Q. HORATII FLACCI

SERMONUM

LIBER SECUNDUS.

SATIRA I.

IN QUENDAM QUI ACTIONEM DE FAMOSIS LIBELLIS HORATIO INTENTABAT.

SUNT quibus in Satira videor nimis acer, et ultra
Legem tendere opus; ſine nervis altera quicquid
Compoſui pars eſſe putat, ſimileſque meorum
Mille die verſus deduci poſſe. Trebati, [quis,
Quid faciam, præſcribe. ¶ Quieſcas. ¶ Ne faciam, in-
Omnino

1 videar *etiam H. Mſs. Mus. Br. B. C. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 2 intendere *N. Heinſ. ex MSS. & Cun.*

1 Cum quibuſdam Lambini ſcriptis Codicibus pro *videar* repoſui *videor*. Etſi fateatur nihil intereſſe, Bentleius tamen de *videor* fecit *videar*. Satis tamen conſtat ex ſequentibus, videor recte dici in Indicativo, cum non fiat Narratio in modo Dubitativo. BAX.

Acer, calidus, furens. BAX.

Ultra legem, h. e. *Ultra quam ſe habet ratio ipſius vocabuli: Et mire Legem quia Juriſperito loquebatur*. Vet. Schol. Scita Dilogia: Habet enim alicujus minitantis Emphaſin. BAX. *Legem* Decemviralem intelligit Rutg. Ego univerſim modum & morem. GES.

2 *Tendere opus*, h. e. Satyræ ſuæ ſpiculum dirigere.

Eſt aliquid quo tendis, & in quod dirigis arcum. Perſius, 3, 60. BAX.

Sine nervis; quia urbanus erat & parcens viribus, nempe Luciliano ſtilo confoderat hoſtem. *Nimis lenis*, ut Vet. Schol. Cruq. BAX.

4 *Deduci*; ſic & infra, (Epiſt. 2, 1, 225) *tenui deducta Poemata filo*. BAX.

C. Trebatius Teſta Juriſconſultus inſignis & Ciceronis familiaris. *Hic eſt Trebatius Juriſperitus qui locum obtinuit inter Poetas, &*

Omnino verſus? ¶ Aio. ¶ Peream male, ſi non
Optimum erat: verum nequeo dormire. ¶ Ter uncti
Tranſnanto Tiberim, ſomno quibus eſt opus alto,
Irriguumque mero ſub noctem corpus habento.
Aut, ſi tantus amor ſcribendi te rapit, aude
Cæſaris invicti res dicere, multa laborum
Præmia laturus. ¶ Cupidum, pater optime, vires
Deficiunt: neque enim quivis horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereuntes cuſpide Gallos,

Aut

9 Irriguumve *Rutg. & Mſ. Mus. Br. B.* 10 rapit *omnes noſtri.* 14 neu *Sax. Cun.*

aliquot libros de Civili Jure compoſuit, & de Religionibus novem. Vet. Schol. Bax.

5 *Præſcribe*, h. e. *Conſtitue tanquam ex Lege.* Vet. Schol. Reſponſa enim Prudentum inſtar Legum erant. Bax.

6 *Aio*; *Juriſconſulto dat verba Juriſconſultica.* Landinus. Bax.

Male, modo poſitum pro infeliciter; uſitato Euphemiſmo. Bax.

7 *Erat* pro *eſſet*. Bax.

8 *Tranſnanto*; *vide ut directis Juriſconſultorum verbis utitur ad Trebatium Juriſconſultum.* Vet. Schol. Cruq. Exercitia Campeſtria claudebantur fere natatione. Bax.

Natandi ſtudioſum vocat Trebatium Cic. fam. 7, 10. Nec a vino eum abhorruiſſe, docet ibid. 22. Ges.

10 Vultuoſe profertur *tantus: Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?* Virg. Ecl. 1, 27. Etiam Homero *amor* frequenter dicitur cupido. Bax.

Si tantus amor ſcribendi te rapit. Mira hic pertinacia lectionem malam propugnant codices: ſolus Colbertinus recte dedit,

Aut, ſi tantus amor ſcribendi te CAPIT.

Amor te capit, odium capit, ubique ſe legentibus ingerunt; ut ineptum ſit exempla hic adducere. *Amor te rapit* nimium plane & affectatum eſſet, &, quod me movet maxime, Trebatii perſonae incongruens. Extat quidem hodie apud Naſonem Faſt. II, 762.

Interea juvenis furiatos regius ignes
Concipit, & caeco raptus amore *ruit.*

Quod etſi in Ovidio praetulerim, quia praecedit *concipit*: decem tamen codices, referente ibi Heinſio, habent *captus amore*: ut Virgil. Georg. 3, 285.

Singula dum capti *circumvectamur* amore:

& alibi Ecl. 6, 10.

ſiquis tamen haec quoque, ſiquis
Captus amore *leget.*

Verum utcumque de Ovidii loco decernas, in Horatiano certe CAPIT longe aptius & familiarius eſt. Bentl.

Rapit; h. e. præcipitem agit. Rapi & corripi dementiæ eſt. Bentleius prætulit *capit*, vocem minus efficacem. Bax.

Quaſi vix poſſit impleri ideo dicit Aude. Vet. Schol. Bax.

12 Veteres majores natu *patres*, & contra minores *filios* ſalutare conſueverant; æquales autem *fratres*. Bax.

13 An in animo habuit Virgil. illud Æn. 1, 4. *at nunc horrentia Martis Arma?* Bax.

14 *Fracta cuſpide*; *de hiſtoria eſt*; *Nam Marius adverſus Santonas talia tela commentus eſt, ut fracta mitterentur*, [*miſſa frangerentur.* Ges.]

ne

Aut labentis equo deſcribat vulnera Parthi.
¶ Attamen et juſtum poteras et ſcribere fortem,
Scipiadam ut ſapiens Lucilius. ¶ Haud mihi deero,
Cum res ipſa feret. Niſi dextro tempore, Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem;
Cui male ſi palpere, recalcitrat undique tutus.

¶ Quanto

15 deſcribet *quidam MSS.* deſcribit *Mſ. Mus. Br. B. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 19 attentas aures *Mſ. Mus. Br. D.*

ne remitti ab hoſtibus poſſent. Vet. Schol. Bax.

Trebatius comes erat Julii Cæſaris in Bello Gallico, & credibile eſt eum aliquid Carminis in illud bellum compoſuiſſe, quod hic laudare vult Horatius: Neque abludit Cruquius. Bax.

15 Bene *labentis equo:* nam Parthorum pugna fere erat equeſtris. Appoſuit autem iſta quo gratificaretur Auguſto, ob recepta ſigna Marco Craſſo adempta. Bax.

Bentleius poſuit ex obſcurioris notæ Chartis *deſcribit*; ſed parum admodum refert, etſi, *deſcribat* videatur rectius. Bax.

16 *Fortem*; h. e. generoſum & erectum. Bax.

17 *Lucilius Vitam Scipionis privatam deſcripſit, Ennius vero bella.* Vet. Schol. Bax.

18 *Res ipſa*; h. e. ipſius temporis ratio. *Dextro tempore*; cum fuerint *mollia tempora fandi.* Bax.

19 *Attentam*; ſignificat *eum majoribus occupationibus intentum.* Vet. Schol. Bax.

20 *cui male ſ. p.* male palpari, eſt valde aſſentari, & modum excedere; quod qui facit Cæſari, is ſibi deeſt & nocet, ad ea namque Cæſar recalcitrat. Cruq.

Cui male ſi palpere, recalcitrat undique tutus. Vel lege cum codice Petrenſi,

Cui male ſi PALPARE, *recalcitrat undique tutus:* vel potius cum Batteliano,

Cui male ſi palpere, RECALCITRET *undique tutus.*

Melius enim eſt, ut utrumque Verbum eodem Modo efferatur. Sic Serm. II, 3, 214.

Si quis *lectica nitidam geſtare* amet *agnam,*
interdicto huic omne adimat *jus*
Praetor, & ad ſanos abeat *tutela propinquos.*

& 249.

Si quem delectet *barbatum, amentia* verſet.

& 259.

Sume, catelle; negat: ſi non des, optet.

Cum autem tranſlatio hic ſit ab equo calcitroſo, & de Caeſare ſit ſermo; mollior ſane honeſtiorque eſt Subjunctivus modus, *Recalcitret ſive recalcitrare velit,* quam *Recalcitrat*; quod de Cæſare nimis familiariter dictum foret, & pene contumelioſe. Digeſt. IX, 1, 1. *Ideoque ſi equus dolore concitatus, calce petierit, ceſſare actionem: —— at ſi, cum equum permulſiſſet quis, vel* palpatus eſt, [&] *calce eum percuſſerit, erit actioni locus.* Ubi pro *palpatus eſt &*, fine dubio corrigendum, *palpatus eſſet.* Bentl.

Male palpere; h. e. imperite aditum ejus quæras. Bax. Æquo animo ferunt reges, equis ſe comparari. Ges.

Recalcitrat, perſeverat in Metaphora: Nam *palpare proprie manu mulcere eſt.* Vet. Schol. *Aliquantum moroſulus erat Auguſtus, atque ineptiarum & moleſtiæ impatiens.*

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit. [Perſ. 1, 116.] Vet. Schol. Cruq. Bentleius *recalcitret*, quod minus placet. Bax.

Undique tutus; i. e. quaquaverſum inacceſſus: nam *tutus* modo Paſſive dicitur. Bax.

21 *Rectius,*

¶ Quanto rectius hoc, quam triſti lædere verſu
Pantolabum ſcurram Nomentanumque nepotem?
Cum ſibi quiſque timet, quanquam eſt intactus, et odit.
¶ Quid faciam? Saltat Milonius, ut ſemel icto
Acceſſit fervor capiti, numeruſque lucernis.
Caſtor gaudet equis; ovo prognatus eodem,
Pugnis: quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum
Millia: me pedibus delectat claudere verba,
Lucilî ritu, noſtrum melioris utroque.
Ille velut fidis arcana ſodalibus olim
Credebat libris; neque, ſi male geſſerat, uſquam
Decurrens

31 geſſerat *omn. Lambinus ſine auctoritate* ceſſerat: *quod placet etiam Nic. Heinſio ad Ovid. Faſt.* 2, 380 *& Cun.* unquam *Mſs. Mus. Br. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

21 *Rectius*, h. e. utcunque, conſultius hoc fuerit. Rectum id eſt quod ad rationis normam exigitur. Bax.

Metonymice poſuit *triſti* quod triſtes atque iratos faciat. Bax.

Triſti quam. Cun.

22 Nihil opus fuerat Bentleium repoſuiſſe *Nomentanumve* pro *Nomentanumque:* Encliticæ iſtæ a Librariis ſæpe permutantur; quod vel ipſe advertit Bentleius. Bax. Hic retinendum *que*, ut Ser. 1, 8, 11. Ges.

24 *Quid faciam*; *quia vitium habeo ut multi.* Vet. Schol. h. e. Vitio naturæ laboro, ut fere cæteri. Bax.

Saltat Milonius; obiter Milonium iſtum percutit, ut ſecum inſanientem. *Nemo ſaltat ſobrius niſi forte inſanit.* Cicero pro Muræna. Et Theophraſti ineptus ſaltat antequam factus eſt ebrius. Bax.

25 Metonymice *capiti* poſuit pro cerebro. Bax. *Numerus lucernis accedit*, cum ebrius eſt, cum *geminis conſurgit menſa lucernis* Juven. 6, 304. Quod ebrii, ut furioſi alii, gemina vident interdum quæ unica ſunt. Ges.

27 *Pugnis, ceſtibus, pugillatus.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Terentianum illud Phorm. 2, 4, 14. *quot homines tot ſententiæ.* Vet. Schol. Proverbium eſt inter notiſſima. Bax.

28 *Claudere*, finire, complecti. Bax.

29 *Melioris*; h. e. *Natalibus & cenſu*; *fuit enim Magni Pompeii avus.* [immo avunculus magnus. Vid. hic v. 75 & ad Ser. 1, 10, 1] Vet. Schol. Cruq. Imo & ſimplicioris, utroque noſtrûm; nam neque ego atque tu vitia noſtra aperte ſcriberemus, ut ille ſua. Et mecum facit Cruquius, vir elegantis judicii. Subeſt igitur vaferrima Dilogia. Bax.

30 *Velut fidis, hoc Lucilius ex Anacreonte Græco traxit & Alcæo quos ait Ariſtoxenus Libris propriis vice amicorum uſos fuiſſe.* Vet. Schol. Bax.

31 *Geſſerat.* Lambinus quidem *ceſſerat:* ſed *geſſerat* habet omnes noſtri codices, quod mutari non debuit. Nam & *gerere* interdum abſolute ponitur. ut *a ſpe bene gerendi abeſſe*, dixit Cicero lib. v. 19. de Finibus. Et hoc loco optime convenit. Torr.

Neque

Decurrens alio; neque ſi bene: quo fit ut omnis
Votiva

Neque ſi male geſſerat, uſquam. *Geſſerat* quidem omnes quos vidi codices uno conſenſu exhibent; ut & Torrentii, Cruquii, & aliorum:

Ille velut fidis arcana ſodalibus olim
Credebat libris; neque ſi male geſſerat, *aſquam*
Decurrens alio, neque ſi bene.

Quod, cum ne Latinum quidem eſſe recte viderat eruditiſſimus Lambinus; (deeſſe enim *rem*; *ſi male rem geſſerat)* lectionem in quibuſdam editis inventam repoſuit, CESSERAT. Hic vero reclamare illico Torrentius Cruquiuſque; violari omnium codicum fidem; etiam *Gerere* interdum abſolute poni, ut *A ſpe bene gerendi abeſſe* dixit Cicero lib. V. 19. de Finibus. Quorum auctoritate factum eſt, ut, ſpreto jam Lambino, illud *Geſſerat* in nuperis editionibus denuo compareat. Operae autem pretium eſt cognoſcere, quali teſtimonio freti τὸ *Gerere* abſolute poni praedicent. Locus integer Ciceronis ſic ſe habet De Finibus V, 19, *Quid, quod homines infima fortuna, nulla ſpe* rerum gerendarum, *opifices denique, delectentur hiſtoria? maximeque eos videre poſſumus* res geſtas *audire & legere velle, qui a ſpe* gerendi *abſunt confecti ſenectute.* Quid jam videtur? quis non videat *Gerendi* non abſolute hic poni; ſed *Res* e commate praecedente repeti hic & ſubintelligi? Quale cum nihil in hoc Flacci loco contingat; bene Latine hoc dictum eſſe, *ſi male geſſerat*, fidenter negamus. Reviviſcet itaque, credo, altera lectio, ex conjectura fortaſſe nata: quam ſane tuetur ſagaciſſimus Nic. Heinſius, tam hic in libri ſui margine, quam ad Faſtos Naſonis, II, 380. notiſſimam ſcilicet locutionem, & ex germana Latinitate. Ovid. Met. X. 80.

omnemque refugerat Orpheus
Femineam Venerem; ſeu quod male ceſſerat *illi,*
Sive fidem dederat.

& Heroid. X, 141.

Non te per meritum, quoniam male ceſſit, *adoro.* Plinius Paneg. c. 44. *Pauci adeo ingenio valent, ut non turpe honeſtumque prout,* bene ac (lege *aut)* ſecus ceſſit, *expetant fugiantve.* Vegetius III, 10. *Illa autem ante tentanda ſunt, quae* ſi male ceſſerint, *minus noceant; ſi bene, plurimum proſint.* Seneca De Benef. I, 1. *Dignus eſt decipi, qui de recipiendo cogitavit, cum daret. At* male ceſſit. *Et liberi, & conjuges ſpem fefellerunt.* Ibidem IV. 33. *Exſpecta, ut niſi* bene ceſſura *non facias, & niſi comperta veritate nihil moveris.* Agnoſcis, opinor, phraſin cum primis legitimam: diſquiramus porro, an loco ſerviat, & orationis filo apte conveniat:

Ille velut fidis arcana ſodalibus olim
Credebat libris, neque ſi male ceſſerat, *uſquam*
Decurrens alio, neque ſi bene.

hoc eſt, ut aiunt, *ſive quid ei male evenerat, ſive proſpere, chartis ſuis committebat.* Nempe hoc pacto eadem redit ſententia, quam Cruquius Torrentiuſque volunt, cum ſic legunt, *Seu male* (rem) *geſſerat, ſive bene.* Atqui aut nihil hic videmus, aut aliud prorſus hic cogitavit Horatius. Quid enim? Nihilne aliud in Satiris agebat Lucilius, quam ut de rebus propriis, ſeu adverſis, ſive proſperis loqueretur? Extant hodie reliquiae earum ſatis luculentae, quas Franciſus Douſa collegit & digeſſit: ubi plerumque nihil minus quam res ſuas narrat Lucilius. BENTL.

Cum ſcriptis Torrentii & Cruquii Codicibus Veterique Scholiaſte *Geſſerat* repoſui pro eo quod erat *Ceſſerat*, incommodo ſenſu, & pene nullo. Supprimitur autem poſt *geſſerat* Pronomen *ſe*. Bentleius pro *geſſerat*, arbitrio ſuo poſuit *ceſſerat*; tamen iſta ſubjicit, "*Geſſerat* quidem omnes quos vidi Co-" dices uno conſenſu exhibent." BAX. *Ceſſerat* de conatu ſcribendi accipit Bentleius. *Geſſerat* etiam ideo placet, quod ſtatim ſubjicit Flaccus, *vitam* Lucilii *patere* in illius libris: ergo quidquid *geſſerat*, egerat, paſſus erat, expertus erat &c. GES.

32 *Decurrens alio*; h. e. devius a nudo vero:

Votiva pateat veluti deſcripta tabella
Vita ſenis. Sequor hunc, Lucanus an Appulus, anceps:
Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus,
Miſſus ad hoc pulſis (vetus eſt ut fama) Sabellis;
Quo ne per vacuum Romano incurreret hoſtis:
Sive quod Appula gens, ſeu quod Lucania bellum
Incuteret violenta. Sed hic ſtilus haud petet ultro
Quemquam animantem; et me veluti cuſtodiet enſis
Vagina tectus, quem cur deſtringere coner,
Tutus ab infeſtis latronibus? O pater et rex
Jupiter, ut pereat poſitum rubigine telum,
Nec quiſquam noceat cupido mihi pacis! at ille,
Qui me commôrit (Melius non tangere! clamo)
Flebit,

Conf. Epod. VI.

36 Sabinis *Sax.* 37 inquireret *Ven.* 1479. *Med.* 1482. *Ven.* 1486. 43 ferrum *H.*

ro: nuſquam enim deflectebat equos ab inſtituto tramite. *Votiva tabella, quoniam ſolent naufragi ſe pingere & conſecrare in aliqua Æde.* Vet. Schol. BAX.

33 *Quo fit, ut omnis Vot.* quo fit, ut omnis Lucillii vita pateat, veluti in tabula votiva, deſcripta, atque expreſſa. *votivæ tabulæ* appellantur, quæ ſunt votæ, quæve ex voto ſuſpenduntur in fanis, quales ſunt naufragorum, aut eorum, qui ex gravi & periculoſo morbo recreati convaluerunt. ſupra Od. Lib. 1, 5, 14. *me tabula ſacer Votiva paries indicat humida Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris Deo.* LAM.

34 Lucilius ſæculo *ſenex* erat, non ætate: neque enim ſupergreſſus eſt quadrageſimum ſextum ætatis annum: ſiquidem *ſenes* dici poſſunt, & *veteres.* BAX.

Lucanus an Appulus; libere profitetur ignobilitatem ſuam: Omnes enim Italici generis Romæ erant ignobiles. Extenuat tamen ignobilitatem hanc dum oſtendit ſe colonum Romanum. BAX.

36 *Sabellis*; h. e. Samnitibus. BAX.

37 *Quo ne*, &c. id eſt, ut ne hoſtes populi Ro. in Romanos invaderent. quidam libri manuſcripti habent, *Qua ne*, id eſt, ne aliqua, ſeu per aliquam partem, ſeu viam. LAM.

Per vacuum; h. e. *per vacantem locum.* Vet. Schol. Vacuum dicitur quod hactenus caret poſſeſſore. BAX. *Quo ne* idem eſt quod *ut ne.* GES.

39 *Violenta*, ferox, imperioſa. BAX.

Ultro, h. e. voluntate mea. BAX.

42 *Tutus*, h. e. ſi ſim tutus. BAX.

O pater! Tractum ex Græco hoc. Vet. Sch. Callimachi eſt; Ζεῦ πάτερ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος. Quod ſic vertit Catullus, 66, 48. *Jupiter, ut Chalybum omne genus pereat.* BAX.

45 Pulchro Charientiſmo *commovere* dicimus pro laceſſere. BAX.

Melius

Flebit, et insignis tota cantabitur urbe.
Cervius iratus leges minitatur et urnam:
Canidia, Albutî, quibus est inimica, venenum:
Grande malum Turius, si quid se judice certes.

Ut,

47 legem *S.* 49 quid—certet *G. Med.* 1477 & 1486. *Ven.* 1479. & *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* quis—certet. *Mss. Mus. Br. B. D. F.*

Melius non tangere Comicum habet ἦθος. Bax. Minantis est, ut Ter. Adel. 2, 1, 26. *Ante ædes non fecisse erit melius hic convicium.* Ges.

46 *Flebit*; ὀλιμώξει. *Græcismus.* Vet. Sch. Cruq. Ut Ser. 1, 10, 91. Bax.

47 *Urnam. Urnam* notat *judiciarum*, in quam judicum tabellæ conjiciebantur. Juven. Sat. XIII, 4.

Improba quamvis
Gratia fallacis prætoris vicerit urnam.

Nota autem lex Cassia tabellaria, de tacitis suffragiis per tabellas in urnam lata: de qua Cic. lib. 3, 16. de legibus, & Ascon. in Divin. & vetus apud me denarius rem totam ante oculos ponit. Civis enim cum tabella atque urna in eo cernitur: in altero vero Q. Cassii nummo, etiam litteræ apponuntur A. C. *absolvo, condemno:* additur libertatis effigies, ob beneficium ea lege populo collatum, auctamque Cassiis legibus in suffragiis libertatem. Cicero pro Cornelio; & ibi Asconius. Torr.

Cervius Ascanii libertus Calumniator accusavit Cn. Calvinum Lege de Sicariis. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Urnam, judiciariam, de qua pulchre Juvenalis, 13, 4 *Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam.* Bax.

48 *Hic Albutius veneno dicitur uxorem suam peremisse.* Vet. Schol. Ordo est *Canidia minitatur venenum Albuti*; quod & Vet. Schol. significat. Bax.

49 *C. Turius Prætor fuit apud quem accusatus est a Cicerone Verres Hortensio defendente. Hic dicitur Centumviris dedisse tabulas, aliis nigras, aliis rubras, & cera adnotasse quas cuique dedisset, ut sciret a quibus postea pecuniam peteret, vel linqueret, nam omnes corruperat.* Vet. Schol. Legendum puto, *vel quos relinqueret.* Bax. Negligentiam & ἀνιστορησίαν Scholiastarum, h. l. jam detexit Hotomanus ad Cic. divinat. c. 8, ubi saniora de historia, quam referunt, habet Asconius. Nobis satis hic est monuisse lectores, ne putent Centumviros de causis publicis & criminibus tum judicasse. Ges.

Si quis. In editionibus priscis, utraque Veneta & Loscheriana, habetur, SI QUID *se judice certet:* etiam in Reginensi codice *si quid* pro varia lectione ponitur. Vestigium sane hoc est verae lectionis. Scribe enim, ut clare exhibent Galeanus noster & Battelianus, & olim a prima manu Magdalenensis,

Grande malum Turius, SI QUID *se judice* CERTES.

hoc est, *si quam rem certes, si quam litem habeas.* Noster Serm. II, 5, v. 27.

Magna minorve foro si res certabitur *olim.*

Vulcatius Sedigitus apud Gellium XV, 24.

Multos incertos certare hanc rem *vidimus,*
Palmam poëtae comico cui deferant.

Noli de hac Lectione dubitare; quam paulatim corruperunt librarii, primo *certet*, deinde *si quis* substituentes: quod crederent *certare* non posse regere casum accusativum. Extabat quidem apud Martialem XIII, 92. in vilioribus scilicet editionibus,

Inter aves Turdus, si quis me judice certet,
Inter quadrupedes gloria prima Lepus.

At ex vetustis codicibus sic postea dedit diligentissimus Gruterus,

Inter aves Turdus, si quid me judice certum est,

Ut, quo quiſque valet, ſuſpectos terreat, utque
Imperet hoc natura potens, ſic collige mecum.
Dente lupus, cornu taurus petit; unde, niſi intus
Monſtratum? Scævæ vivacem crede nepoti
Matrem: nil faciet ſceleris pia dextera (mirum:
Ut neque calce lupus quemquam, neque dente petit [bos)
Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.
Ne longum faciam; ſeu me tranquilla ſenectus
Exſpectat, ſeu mors atris circumvolat alis;
Dives, inops, Romæ, ſeu fors ita juſſerit, exul,
Quiſquis

51 Imperitet nat. *Cun.* 54 cædis pia *H.* 55 *pro* Ut, Ni *vel* Si *conj. Bentl.* 56 male *Cun.* 59 ſors *Mſ. Mus. Br. B.*

Inter quadrupedes mactea prima Lepus.
Adeo ut nihil ex hoc Martialis loco petere poſſis, quo receptam Flacci lectionem jure defendas. BENTL.

Rectiſſime Bentleius ex vetuſtis Libris hoc loco repoſuit *ſi quid ſe judice certes* pro *ſi quis ſe judice certet*; cauſa erroris ignoratio rarioris loquelæ. BAX.

50 *Suſpectos*, quos metuit ſcilicet. BAX.

51 *Potens*, ſæva, imperioſa. BAX.

Collige mecum, h. e. Attende mihi colligenti: eſt autem colligere Συλλογίζειν, ſive computare quod dicas. BAX.

Imperitet natura. CUN.

52 *Intus*, non foris, ſed a natura inſitum. LAM.

53 Docentis eſt *monſtrare*. BAX.

Scævæ. *Scæva*, *Scævola*, *Scævinus*, nota Romanorum cognomina. Sed & ad Scævam quemdam Epiſtolam ſcribit Horatius. Credibile eſt autem, cum expreſſis nominibus atrociora aliqua crimina tanguntur, ut hoc Scævæ parricidium, veram plerumque hiſtoriam deſignari, damnatis in judicio his qui nominantur, in quo nulla narrantis culpa. TORR.

Crede, i. e. licet committas. BAX.

54 *Mirum!* cum ironia accipiendum. Miraris Scævam ita pium, hominem alias ſceleratum? Facit ille ut lupus, qui ideo non innoxius eſt quod calce non petit quemquam &c. Sed blanditur etiam illud Bentleianum *Mirum ni* i. *Nimirum*. GES. Poſt *mirum* ſignum interrogandi poſui, ut ſenſus eſſet: num hoc mirandum eſt? ſcil. quod Scæva matrem ferro non occidit. Abhorret hoc ab ejus ingenio ſic, ut abhorret a natura lupi calce petere. ZEUN.

56 *Vitiato melle*. Venenatam mulſi potionem ſignificat; qua anum dulcia appetentem ille ſuſtulerat. Simile illud Juvenalis extrema Sat. VI, 658.

At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ.

quod ex Ciceronis Oratione pro Scauro notat vetus interpres; *Libertus patronum non occidit, ſed duobus digitulis gulam oblifit.* TORR.

Vitiato, corrupto. Vet. Schol. BAX.

Sed male. CUN.

57 *Longum*, ſupple ſermonem. BAX.

59 Omnino legendum

" *Dives, inops, Romæ, (ſi fors ita juſſerit) exul.*

Lectio

Quiſquis erit vitæ, ſcribam, color. ¶ O puer, ut ſis
Vitalis, metuo; et majorum ne quis amicus
Frigore te feriat. ¶ Quid? cum eſt Lucilius auſus
Primus in hunc operis componere carmina morem,
Detrahere et pellem, nitidus qua quiſque per ora
Cederet, introrſum turpis; num Lælius, et qui
Duxit

64 Ora in—Cederet *Sax.* 65 non Lælius, *Mſſ. Mus. Br. B.* aut qui *Mſſ. Muſ. Br. C. D. F.*

Lectio hæc propria luce ſe commendat. WAKEF.

60 *O puer, ut ſis Vitalis, metuo.* ô puer (inquit Trebatius) ne non ſis vitalis, metuo. nomen *vitalis* autem, id proprie ſignificat, quod ad vitam pertinet, quod ad vitam adjuvat, quod vitæ utile eſt. Lucret. lib. 3, 129. *Eſt igitur calor, ac ventus vitalis in ipſo Corpore, qui nobis moribundos deſerit artus.* ibid, 216. *mors omnia præſtat, Vitalem præter ſenſum, calidumque vaporem.* ibid, 655. *Et caput abſciſſum calido, viventeque trunco, ſervat humi vultum vitalem, oculoſque patenteis, Donec relliquias animaï reddidit omneis.* LAM.

Vitæ color; εἶδος, ſpecies aſpectus, forma. BAX.

61 Medici pronuntiare ſolent de recens natis, eos *vitales eſſe*, vel *non vitales*. Comice abutitur hoc vocabulo Juriſperitus. BAX.

Bene *Majorum quis amicus*; nam Amici erant Veteribus Majores ſive patroni, & Minores ſive Clientes, ut ſæpius dictum. BAX.

62 *Frigore te feriat*; Bella Dilogia, de morte, & de rigore amicitiæ.

Vide, ſis ne majorum tibi forte
Limina frigeſcant—Perſius, 1, 108. *Siquis occentaſſit mala carmina, ſive condidiſſit quod infamiam faxit flagitiumque alteri, capital eſto.* Leges XII Tabularum. BAX. Locus Perſii 1, 108 ad frigus amicitiæ refertur: lex Decemviralis melius laudaretur ad v. 82. *Frigore ferire* ad mortem refert Acron Fabricianus, & ſuadet formula *Ne ſis vitalis, metuo.* GES.

63 *In hunc operis morem*, ad hanc rationem & normam: hoc eſt ſatiras ſcribere. ZEUN.

64 *Multi ſunt mali homines, opinione tamen bona.* Vet. Schol. A ſerpentibus nomen ſuum habent verſipelles: Veteribus enim hi erant aſtutiæ atque malitiæ ſymbola. BAX.

Per ora; *per famam & populum.* Juven. 1,72. BAX.

65 *Cederet, pro incederet.* Vet. Schol. BAX. Plaut. Caſi. 2, 8, 10. *At candidatus cedit hic maſtigia.* GES.

Lælius aut qui. Optimi codd. *& qui.* Significat autem Scipionem Africanum Minorem, cujus amicitia Lucilius floruit, & bello Numantino ipſo duce militavit. auctor Velleius Patereulus. TORR.

Num Laelius aut qui. Scribe ex vetuſtis editionibus, & melioribus libris, noſtris certe Reginenſi, Magdalenenſi & Colbertino.

num Laelius ET *qui*
Duxit ab oppreſſa meritum Carthagine nomen
Ingenio offenſi, aut laeſo doluere Metello?
Num Laelius ET *Scipio Africanus offenſi doluere?*

AUT enim, quod editiones jam obſidet, ex pejoris notae codicibus male petitum, ne Latinum quidem eſt: quippe tum verba ſingulari numero ponenda forent, *Num Laelius* AUT *Scipio offenſus doluit?* BENTL.

Lælius; *hic ſocer Scipionis fuit.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Pro *aut qui* Bentleius recte poſuit *& qui*

Duxit ab oppreſſa meritum Carthagine nomen,
Ingenio offenſi? aut læſo doluere Metello,
Famoſiſque Lupo cooperto verſibus? Atqui
Primores populi arripuit, populumque tributim;
Scilicet uni æquus virtuti, atque ejus amicis.
Quin ubi ſe a vulgo et ſcena in ſecreta remôrant
Virtus Scipiadæ et mitis ſapientia Lælî;
Nugari cum illo, et diſcincti ludere, donec
Decoqueretur olus, ſoliti. Quicquid ſum ego, quamvis
Infra Lucilî cenſum ingeniumque, tamen me
Cum

71. monſtrârat. Virg. Æn. I. 444.

ex veteribus Libris; μιγάλη χάρις αὐτῷ. Bax.

Minorem Africanum dicit, qui & Numantinus. Bax.

66 *Opprimi* proprie dicitur quod immani pondere ſtrangulatur. Bax.

67 *Doluere*, h. e. irati ſunt.

68 *Famoſiſque Lupo coop.* & num doluere ob Rutilium Lupum famoſis verſibus conſciſſum? exſtant Lucilii verſus non integri apud M. Tull. libr. 1. 23. de nat. Deor. in quibus hic Lupus, & aliquot alii commemorantur. *Quid de ſacrilegis, quid de impiis, perjuriſque dicemus?*

Tubulus ſi Lucius umquam,
Si Lupus, aut Carbo, aut Neptuni filius,
ut ait Lucilius, putaſſet eſſe Deos: tam perjurus, aut tam impius fuiſſet? Lam.

Lupus Princeps Senatus fuit. Vet. Schol. Incertum eſt quis *Metellus* fuerit; fuerant enim multi nobiles. Bax. De Lupo etiam Perſ. 1, 115. Metellum intelligit Acron Fabric. illum, quem Plin. 7, 44. a filiis conſularibus elatum prædicat. Ges.

Cooperto, tanquam cœno, vel luto. Bax.

Atqui modo poſuit pro *imo etiam*; vel *quod majus eſt*. Bax.

69 *Arripuit*; dentibus, ceu canis. Bax.

Tributim, per ſingulas tribus. Vet. Schol. Bax.

70 *Æquus* dicitur cui mens in ſede manet ſua, & per hoc, dulcis & pacatus. Bax.

71 *In ſecreta*; h. e. *intra ſuos parietes.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

72 *Virtus Scipiadæ*; verſus iſte vel Ennium, vel Lucilium ſapit; quem ut tumidum per tranſitum deridere videtur. Bax.

73 *Diſcincti*, h. e. *depoſitis ſeriis.* Vet. Schol. *Scipio Africanus fertur intra domum tam civilis fuiſſe, & carus Lucilio* ut quodam tempore Lælius *circa lectos Triclinii fugienti ſupervenerit, cum eum Lucilius obtorta mappa quaſi feriturus ſequeretur.* Vet. Schol. Bax.

74 *Quicquid ego ſum.* genus loquendi ſatis familiare Horatio, pro quicumque ego ſum, cujuscumque conditionis, ſortis, generis. Tale eſt illud exordium Epod. 5, 1. *At o Deorum quicquid in Cælo regit terras.* Cruq.

Olus; pauperculum Veterum prandium. Bax.

75 *Avia Pompeii Lucilii ſoror fuerat.* Vet. Schol. Bax.

79 *Diſſentis*, & per hoc diſſuades & deterres. Bax.

Equidem

Cum magnis vixiſſe invita fatebitur uſque
Invidia, et fragili quærens illidere dentem,
Offendet ſolido. Niſi quid tu, docte Trebati,
Diſſentis. ¶ Equidem nihil hic diffindere poſſum.
Sed

79 huic diffidere *cauſæ Laudi. in annott. Ven.* 1479 & 1486. *Sed in ipſo contextu* diffingere. Diffingere *vel* defingere *etiam Sax. Zar. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *Fl.* diffingere *Mſs. Mus. Br. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Equidem nihil hic diffindere poſſum. Miris modis in hoc vocabulo indulſerunt ſibi Librarii, *Diffigere*, *Defringere*, *Diffindere*, *Diffidere*. Cuinam ex his lectionibus palmam dabis? Jam a ſaeculo & quod excurrit DIFFINDERE hic maluerunt Interpretes, Acronem Scholiaſten ſecuti, qui hic adnotat *Juris verbo uſum eſſe Trebatium. Prætor enim dicere ſolebat, Hic dies diffiſſus eſto.* Praeterea ex Feſto in voce *Reus*, ex Ulpiano Digeſt. II, 11, 2. ex Livio IX, 38. ex Gellio XIV, 2. oſtendunt, *Diem diffindere* perinde eſſe ac *diem proferre*, *prolatare:* quod in judiciis fieri ſolebat, quoties aut judex aut actor aut reus ob cauſſam ſonticam adeſſe non poterat; aut quoties de re controverſa judici nondum liquebat. Eſto ſane hoc: at quam deinde ſententiam ex Flacci loco ſic conſtituto poſſunt excudere?

equidem nihil hic DIFFINDERE *poſſum:*
Sed tamen ut monitus caveas &c.

hoc ſcilicet reſpondet Trebatius: *Equidem nihil hic poſſum ampliare, non poſſum in aliud tempus rejicere.*——Poſtremo illud omnium obſcuriſſimum eſt. ſe *nihil* poſſe diffindere. *Dies* enim duntaxat, non *res ipſa* ſive *lis*, *diffindi* dicebatur; quantum hodie compertum habere poſſumus. Sic Feſtus, *Dies diffiſſus eſto*; Ulpianus, *Jubet diem eſſe diffiſſum*; Livius, *Triſte omen diem diffidit*; Gellius, *Juſſi igitur diem diffindi.* Haec ſola jam extant loca, in quibus haec formula comparet. Quae ad exempla etiam hic dictum oportuit, *Equidem diem hic diffindere non poſſum.* Ille vero ſe *nihil diffindere* ait; quaſi non *dies* tantummodo, ſed cauſſae ipſae & earum partes diffindi dicerentur.——Ne multis morer; neque ſententia, neque verba ipſa apud Flaccum procedent, ſi DIFFINDERE hic legeris. Ut mirer equidem enarrationem tot vitiis ſcatentem tot interpretibus placuiſſe. Solus ex his Dacierius verbum hoc Juris non habere hic locum vidit; quod ipſe melius ſequeretur, non vidit. Nempe hoc modo, diſtinctione ſublata, defungi ſe poſſe credit,

Niſi quid tu, docte Trebati,
Diſſentis, equidem nihil hic diffindere poſſum.

Quod totum ex Horatii perſona ſic interpretatur: *Niſi tu, Trebati, dicentis; ego quidem nihil hic dividere, ſive reſecare, auferre poſſum.* Sed ut ne dicam, *diffindere* in eo ſenſu nuſquam reperiri, atque adeo vel prima fronte pravum & ineptum videri: illud certe adhuc pejus eſt, quod totum hoc Horatio tribuit: cum tamen & hoc ipſum & ea quae ſequuntur neceſſario flagitent, ut Trebatii reſponſio ab illo *Equidem* inchoetur. Quam ob rem cum hac via minime ſucceſſit, jam tempus eſt, ut aliam inſtituamus. Et quidem illud in promptu eſt, quod nobis offerunt tam editiones vetuſtae omnes, quam codicum major pars;

niſi quid tu, docte Trebati,
Diſſentis. Equidem nihil HINC DIFFINGERE
poſſum:
Sed tamen ut monitus caveas &c.

HINC, inquam, habent, non HIC, codices meliores. Clara utique ſententia, niſi nodum in ſcirpo quaerere cupimus. *Equidem*, inquit Trebatius, *nihil ex his, quae dixiſti, diffingere*, hoc eſt, *caſſare, infirmare, refellere, refutare, convellere, labefactare poſſum. Poteris igitur in Satiris ſcribendis pergere; neque vereri, ne in*

magnorum

Sed tamen ut monitus caveas (ne forte negotî
Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum)
Si mala condiderit in quem quis carmina, jus eſt
Judiciumque. ¶ Eſto, ſi quis mala; ſed bona ſi quis
Judice condiderit laudatus Cæſare, ſi quis
Opprobriis

82 condideris *Med.* 1477. quemquam *Z. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *Fl. Ven.* 1486. 84 laudatur *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

magnorum amicorum offenſionem incurras. Nam & Lucilii exemplum bono animo te eſſe jubet. Illud tamem vide, ut intra jus & leges licentiam Satyrarum coërceas: ſi quis enim malum carmen & famoſum in aliquem ſcribat, lege agere contra eum licebit. Quis tam moroſus & difficilis, ut haec carpere audeat? *Diffingere* & verbum Horatianum eſt, & ſententiae huic aptiſſimum. Carm. III, 29, 15.

non tamem irritum
Quodcumque retro eſt, efficiet; neque
Diffinget *infectumque reddet,*
Quod fugiens ſemel hora vexit.

ubi *diffinget*, plane ut hic, eſt *caſſabit, labefactabit*, & in Serm. I, 10. v. 37.

Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona, dumque
Diffingit *Rheni luteum caput.* BENTL.

Nonnulli Codices peſſime legerunt *diffingere.* Notum eſt quid ſit *Diem diffindere* apud Juris conſultos. Significat ſe poſſe totam cauſam una cognitione abſolvere, & pronuntiare ad mentem Horatii. Eruditiſſimus Bentleius plurima hic promit de verbo *diffindere*, fruſtra & inutiliter, niſi quod πολυμαθίαν ſuam oſtentet. BAX. *Diffingere* etiam mihi improvide aſſumtum videbatur ex Car. 3, 29, 47. Ait Trebatius, rem ita liquidam, ut nullo modo defugere poſſit, quin pronunciet in ſententiam Horatii. Sed cum major librorum pars habeat *hinc diffingere* vel *defingere*, interpretemur cum Schol. mutare, emendare. GES. Pro *hic diffindere* ex cod. Cruquii Tonſano, quem laudat Bentleius, cum Wielandio repoſui *hinc defringere*, ut ad proxime antecedentia referatur et ſenſus efficiatur hic, interprete Bentleio: *Es vero ſolidus, & firmior, quam ut dentem tibi imprimere quis poſſit. Equidem nihil hinc poſſum defringere.* ZEUN.

80 *Sed tamen ut monitus c.* rejectis Trebatius judicis partibus, nunc per correctionem agit conſultum. Codex Tonſ. habet, ſed tamen id monitus caveas. quae lectio non parum placet. Commentator non inepte notat hic per ellipſin ſubintelligi τὸ fac: nam in ſubjunctivis non raro aut fac, aut vide, ſubjicetur. CRUQ.

Solito Charientiſmo *negotî* poſuit pro turbarum, atque periculi. BAX.

81 *Incutiat*, vi ſubita injiciat. BAX.

Homo ſacer eſt qui contra Sacroſanctas Leges quid fecerit. BAX.

82 *Si mala*; verba Legis ſupra repræſentavi. BAX.

Jus eſt judiciumque: verba ſunt Juris quaſi dicat, Datur actio & publica cognitio. BAX.

83 Salſa Dilogia eſt in voce *mala:* Nam mala ſunt & maligna & inſulſa. BAX.

84 *Judice condiderit laudatus Cæſare.* ſic habent duo codices Bland. Tonſ. & Marti. quos ſecuti ſumus, ad tollendam ſynchyſin verborum laudatur, & condiderit, nimis certe involutam. Si quis tamen eam Horatianam judicet minimeque mutandam, non repugnabo. CRUQ.

Sed bona ſiquis Judice condiderit laudatur Caeſare. Ita quidem editiones; ſed reſcribe ex quattuor Cruquii Codicibus, Pulmanni uno, Berſmanni altero, & noſtro a prima manu Magdalenenſi;

eſto; ſi quis mala: ſed bona ſi quis
Judice

85 Opprobriis dignum latraverit, integer ipſe?
¶ Solventur riſu tabulæ; tu miſſus abibis.

SATIRA II.

85 laceraverit *damnatur a Torrentio, placet Lambino, Rutg. Bentl.*

Judice condiderit LAUDATUS *Caeſare?* *Eſto*, inquit; *lege agere liceat adverſus eum, qui* MALA *carmina condiderit: ſed ſiquis* BONA *condiderit, laudatus Caeſare judice? ſi ipſe integer hominem nequam perſtrinxerit? quid tum? Ille quidem*, ait Trebatius, *impune abibit.* Illud recte tam a veteribus, quam novis Interpretibus obſervatum eſt, ludere Noſtrum in varia acceptione verbi. Trebatius *male carmina* accepit pro *criminoſis*, *famoſis*; Noſter pro *vitioſis*, *male factis*, *ineptis*. *Siquis ergo*, inquit, *ut ego, bona carmina fecerit, a Caeſare probata?* Vides jam, opinor, lectionem illam *Laudatus* multis rebus recepta meliorem eſſe. Primo enim, non quicumque bona carmina fecerit, *laudabatur* judice Caeſare: non enim omnibus datum erat tum felicibus eſſe, ut Caeſarem lectorem & judicem nanciſcerentur: Id Virgilio & Noſtro cum paucis aliis conceſſum. Deinde in hac Synchyſis eſt, quae venia ſane indiget: in illa nitida ſunt omnia, & per planum ſine obice fluentia. Poſtremo in hac lectione turbata ſententia eſt; neque habes, quo referas Trebatii illud reſponſum;

Solventur riſu tabulae, tu miſſus abibis:

adeo ut hinc decepti interpretes aliquot totum hoc Horatio perperam adſcripſerint. Contra in illa noſtra lectione continuatur pulchre oratio, ſic per interrogationem efferenda;

Eſto: ſi quis mala. Sed bona ſi quis
Judice condiderit laudatus Caeſare? ſi quis
Opprobriis dignum laceraverit, integer ipſe?

Quid tum fiet, Trebati? an etiam, ſi ſic ſit, dabitur injuriarum actio? Immo enim, reſpondet Trebatius, alia jam cauſſa eſt, & diſſimilis ratio;

Solventur riſu tabulae: tu miſſus abibis:

ſi nebulo iſte ſale nigro perfrictus in jus te vocaverit; ſubvenient tibi cum riſu judices, & te impunitum dimittent. Bentl.

Non video cur Bentleius de *laudatur* fecerit in Edito ſuo *laudatus*. Bax. *Laudatus* valde mihi placet, quia ſuſpendit, & cum ſequentibus connectit ſententiam, facitque orationem multo concinniorem. Quis autem ferat non modo protaſin & apodoſin miſceri; ſed interrogationem Horatii, & Trebati reſponſum? Ges.

85 *Opprobriis*. quidam libri veteres habent, *Opprobrio:* in his Morellianus, & Clericanus, & Ruſſardinus unus. Lam.

Plerique ſcripti Codices cum Scholiaſtis habebant *latraverit*, non *laceraverit*, quod Interpretamentum eſt prioris verbi apud Vet. Schol. & contemtius *latraverit*, de Satyra ſua. Bentleius poſt Lambinum edidit *laceraverit* autoritate neſcio quorum obſcurioris notæ Librorum. Ipſe tamen fatetur omnes ubique Editores ut melius atque elegantius amplexos fuiſſe *latraverit*. Bax. Liv. 38, 54. *Cato allatravit Scipionis magnitudinem*. Verbum nimis triſte & injurium de Catone non adhibiturus erat Livius. Vid. Epod. 6, 5. Ges.

86 *Solventur riſu tabulae*, h. e. *ſubſellia, vel compago lignorum*. Vet. Schol. Riſu ſcilicet Judicum. Magnum eſt in re capitali rideri Judices. Bax. Promittit Trebatius eventum judicio, qualis fuit in eo quo cauſam dicebat Epaminondas, Nep. 15, 8. Cogitabam *tabulas* eſſe tabellas judiciarias, in quibus ſcribi fingat ſententias ludicras & hilares. *Solvi* i. e. frangi *riſu ſubſellia* fuerit comica hyperbole. Ges. Duplex interpretandi ratio cum ſpecie aliqua proferri poteſt: vel *ſolvere* eſt debilitare, & *tabulae*, leges: ut ſenſus oriatur, riſu coorto vis legum contra te nulla erit. vel *ſolvere* eſt liberare a ſigillo & vinculis, quibus *tabulae*, h. e. litteræ, ſatirarum tuarum volumina ſunt collegata, ob quas ſatiras in jus vocatus es. Zeun.

Tu miſſus; cum de ſe diceret, quaſi ad ſecundam

SATIRA II.

IN VITÆ URBANÆ LUXURIAM ET INEPTIAS

Quæ virtus et quanta, boni, ſit vivere parvo
(Nec meus hic ſermo eſt, ſed quæ præcepit Ofellus,
Ruſticus, abnormis ſapiens, craſſaque Minerva)
Diſcite, non inter lances menſasque nitentes,
Cum

1 bonis *G. Z. Med.* 1477 & 1502. 2 quæ *probat etiam Bentl.* quem *Mſ. Mus. Br. F.*

eundam perſonam locutus eſt. Vet. Schol. Bax. Nempe loquitur Trebatius. Ges.

Abibis; indemnatus evades. Bax.

1 *Virtus* mentis ſapientia eſt: hac enim viri ſumus præcipue. *Quæ*, quam mira; *quanta*, quam magna. Bax.

Boni, ſuavis compellatio urbanorum delicate & molliter viventium. Bax. Sed *bonis* etiam pulchrum: *vivere parvo virtus* eſt *bonis*, non latronibus &c. Ges.

Stoicum Dogma eſt, Naturam paucis eſſe contentam. Bax.

2 *Sermo*; *alludit ad Libri Titulum*. Landinus. Bax.

Tres Torrentii Codices legerunt *quæ* pro *quem*, quod mirifice placet. Grammaticaſter mutavit. Quid enim eſt præcipere Sermonem? Bax.

3 *Abnormis ſapiens*, *craſſaque Minerva*. Nullus eſt interpretum, qui non prodiderit in ſuis aliquot abnormi haberi: in quibus ſunt tres Blandinii apud Cruquium omnium veterrimi. Idem nos invenimus in Leidenſi, Batteliano, & tribus aliis: Quaeritur jam, utrum ſit praeferendum, *Abnormi & craſſa Minerva*, an *Abnormis ſapiens*. Mihi quidem poſterius magis placet. *Sapiens* hic idem eſt, ac *Philoſophus*. Quemadmodum autem *Stoicus ſapiens*, *Academicus ſapiens*, pro ſectae ratione dicitur: ita Ofellus erat *abnormis ſapiens*, hoc eſt, ſapiens nullius normae, nullius ſectae & diſciplinae, αὐτοδίδακτος, natura & moribus, non doctrina & diſciplina ſapiens. Cicero in Laelio c. 5. a Lambino hic olim citatus: *Numquam ego dicam C. Fabricium, M. Curium, T. Coruncanium, quos Sapientes noſtri majores judicabant, ad iſtorum (Graecorum)* normam *fuiſſe* sapientes. Ergo *abnormis ſapiens* recte dicitur & eleganter: *abnormis* vero *Minerva* non ita concinne, meo quidem judicio.

Bentl.

Abnormem ſapientem, Philoſophum dicit uſu & vita, non praeceptis. Magiſtri Praecepta ſua Regulas, & Canonas, ſive Normas, Fabrorum ritu, appellare conſueverunt.

Bax.

Craſſa & pingui Minerva Proverbiali Schemate dicimus, pro craſſo & pingui filo: Nam Minerva Lanificarum numen eſt, Graecis ob eam rem Ἐργάνη dicta. Bax.

4 Non lances inter. Cun.

5 *Cum ſtupet*; *cum fulgore argenti avocati fueritis*. Vet. Schol. Imo & eboris & peregrini marmoris. Bax.

6 *Acclinis*.

Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus, et cum
Acclinis falſis animus meliora recuſat;
Verum hic impranſi mecum diſquirite. ¶ Cur hoc?
¶ Dicam ſi potero. Male verum examinat omnis
Corruptus judex. Leporem ſectatus, equove
Laſſus ab indomito, vel (ſi Romana fatigat
Militia aſſuetum Græcari) ſeu pila velox,
Molliter auſterum ſtudio fallente laborem,

Seu

6 Adclivis *G. & Primæ editt. Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

6 *Acclinis*. propenſus ad aſſentiendum falſis propterea, quod corpus multo cibo, multaque potione completum eſt: quod cum accidit, minus expedite ſuo munere mens fungi poteſt, *acclinis* legendum eſſe, non *acclivis* pervincunt omnes codices veteres & Vaticani, & alii nullo excepto. *acclinis* autem ſignificat incumbentem, & propenſum. quo nomine utitur Virg. lib. 10. Æn. 834. *Vulnera ſiccabat Lymphis, corpuſque levabat Arboris acclinis trunco.* Lam.

Vetus ſcriptura Adclinis eſt. Torrent. Et bene *falſis*, quia iſta remota ſunt a vero bono, quod honeſto conſtat. Bax. *Adclinis falſis* deditus opinionibus falſis, ſ. rebus vanis, quæ animum a vero videndo avocant. Zeun.

Meliora: Præcepta & rationes ſapientum. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Video meliora proboque. Ovid. Met. 7, 20. Bax.

7 Comice poſuit *impranſi* pro *jejuni*. Sic & infra (Ser. 2, 3, 257) *impranſum Magiſtrum* dicit Xenocratem ſatis ridicule. Bax.

Mecum diſquirite; i. e. *apud me diſcite*. Vet. Schol. Bax.

8 *dicam ſi potero, male verum exa. o. c. i.* ἀξίωμα γενικὸν: ex quo infertur, quod nemo cibo potuque refertus, recte verum examinet. hinc eſt illud Theognidis, πολλὰς τοὶ κόρος ἄνδρας ἀπώλεσεν ἀφράινοντας, hoc eſt, multos ſæpe viros luxus rapit inſipientes. Cruq.

Fidenter dicit *ſi potero*; putat enim ſe poſſe. Bax.

Examinat, trutinatur: *Examen ab ex & ago* eſt, etiam cum de apibus dicitur. Bax.

9 *Corruptus judex*. Qualem eum eſſe neceſſe eſt, qui tibicinis, quod aiunt, vitam vivens, & tam ingenio quam corporis ſenſibus inter aſſiduas epulas hebeſcens, de temperantia agere inſtituit. Nam infra 78.

——— *Corpus onuſtum*
Heſternis vitiis animum quoque prægravat.

Notumque illud omnibus proverbium,

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον. Torr.

10 *Indomito*, h. e. fero & effræni. Bax.

Romana militia; h. e. Campeſtris meditatio: & bene *Romana* ſubjecturus *Græcari*, quod eſt, *Se avocare & conviviis operam dare*. Autore Vet. Schol. Bax. Eadem acerbitate *Græcari* dicitur, ac ſi quis noſtræ ætati *morbum Gallicum* objiciat, i. Gallos imitandi ſtudium. Ges. *Aſſuetum græcari*, qui eſt aſſuetus Græcorum exercitationibus levioribus, qualis eſt pilæ & diſci. Zeun.

12 *Molliter*; leniter, ea ſuavitate ut nil ſentiamus. Bax.

Studium dicit ludendi animum. Bax.

Fallente, h. e. obliviſci faciente. Bax.

Seu te diſcus agit; pete cedentem aëra diſco:
Cum labor extuderit faſtidia, ſiccus, inanis
Sperne cibum vilem; niſi Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta: foris eſt promus, et atrum
Defendens piſces hiemat mare; cum ſale panis
Latrantem ſtomachum bene leniet. Unde putas, aut Qui

14 extulerit *MSS. apud Torr. it. Sax. & Mſs. Mus. Br. B. F.* expul. *unus MS. ap. Bentl.*

13 *Agit*, ducit, trahit. Bax.

Pete aera; Diſcum vult in altum projici, magis quam in longum. *Diſcus* latus erat & cavus aliquantum; *Solus* [σόλος] autem rotundus, ut oſtendit Cruquius ex Euſtathio. Ordo eſt; *Pete aera cedentem diſco*, h. e. quia cedit, quod terra non facit. Bax. Magis ad rem pertinet obſervare, hic ad duplicem protaſin, de pila & diſco, inferri tantum unam, de diſco, apodoſin. Nempe alterius eadem ratio. Ges.

14 *Extuderit*; eliminaverit, vi eliſerit. Bentleii Lectio eſt *expulerit*, quod interpretamentum videtur ſive gloſſema. Bax. Nondum allatum eſt exemplum, ubi *extundere* ſit expellere, non potius tundendo efficere. Sed dura lex fuerit, ſi rejicere velimus omnia ſemel tantum obſervata. Ges.

Faſtidia; h. e. delicias. Bax.

15 *Sperne cibum vilem*. verbum *ſperne* pertinet ad illa ſuperiora, *leporem ſectatus, equove*, &c. & ineſt in his verbis εἰρωνεία. hoc modo, cum venatu, equitatione, pilæ luſione, diſco te exercueris, ac fatigaris, cibique faſtidium depuleris, tum tu, ſodes, ſperne tenuem apparatum, & nega te bibiturum, niſi tibi vinum falernum melle mitigatum miniſtretur. quod ſimile eſt, ut ſi dicat, numquam tu hoc facturus es, immo viliſſimum quemque cibum avidiſſime voraturus, & quodlibet vinum, atque adeo aquam, ſi vinum deſit, æquiſſimo animo bibiturus. ad hanc ſententiam pertinet id, quod Dionyſio tyranno reſpondit cocus quidam Lacedæmonius, *Cum cenaſſet ille in Phiditiis, negaretne ſe jure nigro neſcio quo delectatum, quod erat caput cenæ: tum is, qui illa coxerat, minime mirum (inquit:) condimenta enim defuerunt. Quæ tandem, inquit ille? labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.* Lam.

Sperne; *volo videre, ſi potes ſpernere*. Vet. Schol. Bax.

Mel Atticum, ſive *Hymettium*, ſummi erat pretii. Auſteritatem Falerni melle temperabant, quo lenia Græcorum vina referret: quale vinum *Conditum* appellabant. Bax.

Dulcia mella premes; *nec tantum dulcia, quantum,*
Et liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem. Virg. Georg. 4, 101.

16 *Promus*; *qui Cellario præeſt*; *Cellarius*. Vet. Schol. Bax.

17 *Hiemat*; modo poſuit pro procelloſum eſt. Bax.

Cum ſale panis; *Varro etiam pulmentarii vice uſos ſales Veteres autor eſt: eſitâſſe enim ſalem cum pane & caſeo.* Torrentius ex Plinio 31, 41. Bax.

18 *Latrantem*, irati latrant canes. *Quæ prima iratum ventrem placaverit eſca.* Satyr. 2, 8, 5. Bax.

Voluit dicere, *ſatis bene*. Bax.

Unde putas hoc eſſe? quomodo accepit hanc vim oblectandi gulam ſal cum pane? Ges.

19 *In caro nidore*; h. e. *in apparatu pulmentariorum*. Vet. Schol. *Nidor proprie eſt odor gratus culinæ*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Caro

Qui partum? Non in caro nidore voluptas
Summa, ſed in teipſo eſt. Tu pulmentaria quære
Sudando: pinguem vitiis, albumque, neque oſtrea,
Nec ſcarus, aut poterit peregrina juvare lagois.
Vix tamen eripiam, poſito pavone, velis quin
Hoc potius, quam gallina, tergere palatum,
Corruptus,

'Virg. Ae. VI. 33. VII. 237.

21 nec oſtrea *Mſs. Mus. Br. B. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Caro non in. Cun.

20 *ſed in te ipſo e.* juxta illud Socratis, δεῖν τὰς ἡδονὰς μὴ παρ' ἄλλων, ἀλλὰ παρ' ἡμῶν θηρᾶσθαι, id eſt, oportet voluptates non ex aliis, ſed ex nobis ipſis aucupari. Cruq.

Hoc autem Socrates primus ait; qui cum noctem uſque ſpatiaretur, interrogatus a quodam, cur hoc faceret, Reſpondit; Ὄψον συναγω, *hoc eſt, Pulmentarium quæro.* Vet. Schol. juxta Codicem Henrici Stephani. *Pulmentarium pro quovis obſonio dicitur*, ut recte Torrentius: neque enim a pulte deductum credo, quod putavit Plinius, 18, 19. ſed a *pulpa*, ſeu molli carne, unde & *pulpamentum* & *pulmentum* formata ſunt. Bax.

21 *Album, tumentem ex nimia copia.* Vet. Sch. *Atque albo ventre lavatur.* Perſius, 3, 93. *Extenta per pinguedinem cute.* Cruq. V. ad Car. 2, 2, 15. Bax.

Nec oſtrea, nec ſcarus. Lege ex ſcriptis & olim editis, neque *oſtrea.* Semel antea de his monui, quod ſatis eſt. Bentl.

Oſtrea Edulis. Linn.

22 *Scarus*, videſis Epod. 2, 50. Bax.

Avis hæc Horatiana videtur eſſe Græcorum *lagopus*, quam Plinius 10, 68. dicit eſſe *præcipuo ſapore*; Aſiani *attagena* vocabant; Recentiores *francolinum*: eſtque e perdicum genere; piloſis pedibus, uti lepus; unde & nomen ſuum traxit. Bax.

Lege "Aut ſcarus" nunquam coaleſcunt ad finem verſus duæ ſyllabæ; una ſemper eliditur (ut in hoc verſu) proximo a vocali incipiente; quam lect. ſi lectori naſuto exemplorum congerie probare aggrederer, cito faſtidium moverem. Wakef.

Lagois, Tetrao Lagopus. Linn.

23 *vix tamen eripiam.* in hac lectione conſentiunt omnia ſcripta, præter Bland. lib. duos, in quibus eſt hæc ſcriptura, *vir tandem eripiam*, cum nota interrogationis poſita poſt hunc verſum, picta pandat ſpectacula cauda? Quam lectionem nolui celare lectorem, ut diſpiciat utra ſit convenientior. mihi certe poſterior non improbatur, propter acrimoniam: non damno tamen aliam; quam quidem ſi ſequamur, conqueritur Horatius: ſin τὸ tandem magis videbitur idoneum, ſtomachatur iracundius ſe difficulter id efficere poſſe, ut luxurioſo perſuadeat vitæ prioris ἀψιχορίαν, id eſt, rerum adamatarum faſtidium: cujus certe rei nulla alia cauſa eſt, quam uſus & aſſuetudo vanitatis, ut ait; ea namque, ut altera natura, tantum valet, ut mala quibus aſſueverimus optima videantur: contra, quæ ſint optima, propter inſolentiam habeantur a nobis peſſima. Cruq.

Eripiam; *extorqueam, perſuadeam.* Tralatio a manu ad animum. Bax.

24 *Tergere palatum*, impenſe guloſi catillonis eſt. Bax.

Atque ad conſpectum cœnæ diducere rictum
Sueti, ut Juven. 10, 230. utar verbis. Bax.

Tergere palatum, eſt comedere, alii interpretantur delectare, demulcere palatum. Zeun

Gallina, Phaſianus gallus. Linn.

Corruptus vanis rerum; quia veneat auro
Rara avis, et picta pandat ſpectacula cauda:
Tanquam ad rem attineat quicquam. Num veſceris iſta,
Quam laudas, pluma? cocto num adeſt honor idem?
Carne tamen quamvis diſtat nihil hac magis illa,
Imparibus

1. Sic ſine elisione: Serm. I. 1. 108. Serm. I. 9. 38. Virg. Ecl. VIII. 108.

27 attingat *H.* Non veſceris *Mſs. Mus. Br. B. D.* 28 color idem *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 29 diſtat color *H.*

25 *Corrumpi* dicitur qui prave judicat. BAX.

Vanis rerum; Græciſmus eſt pro *vanis rebus*, h. e. ſpecie & opinione. BAX. Ipſum *auro venire* caritatis indicium, ſi pretium rei in auro indicetur. Hoc applicari forte poteſt etiam ad Varro. R. R. 1, 2, 10. GES.

Interea guſtus elementa per omnia quærunt,
Numquam animo pretiis obſtantibus; interius ſi
Attendas, magis illa juvant quæ pluris emuntur.
Juvenal. Sat. XI, 14.

26 Proverbio dici ſolent *Rara avis:* adhibetur a Juvenale & Perſio; & ſuaviter inſurgit in levi materia, quo derideat Epicos. BAX.

Pavonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius aditiali cœna ſacerdotii. Paginare primus inſtituit circa noviſſimum piraticum bellum M. Aufidius Lureo, exque eo quæſtu reditus ſeſtertiûm ſexagena millia habuit. Plin. H. N. X, 23. ZEUN.

27 *Ad rem*; ad præſens negotium, quod eſt ſuaviter cœnare. BAX.

28 *Laudas*, modo pro miraris dicitur. BAX.

28 *Cocto num adeſt honor idem.* Vocula *num* non eliditur hic in ſcanſione, ſed pronunciatur; ut frequenter apud Comicos, etiam vocali ſequente. Sic Terent. Adelph. 1, 2, 38. Dum *erit commodum:* Andr. 5, 4, 41. Cum *ego poſſim in hac re medicari mihi:* Heut. 3, 3, 23. Quam *ego argentum effecero.* Id duntaxat obſervandum, numquam hoc fieri in ultima pedis ſyllaba, cujus rei rationem ſoli Muſici intelligent. Lucretius III, 1095.

Sed dum *abeſt quod avemus, id exſuperare videtur.*

Nihil ergo opus eſt ſagaciſſimi Nic. Heinſii conjectura, qui ad Claudiani II. Conſ. Stil. V. 167. fortaſſis ait legendum: *Coctóne adeſt honor idem*; ſine vocalis eliſione. Hoc enim multo adhuc durius eſt & horridius: quippe vocalis brevis nuſquam hiatum facit, ſed ſemper eliditur, ut docui ad Carm. III, 14. v. 11. Equidem, ſiquid mutatum vellem, ſic potius legerem,

Coctóne etiam eſt *honor idem?*

Etiamne cocto honor idem eſt? Sane codex Battelianus, *Cocto num eſt honor:* Galeanus vero & alter, *Cocto nec adeſt.* BENTL.

Cum Lambino, Cruquio, Torrentio Vetereque Scholiaſte repoſui *Cocto num adeſt.* Sciolus fecit *Coctove*, cauſa Metri. BAX. Probat etiam Bentleius, laudatque Lucret. 3. 1095 *Sed dum abeſt, quod amamus, idem ſuperare videtur. Honor* hic eſt color, ſpecies: cujus amore luxuries certe proximorum ſæculorum pavones cum caudis inferre menſis docuit. BAX.

Cocton' et adeſt. CUN.

29 *Carne tamen quamvis.* Quam ſudent hic & omnia moliantur interpretes, quo verborum conſtructionem explicent & evolvant, vide, ſi vacat aut copia eſt, apud ipſos. Nos ſic in vulgata lectione, quam omnes fere exhibent ſcripti editique libri, ſimpliciſſime verba ordinamus:

Carne tamen quamvis diſtat nihil, hac magis illa;

Imparibus

Imparibus formis deceptum te patet: eſto.
Unde datum ſentis, lupus hic Tiberinus, an alto
Captus hiet, ponteſne inter jactatus, an amnis
Oſtia ſub Tuſci? laudas inſane trilibrem
Mullum, in ſingula quem minuas pulmenta neceſſe eſt.
Ducit te ſpecies; video: quo pertinet ergo,
Proceros

Imparibus formis deceptum te patet. Eſto.
Unde datum ſentis, lupus hic, Tiberinus an alto
Captus hiet?

Quamvis, ait, nihil diſtat, nihil excellit carne hac pavonis, magis illa gallinae; tamen patet te, deceptum imparibus formis avium, hanc carnem illi praeponere. *Eſto hoc:* concedo, permitto tibi, do veniam tuae ſtultitiae, ut forma hic decipiaris. *At unde* ſodes dignoſcis & diſcernis, hic lupus piſcis utrumne in Tiberi an in alto mari captus ſit? Certe eadem utrobique eſt forma: neque idem in lupo, quod in pavone, poteris praetendere. *Hac magis illa* quod perinde eſt atque *hac magis quam illa:* ut Serm. II, 8. v. 17.

Albanum Maecenas, ſive Falernum
Te magis appoſitis *delectat.* Bentl.

In hoc verſu neſcio an tantis conatibus opus ſit, quantos a renatis inde literis adhibitos videmus. Ex v. 26. intelligo verbum *veſceris: Quamvis diſtat nihil* inter gallinae carnem & pavonis, *tamen hac* carne *magis* quam illa veſceris, magis appetis pavonis carnem, quam vulgaris gallinae. Ergo *imparibus formis* &c. Ges.

Diſtat nihil; forma & aſpectu ſcilicet. Bax.

30 *Eſto*, h. e. ſit id ut lubet: mittamus de iſto ultra quærere. Bax.

Te patet iſtoc. Cun.

31 *Unde datum*; *unde traditum hunc intellectum habes? ex qua conſcientia noſti?* Vet. Schol. Bax.

Lupus Perca labrax. Linn.

32 *Hiet? piſces ſtatim cum capiuntur hiant.* Vet. Schol. Bax.

Dicuntur lupi eſſe meliores, qui aut inter duos pontes capiuntur, ubi aqua concitatior eſt, ut in oſtio fluminis Tiberis. Vet. Schol. *Cornelius Nepos & Laberius mimorum Poeta lupum & aſellum acipenſeri ſucceſſiſſe ſcribunt.* Landinus. Bax. Vid. Col. 8, 16, 4. Varro R. R. 3, 3, 9. Ges.

33 *Laudas inſan. Trilibr.* Mulli non ita ſunt magni ponderis natura: tu trilibres mullos conquiris, lupi magni, & proceri ſunt natura: tu parvos confectaris. ſed quid attinet te mullum trilibrem comparare, cum ſit tibi in pulmenta minuendus? dices te ſpecie, id eſt, magnitudine delectari. cur igitur magnos lupos reſpuis? Aſinius Celer vir conſularis mullum unum ſeptem millibus nummum mercatus eſt: ut refert Macrob. lib. 2, 12. ex Sammonico. Lam.

Inſane; h. e. ſtulte. Bax.

Trilibrem; *mullorum magnitudo modica, binaſque libras ponderis raro admodum exſuperant.* Plinius, 9, 30. citante Landino & Cruquio. Bax.

34 *Minuas*, h. e. concidas; quia defuit menſura patinae. [Vid. deliberationem de tali re ap. Juvenal. 4, 72 ſq. Ges.] *Pulmentum*, ſive *Pulpamentum*, Graecorum Ὄψωνον eſt. h. e. quævis caro in jure ſuo elixa. Bax.

Mullum. Mullus barbatus. Linn.

35 *Ducit*, h. e. trahit. Bax.

Species, h. e. grata magnitudo. Εἶδος. Bax.

36 *Odiſſe*,

1. Serm. I. 10. 72.
II. 3. 43.
I. 5. 35.

Proceros odiſſe lupos? quia ſcilicet illis
Majorem natura modum dedit, his breve pondus.
Jejunus rare ſtomachus vulgaria temnit.
Porrectum magno magnum ſpectare catino
Vellem, ait Harpyiis gula digna rapacibus; at vos
Præſentes Auſtri coquite horum obſonia: quamvis
Putet aper rhombuſque recens, mala copia quando
Ægrum ſolicitat ſtomachum; cum rapula plenus
Atque acidas mavult inulas. Necdum omnis abacta
Pauperies epulis regum. nam vilibus ovis
Nigriſque

41 quamquam *Sax. Z. F. Cun. Mſs. Mus. Br. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

36 *Odiſſe*, h. e. faſtidiiſſe. Bax.

37 *Modum* dicit menſuram. *Totum inſuave eſt quod finitur.* Vet. Schol. Sic enim legendum pro *ſuave*. Bax.

38 *Jejunus raro ſt.* Sic libri noſtri omnes. Nec video quomodo vulgatam lectionem, *Jejunus ſtom. raro*, tueri poſſis. huic ergo inhæreamus. numquam enim jejunum fere dixeris, qui pridiana ſemper crapula prægravatur. placent ergo inuſitata quæ ſtomachum irritent. Torr.

Jejunus rare; ita omnes fere ſcripti Codices cum Vet. Schol. *Alii rare legunt, cum in uſu habeamus raro.* Vet. Schol. Ordo eſt; *Stomachus qui ſit rare jejunus temnit vulgaria.* Vulgata Lectio eſt; *Jejunus ſtomachus raro vulgaria temnit.* Bentleius maluit *raro*. Ego fidem puto habendam Scholiaſtæ, ubi a communi uſu diſcedit præcipue. Bax. Major quæſtio eſt, an hic verſus ſit Horatii? negat Bentleius ad A. P. 337. Non dubito eſſe, & jungendum, tanquam apodoſin, verſui proxime præcedenti. Ges.

39 *Spectare*; oculos vult paſci mullo, non ventrem. Bax.

40 *Apud Inferos Canes dicuntur, & Furiæ; apud ſuperos Diræ; in medio Harpyiæ.* Landinus. Pertinebant iſtæ ad triformem Hecaten, ut alias oſtenſum eſt: atque hæ peſtilentes erant auræ, Hecates telis armatæ. Bax.

41 *Bene præſentes, ſicut deos præſentes, qui invocati exaudire debent.* Vet. Schol. Bax.

Comice *coquite*, pro *putida reddite calore ſtatus veſtri.* Vet. Schol. Bax.

42 Pulcherrimum Ὀξύμωρον eſt in *Putet recens*, & Satyrico Characteri accommodatiſſimum. *Corrigit ſe, quaſi fruſtra Auſtros vocaverit, cum luxurioſis neceſſe ſit ſuas putere epulas atque delicias.* Vet. Schol. Bax.

Mala copia; malum dicimus importune moleſtum; bene igitur ſubjecit *ſolicitat*. Bax.

44 *Inula dicitur herba, quæ incocta aceto conditur, & faſtidium decutit.* Vet. Schol. Bax.

Inula. Inula Helenium? Linn.

Mire *abacta*; nam abigi ſolent pauperes & mendici. *Pauperiem* modo dicit tenuem majorum victum, quem lauti ſpernebant. Bax.

45 *Reges* potentes dicit Patronos. Ges.

46 Notum

Nigriſque eſt oleis hodie locus. Haud ita pridem
Gallonî præconis erat acipenſere menſa
Infamis: quid? tum rhombos minus æquor alebat?
Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido,
Donec vos autor docuit prætorius. Ergo
Si quis nunc mergos ſuaves edixerit aſſos,
Parebit pravi docilis Romana juventus.
Sordidus a tenui victu diſtabit, Ofello
Judice.

47. Cæſura. sic I. Serm. 9. 21. II. 3. 260. I. 4. 82

48 æquora alebant *G. Sax. Med.* 1477. *Fl. Med.* 1502. *& Mſ. Mus. Br. C.*

46 Notum eſt oleas apud Italos eſſe admodum viles. Dilogus autem poſuit *nigris* pro turpibus & maturis: ita ſupra, Ep. 12, 1. *Nigris digniſſima barris.* BAX. *Nigras oleas* ad condiendum commendat Col. 12, 48, & 49. GES.

47 De Gallonio iſto notiſſimi ſunt Lucilii verſus apud Ciceronem: [de fin. 2 c. 8.] *O Publi, O Gurges Galloni, es homo miſer, inquit, Cœnáſti in vita nunquam bene, cum omnia in iſta Conſumis ſquilla, atque acipenſere cum decumano.* [V. Macrob. Sat. 2, 12.] Archeſtrato apud Athenæum *Acipenſer* idem erat, qui & Græcis *Galeus Rhodius*; cum noſter *Sturio* ſit Græcorum Ὑαινη, ſeu *Porcus Marinus*, quod oſtendit Gerard. Voſſius Idol. Lib. IV. BAX.

Acipenſere. Acipenſer ſturio. LINN.

48 *Infamis*; quia præco erat Gallonius, & ſupra cenſum epulabatur, quod Cenſoris erat notare. BAX.

Aequor alebat. Plurali haec efferunt numero Editiones Venetae & Loſcheriana,

quid? tum rhombos minus AEQUORA ALEBANT?

quibus accedunt bona pars codicum, ut inter noſtros Reginenſis, Battelianus, Petrenſis, Lambethanus, & a prima manu Magdalenenſis. Quo igitur pertinebat, receptam in vetuſtis editionibus lectionem e loco ſuo ejicere? Certe, ſiquid intereſt, hanc potius praetulerim. Neque enim unum aequor, ſed *plura alebant* rhombos: & *minus aequor* in fronte gerit neſcio quid ambigui, quod in altera lectione penitus evitatur. BENTL.

49 *Ciconia.* Ardea ciconia. LINN.

50 Ironice *Autorem* dicit *Prætorium*, quia ob infamiam gulæ Prætura excidit. *Aſellius Sempronius Rufus inſtituiſſe creditur, ut ciconiarum pulli manducarentur: iſque cum repulſam in Prætura tuliſſet, tale Epigramma meruit: Ciconiarum Rufus iſte conditor, Hic eſt duobus elegantior Plancis; Suffragiorum puncta non tulit ſeptem: Ciconiarum populus ultus eſt mortem.* Vet. Schol. BAX.

51 Pulchre *edixerit*, cum jam Prætoris meminiſſet: nam Prætoris erant Edicta. BAX.

Aſſos; *mergos* elixos fuiſſe in lautitiis oſtendit Cruquius. Avis ſane macilenta eſt & inutilis, præſertim vero *aſſa*. BAX.

Mergos. Larus. LINN. *Species non certe cognita.*

52 Recto contrarium eſt quod *pravum*; & adverſum etiam rationi. BAX.

53 *Sordidus*; *nimis aridus.* Vet. Sch. Cruq. BAX.

Diſtabit, h. e. immanem oportebit habere differentiam. BAX.

A victu tenui. CUN.

54 *Nam fruſtra*; *omnes virtutes ex nimietate ſunt*

Judice. nam fruſtra vitium vitaveris illud,
Si te alio pravum detorſeris. Avidienus,
Cui Canis ex vero ductum cognomen adhæret,
Quinquennes oleas eſt, et ſilveſtria corna;
Ac, niſi mutatum, parcit defundere vinum; et
Cujus odorem olei nequeas perferre (licebit
Ille repotia, natales, alioſve dierum
Feſtos albatus celebret) cornu ipſe bilibri
Caulibus

57 dictum *H.* adhæſit *Sax. Mſs. Mus. Br. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 57 Quinquennas *Sax. Z.* 58 Diffundere *G. Med.* 1477.

ſiunt vitia; ſunt enim virtutes poſitæ in confinio vitiorum. Vet. Schol. Cruq. Bax.

55 Auctoritate motus unius Berſmanni Codicis Bentleius fecit de *pravum pravus*, puto, quod rarior eſſet Lectio: nam nihil interfuit. Bax.

56 *Ex vero*; ex malignitate ſcilicet, & victu ſordido. Bax.

Ductum atque *dictum* fere idem ſonabant, unde in Codicibus varietas ſcripturæ provenit. Bax.

Cognomines dicuntur, qui eodem utuntur nomine: atque hinc *cognomen* commune dicitur nomen. Bax.

57 *Quinquennes.* Veteres membranæ *quinquennas.* Torr.

Eſt, ἐδλι. Bax.

Silveſtria Corna. Cornus mas. Linn.

58 Uſitato Charientiſmo *mutatum* dicimus, quod plane acetum eſt. Bax.

Ac, niſi mut. parcit defund. non conſentiunt hic codices veteres. alii enim habent *diffundere*, ut vulgati: alii *defundere*. ego hanc ſcripturam veriorem judicavi. & refero ad morem veterum illorum Rom. qui ſolebant vinum novum libare diis immortalibus, priuſquam ipſi guſtarent: cujus rei exemplum eſt in Od. 1, 31, 2. *quid orat de patera novum Fundens liquorem?* & in Od. 4, 5, 33. *Te multa prece, te proſequitur mero Defuſo pateris.* Tantum abeſt igitur, ut hic Avidienus vinum novum Diis libaret, deinde ipſe biberet, ut non niſi mutatum, id eſt corruptum, & acidum, quod Græci οἶνον ἰκτοπίαν appellant, defunderet. quod ſi quis *diffundere* mallet, referendum erit ad aliam conſuetudinem: de qua dicemus ad illum locum *Vina bibes iterum Tauro diffuſa* Epiſt. 1, 5, 4.

Lam.

Bene *defundere*: deerant enim Veteribus ſiphones. Bax.

59 *Cujus od. olei.* Tres codices *oleum* legunt, non minus recte. eſt enim ſententia, *tum oleum cujus*, &c. Atque ita de inæquali divitis menſa Juven. Sat. v, 86 ſqq.

Ipſe Venefrano piſcem perfundit. at hic qui
Pallidus offertur miſero tibi caulis, olebit
Laternam. Torr.

Idem eſt *licebit*, quod, licet, vel quamvis. Bax.

60 Repotia diverſi erant generis. Nam *Repotia dicuntur ſeptimus dies, quo ſolet nova nupta redire ad parentes ſuos: & dies ſecundus a nuptiis, quo virgo ad muliebrem habitum componitur.* Item *repotia ſunt quæ Græci dicunt* ποδοστρόφια, *aut mutuæ invitationes.* Vet. Schol. Puto ποδοστρόφια joculare fuiſſe conventibus ruſticis nomen, quod in repotiis iſtis choreas exercerent, ut etiam hodie ſolent agreſtes. Poſt natos etiam liberos repotia fuiſſe oſtendit Turnebus vir doctiſſimus. Bax.

61 *Albatus*

Caulibus inſtillat, veteris non parcus aceti.
Quali igitur victu ſapiens utetur? et horum
Utrum imitabitur? Hac urget lupus, hac canis, aiunt.
Mundus erit, qui non offendat ſordidus, atque
In neutram partem cultus miſer: hic neque ſervis,
Albutî

62 *pro* parcus, largus *Z. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 64 angit *pro* aiunt *Sax. Z. Med.* 1477 *& 1502 Fl. & ante Lambi. puto omnes. & Mſs. Mus. Br. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 65 offendet *Mſ. Mus. Br. F.* qua-ſordibus *B.* ſordibus *etiam H. Z. Fl. Med.* 1477. *& Mſs. Mus. Br. C. D. F.*

61 *Albatus*; ſic Perſius 2, 40. *Quamvis te albata rogárit*; h. e. mundus veſtibus. BAX.

Cornu; *quod ſextarium capit: ſunt enim in venalibus cornua, quæ hanc olei habeant quantitatem.* Vet. Schol. BAX.

62 *Inſtillat*; non enim audet infundere: mirus parci hominis Iconiſmus. Et attende Græciſmum in *Inſtillat olei*. BAX. Putabam *olei* Græciſmo poni pro oleum: Oleum, *cujus olei odorem nequeas perferre, inſtillat:* ut Terent. And. prol. v. 3. *Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas.* GES.

Non parcus; λιτότης & παρὰ προσδοκίαν, *quæ ſunt inutilia, liberaliter fundit.* Vet. Schol. BAX. Sordidior erit Avidienus, ſi cum prima omnium editione legas, *non largus aceti*, in quo facile alias eſt largum eſſe. GES.

64 *Utrum*; *Gallonium, an Avidienum?* Vet. Schol. BAX.

64 *Hac canis angit.* Bene Lambinus *aiunt.* Nam & ego in fideliſſimis exemplaribus ita ſcriptum inueni: & ſane magis proverbium ſapit, quam ſi *angit* legamus. TORR.

Proverbium, nam ubi res duæ nobis moleſtæ inter ſe pugnant, eo Proverbio utimur. Vet. Sch. Cruq. Torrentii & Cruquii Codices legerunt *Aiunt*, quod longe melius quam *Angit*. BAX.

Lupus. Canis Lupus. LINN.

Canis. Canis domeſticus. LINN.

65 *Qui non off. ſordibus.* Sic noſtri quoque codices, non *ſordidus.* Quod vero mox ſequitur,

In neutram partem cultus miſer.

ſic vetus exponit interpres, ut dictio *cultus* patrii ſit caſus. *cultus* enim nomen commune, & tam in vitio, quam in laude ponitur. cultus nempe cujuſque rei habitus eſt: & in homine tam ad animum, quam ad corpus refertur. Virg.

——*Cultuſque feros mollire colendo.* Geor. 2. 36. &:

——*Cultuſque habituſque locorum.* Geor. 1. 52. Horat. quoque:

Qui feros cultus hominum recentum. Carm. 1. 10. 2.

In neutram igitur *cultus partem miſer* eſt; qui vitam ita colit atque inſtituit, ut inter luxuriæ pompam atque avaritiæ ſordes media inſiſtat via, miſer futurus (ut vitioſi omnes) ſi altero extremorum peccet. TORR.

Mundus erit, Modo dicit Hortativo; eſt enim Futurum pro imperativo; Expoliendo autem ſequentia intulit: oſtendit enim eum dici *Mundum* qui non ſit in tantum ſordidus ut offendat, vel etiam moroſule lautus. Hic locus peſſime acceptus ab Interpretibus; & corrupte vulgati Codices, præſertim recentiores, legerunt *offendet ſordibus*, ut ex Vet. Schol. & ſex MSS. Cruquii comparet. BAX.

Bentleius tenui de cauſa vertit *qui* in *qua*; neque enim vidit vocem *mundus* referri ad *ſapientem*, non ad victum. BAX.

66 Satis comice *in neutram*, quia nequibat dicere *in alteram.* BAX.

Cultus Genitivus eſt. Vet. Schol. Atque τῶν μέσων Vet. ſchol. ex MSS. Stephani; ſignificationis mediæ. BAX.

Albutî ſenis exemplo, dum munia didit,
Sævus erit; neque, ſicut ſimplex Nævius, unctam
Convivis præbebit aquam: vitium hoc quoque magnum.
Accipe nunc, victus tenuis quæ quantaque ſecum
Afferat. In primis valeas bene; nam variæ res
Ut noceant homini credas memor illius eſcæ,
Quæ ſimplex olim tibi ſederit: at ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis;
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoque tumultum
Lenta

68 Nec *Mſs. Mus. Br. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Miſer cultus dicitur quid ob cultum in alterutram partem faceſſit ſibi negotium. Alter Scholiaſtes vitioſe legit *qua non* pro *qui non*, quod & Cruquii MSS. ſequuntur. Bax.

Cultus partem. Cun.

67 *Didit* diſtribuit. non enim, ut linguæ Latinæ ignari homines explicant, *didit* poſitum eſt pro dividit, κατὰ συγκοπὴν: ſed *didit* verbum eſt integrum, compoſitum ex præpoſitione di, & do, das, dat. quo verbo utuntur optimi linguæ Latinæ auctores. Lucret. lib. 3. v. 244. de quarta quadam natura nominis experte, ex qua conſtat animus. *Qua neque mobilius quicquam, neque tenuius exſtat, Nec magis e parvis, aut lævibus ex elementis, Senſiferos motus quæ didit prima per artus.* Idem ibid. v. 475. *Denique cur hominem cum vini vis penetravit Acris, & in venas diſceſſit diditus ardor, Conſequitur gravitas membrorum?* Lam.

Hic eſt Albutius qui, ob cupiditatem nimiam habendi alienam uxorem, ſuam veneno necavit. Vet. Schol. Bentleius ubique edidit. *Albuel* vitioſe pro *Albuti*. Bax.

Dum munia didit: quæ quiſque agat, utpote, Tu rus ibis, Tu boves paſces, Tu granaria curabis. Vet. Schol. Cruq. Bax.

68 *Sævus erit: adeo aſper hic erat ut ſervos nonnunquam caſtigaret prius & cæderet quam peccáſſent, dicens vereri ſe ne cura peccaſſent, cædere tunc ei non vacaret.* Ved. Schol. Cruq. Bax.

Simplex, h. e. vapide lautus, & oſtentator deliciarum. Vid. Sat. 1, 1, 101. Bax. *Simplex*, nimis lenis erga ſervos, adeo ut non caſtiget, ſi iſti convivis præbeant aquam impuram & ſordidam. nam etiam ejuſmodi immundities, ſeu, talis indulgentia erga ſervos valde eſt improbanda. Zeun.

Unctam; pro inunctis calicibus Nævius curando unctam aquam convivis præbebat. Vet. Schol. Cæteri lauti *inungebant vinarios calices*, iſte vero vappa lautior lautiſſimis vel ipſam aquam (& frigidam ſcilicet & calidam) odoram fecit. Bax.

70 *Tenuis*, h. e. pauper & agreſtis. Bax.

71 *Valeas* per Comicam elegantiam modo utitur Potentiali pro Futuro Indicativi. Bax.

73 *Simplex*, h. e. quod ſimplex & una fuerit. Bax.

Tibi ſederit, h. e. nauſeam non moverit. Bax. *Sedet* enim cibus, qui non creat ructus, non velut rebellis eſt, & reditum minatur ac tentat per gulam. Ges.

74 Conchylia pro quovis genere Teſtaceorum Edulium.

75 *Dulcia*

* Schrader. praef. Emendat.

Sic Genua labant

Lenta feret pituita.* Vides ut pallidus omnis
Cœna defurgat dubia? Quin corpus onuſtum
Heſternis vitiis animum quoque prægravat una,
Atque adfligit humo divinæ particulam auræ.

76. Epist. I. 1. 108. Catull.

Alter,

77 defurgit *Sax.* ne dubia ſurgat *H.* 79 affigit *H. G. S. Z. Med.* 1477 & 1502. & *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F.*

75 *Dulcia ſe in bilem*; proclivis eſt tranſitus a dulci ad amarum, ut norunt Medici. Bax.

Tumultum dicimus repentinum bellum, & fere civile. Bax.

76 *Pituita*; *Longa cauſa Metri.* Vet. Sch. Bax.

77 Lepida Dilogia *cœnam* modo dicit dubiam: nam ſcurris & urbanis ea *cœna dubia* eſt, in qua quis neſcit de quo præcipue ſumat: Horatio etiam dubia eſt, ubi incertum eſt an ſit ſeſſura necne. *Dubia, lauta, ſic Terentius in Phormione*; 2. 2. 28. *Cœna dubia apponitur.* Vet. Schol. Bax.

78 *Animum prægravat*; h. e. ſenſum deprimit. Nam Γαστὴρ παχεῖα λεπτὸν ἔχει νόον. Bax.

79 *Atque affigit humo divinae particulam auræ. Affigit* & veteres editiones habent, & omnes omnium codices; praeterquam quibus uſus eſt Lambinus, quorum duodecim, ſi fides eſt, ADFLIGIT praeferebant. Nos ſane in nullo id vidimus. Neque vero id multum refert, utrum ulli qui nunc quidem extant, ita habeant necne: cum ſatis conſtet tam ex alio Flacci loco Serm. I, 1. v. 81. quam ex multis aliorum auctorum, voces *Affigere* & *Affligere* paſſim a Librariis confundi ſolere. Hoc igitur hic agamus; non utra lectio plures codices ſponſores habeat, ſed utra melior, loco aptior, & ad ſententiam convenientior. Et de hoc quidem litigant Interpretes; neque ullus litigandi finis erit, niſi ſi auctor ab umbris excitatus controverſiam ipſe dirimat. Quippe utraque lectio proba eſt; ut neceſſe ſit hanc illi, illam alteri pro vario hominum guſtu magis placere. Ceterum *affigere humo* quid ſit, norunt omnes; *affligere humo* eſt cum vi & impetu terrae illidere. Ovid. Met. XII, 139.

Quem ſuper impulſum reſupino pectore Cygnum
Vi multa vertit, terraeque adflixit *Achilles*.

& XIV, 206.

quo vidi bina meorum
Ter quater affligi *ſociorum corpora* terrae.

——Silius Italicus lib. VII. 613.

trepideque levantem
Membra afflicta ſolo, *preſſa violentius haſta*
Implicuit terrae.

Lucanus II, 31.

Hae lacrimis ſparſere deos, hae pectora duro
Adflixere ſolo.

Ubi tamen acutiſſimus Jo. Frid. Gronovius, Obſerv. IV, 8. ex Manuſcriptis ſuis reponit *Adfixere*: neque enim, ait, impetu ſe humi proſternebant, ſed procumbebant duntaxat. Nollem hoc a viro ſagaciſſimi naris profectum. Recte enim ibi habet, *Adflixere*; idque vel epitheton *duro* ſatis oſtendit. Id enim rem exaggerat, quod etiam *duro* & marmoreo templorum ſolo pectora adflixerint. Frigebit autem epitheton, ſi placide & lente procubuerint: nihil enim tum intererit, *duro*ne dixeris an *molli*. Quid quod in magno luctu ſollemne erat humo corpora affligere, & capite & pectoribus ſolum tundere, ut pluribus probare facile foret, ſi id nunc ageremus. Sic de ſene Amphitryone Seneca in Herc. Fur. v. 1317.

Vivamus: artus alleva afflictos *ſolo,*
Theſeu, parentis:

Et Hypſipyle apud Statium Theb. V. 591.

huc magno curſum rapit effera luctu,
Agnoſcitque nefas; terraeque illiſa *nocenti*

80 Alter, ubi dicto citius curata ſopori

Membra

Fulminis in morem, non verba in funere primo,
Non lacrimas habet.

& de ſene Gordiano Capitolinus in Maximinis c. XIV. *Gordianum reclamantem & ſe* terrae affligentem, *opertum purpura imperare coëgerunt.* Unde & in illo Silii de legatis Saguntinis, lib 1. v. 672.

Tandem ut finitae voces; (miſerabile viſu)
Affigunt *proni ſqualentia corpora* terrae.

non dubitem reponere *Affigunt*, repugnante licet Dauſqueio, & eo multo majore Gronovio. Atque ſatis jam, opinor, ſuperque Lambino tulimus ſuppetias, qui copioſe hunc locum enarrans eo maxime ad incitas redactus eſt, quod *affligere ad terram* compluribus exemplis, *affigere terrae* vel *humo* ne uno quidem confirmare potuit. Jam autem, ſi locutio tam bene ſe tuetur, haud minus, puto, & ſententia ipſa ſe commendabit. *Corpus*, inquit, *beſterna crapula onuſtum, animum quoque divinae aurae particulam una ſecum praegravat, & humo affligit.* Certe nihil hic reprehendas; niſi illud forte, quod *humo affligere*, ſive in ſolum dejicere, non ſatis morae denotet, qua animus, etſi ſua natura caeleſtis, vitiis tamen praegravatus humi teneatur. Quod enim *humo afflictum* eſt, cito forte ſe erigere & ſublevare poteſt; quod *humo* ſemel *affixum*, vix aut ſero poteſt reſurgere. Recte quidem: ſed contra reponent. Non requiri hic diuturnam moram, quae per totam vitam perduret; agi hic de *beſternis* tantum *vitiis*, de *caena dubia*, de una adeo crapula, quae proinde animum ad terram *deprimat*, ſed minime *defigat:* qua ſcilicet vel labore vel abſtinentia vel denique ſomno diſcuſſa, animus ſe ſtatim recuperet, & humo tollat. Recta igitur, ni fallor, & extra omnem reprehenſionem poſita eſt lectio illa Lambini. Neque tamen nihilo minus tibi arrideat illa altera, quam aliorum codices tanto conſenſu ſubminiſtrant,

Atque ADFIGIT *humo divinae particulam aurae.*

Sic enim Seneca Epiſt. LVIII. *Quaedam animantia impetum habent, incedunt, tranſeunt: quaedam* ſolo affixa *radicibus aluntur & creſcunt.* Livius. VIII. 7. *Quem Manlius ab jugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret*, terrae affixit. & XXIX, 3. *Poſtquam ii, qui circa regem, ſeminecem reſtantem, deinde pilo* terrae affixum, *pugnabant.* Ergo *adfigere humo animum* perinde erit, ac clavo vel fibula vel alio quodam vinculo, terrae adnectere. Id quod in re fere eadem Plato habet in Phaedone, Ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα, προσηλοῖ τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ σῶμα καὶ προσπερονᾷ: *Omnis voluptas ac dolor animum corpori, quaſi clavo & fibula, affigit.* Quo alludit Plutarchus Sympoſiacis VIII, 2. Ὁ γὰρ ἡδονῆς καὶ ἀλγηδόνος ἧλος, ὃς πρὸς τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν προσηλοῖ, μέγιστον κακὸν ἔχειν ἔοικε: *Doloris enim & voluptatis clavus, qui corpori animum adfigit, magnum malum eſſe videtur.* Itaque hoc dicit Horatius, *Corpus cibi vinique onere gravatum una animum deprimere*, & quaſi clavo *terrae affigere*, προσπερονᾶν καὶ προσηλοῦν τὴν ψυχὴν τῇ γῇ. Quo in primis pertinent illa Sancti Hieronymi contra Jovinianum Libro II. *Porro* ciborum *aviditas, quod animum quaſi quibuſdam compedibus* degravatum in terra teneat, *quis ignorat?* Sane ut Horatius fortaſſe ad illum Platonis locum, ita ad hunc Horatii Hieronymus probabiliter admodum reſpexiſſe videatur. BENTL.

Pro *adfigit humo*, Dionyſius Lambinus ſcribit optimos MSS. habere *adfligit humo*, quæ quidem Lectio arridet Cruquio, eo quod repererit in MSS. ſuis hanc Annotatiunculam adjectam *dejicit in terram.* (*Deprimit ad humum* verba ſunt Vet. Schol.) Torrentius ſævit, & Lambinum falſarium putat, quod a tanto viro nollem factum. BAX.

Auctoritas pene par utriuſque verbi. Vis diverſa, ſed utraque huic loco apta. *Affligit* vi quadam. *Affigit*, ut non poſſit ſurgere. GES.

Divinae particulam auræ, hæc tanquam Epicureus

Membra dedit, vegetus præſcripta ad munia ſurgit.
Hic tamen ad melius poterit tranſcurrere quondam:
Sive diem feſtum rediens adduxerit annus;
Seu recreare volet tenuatum corpus; ubique
Accedent anni, et tractari mollius ætas
Imbecilla volet: tibi quidnam accedet ad iſtam,
Quam puer et validus præſumis, mollitiem: ſeu
Dura valetudo inciderit, ſeu tarda ſenectus?
Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia naſus
Illis

83 advexerit *etiam H. & Mſs. Mus. Br. C. D.* 84 velit *S.*

cureus protulit, ridendo Philoſophos & Promethei ferulam. Bax. Loquitur Ofellus: nec, puto, Epicureus non poteſt divinæ particulam auræ dicere animam: nec Horatius perpetuo Epicureus. Ges.

80 *Dicto citius* Proverbiale dictum. Bax.

Curata, h. e. refecta: nam curare eſt molliter tractare quæ habent ſe male. Bax.

81 Bene *præſcripta:* nam Veteres quoque mane quæ illo die acturi erant in diaria ſua referebant. Bax.

Surgit. libri aliquot manu ſcr. habent, *ſurget.* Lam.

82 *Tranſcurrere* proprie dicuntur Tranſfugæ, qui mutant partes. Bax.

Quondam; *quandocunque*, *Adverbium medii temporis.* Vet. Schol. *Tamen* refertur ad ea quæ in animo ſuo conceperat per Apoſiopeſin; h. e. Tametſi tenui & parco victu contentus vivat. Bax.

83 *Advexerit* non *adduxerit* Lectio eſt plurium Codicum: nobis tamen placuit *adduxerit:* nam advehi dicuntur merces quæ de tranſmarinis partibus importantur. Quin & video ſcripturam iſtam ſuperioris ſæculi Editoribus unice placuiſſe. Bentleio magis placuit *advexerit*, etſi vox ſit nautica. Bax.

84 *Recreare*; h. e. efficere ut rurſum creſcat. Bax.

Tenuatum corpus, h. e. amiſſam carnem; nam uſitato Charientiſmo *Corpus* dicitur Caro; uti & ſtomachus & virile membrum. Hinc amitti dicitur corpus, ubi quis macilentus evadit. Bax.

Ubique modo dixit pro *& ubi.* Bax. Nec opus eſt illud mutari in *ubive.* Ges.

85 Per Charientiſmum *anni* poſuit pro ſenectus. Bax.

Et tractari moll. ætas, &c. non admodum diſſimilis ſententia eſt verſus illius integri, & dimidiati, apud Plutarch. πῶς δεῖ τὸν νέον ποίην' φίλοις τι δοῦναι σῶματ' εἰς νόσους πιστὸν δαπαναῖσι σῶσαι, id eſt, divitiæ eo ſunt utiles: ut & amicis largiaris & corpus morbo implicitum ſumtibus ſerves. Lam.

86 *Tibi quidnam*; prudenter monet graviſſimus autor Medicinæ Cornelius Celſus, *non conſumenda eſſe præſidia ſenectutis in juventute.* Bax.

87 *Mollitiem* modo pro delicias poſuit & ſuavem victum. Bax.

88 *Dura*, h. e. gravis & aſpera. Nam *valetudo* cum ſit τῶν μέσων, modo ponitur pro morbo. Per Charientiſmum *duros* dicimus ſævos & immites. Bax.

Tarda; Metonymice, quod tardos & inutiles efficiat. Bax.

89 *Rancidum*,

Illis nullus erat, ſed, credo, hac mente, quod hoſpes
Tardius adveniens vitiatum commodius, quam
Integrum edax dominus conſumeret. Hos utinam inter
Heroas natum Tellus me prima tuliſſet!
Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam? grandes rhombi patinæque
Grande ferunt una cum damno dedecus: adde
Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum,
Et fruſtra mortis cupidum, cum deerit egenti
As, laquei pretium. Jure, inquit, Trauſius iſtis
Jurgatur

91 vitiatum *omnes, etiam ipſe Cruqu.* vitiaret *Baxt. V. No. & Mſſ. Mus. Br. C.* 95 Occupet *Bentl. & ſic H. & Mſſ. Mus. Br. B.* 99 Æs *G. S. Med.* 1502. *& Mſs. Mus. Br. D. F.* Trauſius *H. G. Z. Med.* 1477. *Fl. &c.* Trallius *ſolus Baxt. V. No.*

89 *Rancidum, leviter putentem.* Vet. Sch. Bax.

91 Vetus Interpres cum duobus Cruquii ſcriptis Codicibus legerunt *vitiaret* pro *vitiatum. Ordo cum hoc ſenſu; quod commodius hoſpes vitiaret ſervatum, quam totum dominus abſumeret.* Vet. Schol. Annotationes ad tres antiquiſſimos Cruquii Codices reddebant *vitiaret, reprehenderet. Commodius vitiaret*, quod mallent hoſpitem eum vituperare. Bentleius retinuit *vitiatum* quod in Editis legerat, contra conſuetum ſibi morem. Bax.

92 *Integrum*; Dilogus totum & non corruptum, quod & Vet. Schol. ſignificat. Bax.

93 *Dicitur ante Deos nata eſſe Terra: mire ait prima Tellus, illo enim tempore quo Mundus ex diſcordibus in hanc concordiam formatus eſt, ex terra generati traduntur Heroes, indocilis turba vitiorum.* Vet Schol. Bax.

94 *Das aliquid famæ?* h. e. Putas famam eſſe aliquid? Bax.

Carmine, τῷ ἀκροάματι. Antiſthenes Philoſophus cum vidiſſet adoleſcentem luxurioſum Acroamatibus deditum, ait: Miſerum te adoleſcens, qui nunquam audiſti ſummum Acroama, id eſt, laudem tuam. Vet. Schol. Eſt autem Acroama Muſicæ Symphoniæ. Bax.

95 *Occupat*, h. e. detinet, moratur, delinit. Bax.

Rhombi, patinæque, Figura, Ἐν διὰ δυοῖν: nam Rhombi in patinis teſtaceis coqui conſuevere. Bax.

Occupat, occupet in plurimis quidem libris extat, idque Lambino, Torrentio, Cruquio, & Berſmanno placuit, ſed immerito, hæc enim lectio poetæ verbis mirifice adverſatur; quod & Bentleius in notis tandem animadvertit. Alii libri habent *occupat*, & omnino recte; *occupat* autem valet *occupare ſolet*. Cun.

96 *Cum damno dedecus*; damnum dicit gravem impenſam, & dedecus Cenſoris notam. Bax.

97 Comice Satyrici *Patruum* pro Tutore ponunt. *Cum ſapimus patruos*, Perſius 1. 11. Conf. Car. 3, 12, 3. Bax.

Leni vocabulo pro inviſum dicimus *iniquum*.

Jurgatur verbis: Ego vectigalia magna,
Divitiaſque habeo tribus amplas regibus. Ergo
Quod ſuperat, non eſt melius quo inſumere poſſis?
Cur eget indignus quiſquam, te divite? quare
Templa ruunt antiqua deûm? Cur, improbe, caræ
Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo?
Uni nimirum tibi recte ſemper erunt res.
O magnus

105 Magno *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 106 eunt *conj. Heinſ. & Bentl. certe* eunt *in Mſs. Mus. Br. D. F.*

quum. Siquidem *iniquus* is eſt cui animus ſua ſede non eſt, verum in iram, vel dolorem propendens, deſumpta Metaphora a Lance. Bax.

99 *Æs laquei pretium.* Bene Lamb. editione ſecunda *as* repoſuit. ante autem vulgatos ſecutus codices *æs* ſcripſerat. Torr.

Nonnulli pro *As* vitioſe legerunt *Æs.* Huc ſpectat & Proverbium *ad aſſem redactus*; id enim pretium laquei. Vulgare etiam Diverbium, eſt, *Reſtim emere*, de homine perdito. Bax.

Mira varietas, *Traſius, Traxius, Travius, Traulius, Trauſius, Toſius, Trallius.* Cum autem *Travius* occurrat in Veteribus Scholiaſtis, ego *Trallius* prætuli; quod Nomen videtur deductum a Trallibus Aſiæ civitate: ſiquidem duplex *L* facile mutari poſſit in *U.* Erat autem iſte Trallius *pauper & prodigus.* Vet. Schol. Bentleius prætulit *Trauſius* ex ſola ſua conjectura, quod illud Nomen reperierit in Gruteri Inſcriptionibus. Bax. *Jurgatur* Deponens ne ſit an Paſſivum, non dixerim, cum neutrius uſus mihi annotatus ſit. Si Deponens, Trauſius junior aliquis tanquam a patre vel patruo reprehendi dignus obiter perſtringitur. Ges.

100 Bene *vectigalia* pro reditus, ſubditurus *Regibus*; nam Vectigalia ſunt reditus publici. Bax.

101 Voluit dicere *ſatis amplas*; *Reges* autem Patres dicit. Bax.

102 *Quod ſuperat*; h. e. Quod nimium eſt, & ſupereſt tuis uſibus. Bax.

103 *Indignus*; h. e. vel doctus, vel ingenuus, qui non meretur egere. Bax.

105 *Patriæ*; h. e. Urbi Romanæ. Bax. e tanto. Cun.

106 *Uni nimirum*; nihil puto exſpectas adverſi, atque hanc ob cauſam contemnis cæteros, tibi ſolus amicus. Ironica Subjectio; delendum enim eſt Interrogativum punctum. Bax.

Uni nimirum recte tibi ſemper erunt res. Alio ordine Codices noſtri, Leidenſis, Zulichemianus, Galeanus, & Reg. Societatis, TIBI RECTE; niſi quod nonnulli male praeferant RECTAE. *Uni nimirum tibi*; id eſt, *Soli tibi:* ita haec melius conjunguntur. Deinde pro *erunt* legendum ex ingenioſa Nic. Heinſii conjectura *eunt:*

Uni nimirum tibi recte ſemper EUNT *res.*

Ita Cicero ad Atticum XIV, 15. *Incipit* res melius ire, *quam putaram.* & XIV, 20. *Dolabellae & prima illa actio, & haec contra Antonium concio mihi profeciſſe permultum videtur: prorſus* ibat res. Tacitus Annal. XII, 68. *Crebroque vulgabat*, Ire in melius *valetudinem principis.* Ita *res procedere, bene cedere, peſſum ire, retro ire, redire* dicuntur. Bentl.

Recte; h. e. ſua ſede & ſtabiles. Bax.

Bentleius ex ſola conjectura Heinſii de *erunt res* fecit *eunt res:* ego nihil tale auderem. Bax.

107 *Uterne*

O magnus poſthac inimicis riſus! Uterne
Ad caſus dubios fidet ſibi certius? hic, qui
Pluribus aſſuêrit mentem corpuſque ſuperbum?
An qui, contentus parvo metuenſque futuri,
In pace, ut ſapiens, aptârit idonea bello?
¶ Quo magis his credas; puer hunc ego parvus Oſel-
Integris opibus novi non latius uſum, [lum
Quam nunc acciſis. Videas metato in agello
Cum pecore et gnatis fortem mercede colonum,
¶ Non ego, narrantem, temere edi luce profeſta
Quicquam

107 *Uterne* ut *Quantane* Satyra ſequente. v. 317. Lambinus. Bax.

108 *Fidet ſibi certius*; h. e. *magis videtur tutus adverſum Fortunæ incommoda*. Vet. Sch. Bax.

109 *Aſſuerit pro aſſuefecerit*. Vet. Schol. Et habet Emphaſin, eum ſcilicet non poſſe deſuetudinem ferre poſthac. Bax.

Hoc eſt, *ſuperbam mentem, & ſuperbum corpus*, per Syllepſin Figuram. & animo & corpore faſtidioſi ſunt vappæ. Bax.

110 *Metuenſque futuri*; quod maxime prudentis eſt. Verum plerumque, *Res proſperæ ſapientum animos fatigant*; ut belle Symmachus. Bax.

112 *Quo magis his credas*; *bene*; *quaſi perſuaſerit*. Vet. Schol. Bax. Hic nempe verſibus IV interpoſitis poeta Oſello ſuo fidem facit. Ges.

113 *Non latius uſum*. Sunt qui *lautius* ſubſtituant. Male. nam lautitias ab Oſelli menſa etiam manente fortuna abfuiſſe locus ipſe oſtendit. Late autem opibus utitur, qui expenſis neceſſariis atque utilibus non contentus, voluptati quoque indulget; neque modum ſtatuit, immemor, quod dici ſolet, *Quo non egeas, vel aſſe emtum carum eſſe*. Torr.

Vir doctus Henricus Stephanus pro *latius* repoſuit *lautius* ex Conjectura, quod miror placuiſſe Cruquio viro eleganti. *Latius* poſuit quia dicturus erat *acciſis*. Bax. Juvenal. 14, 234. *Indulgent ſibi latius ipſi*. Ges.

114 *Metato in agello*; *ad menſuram diviſo: Iſte Oſellus proſcriptus erat quia fuit in parte Caſſii*; Vet. Schol. *Abſtulit excultas pertica triſtis opes*. Propertius 4, 1, 130 citante Torrentio. Bax. Agri proſcriptorum aut alias publici, dividuntur militibus ad perticam & numerum pedum: quæ res agrimenſoriam veterum diſciplinam peperit. Ges.

115 *Mercede*; *agro conducto a Milite Auguſti ad quem fuerat tranſlatus*. Vet. Schol. Atque ideo fortem dixit, quod ſe putaret poſitum extra jactum teli fortunæ. Bax. *Fortis*, qui poterat a ſe impetrare, ut qui fuerat ſibi injuria ademtus ager, eum, paullo ante dominus, nunc tenui mercede coleret, nec metueret quotidianæ recordationis tormenta. Ges.

116 *Temere*, h. e. ſine gravi cauſa. Bax.

Profeſta,

Quicquam præter olus, fumoſæ cum pede pernæ:
Ac mihi ſeu longum poſt tempus venerat hoſpes,
Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem
Vicinus, bene erat, non piſcibus urbe petitis,
Sed pullo atque hœdo: tum penſilis uva ſecundas
Et nux ornabat menſas, cum duplice ficu:
Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra;

Ac

121 tunc penſilis *Mſ. Mus. Br. C. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Profeſta, non ſacra. Vet. Schol. Bax.

117 *Perna, pes porcinus cum coxa.* Landinus. Bax.

118 Omnes Codices vetuſti habent *ſeu* [pro *cum*] inquit Bentleius; quod ideo rectum videtur. Bax.

119 *Ideò vacuo, quia per imbrem*; h. e. pluvioſum diem, adjecturus erat. Bax.

120 *Bene erat*, Comica facetia, pro hilariter egimus. Bax.

121 *Hœdo.* Capra hircus. Linn.

Penſilis uva ſecundas. Penſilem vocat *uvam*, ad hoc ſuſpenſam, ut paſſa hieme ederetur: quemadmodum Neapoli toto ferme anno ſervari vidimus, jucundiſſimi ſaporis atque aſpectus. Varro: 1, 68. *Penſilia, ut uvæ, ſorba, ipſa oſtendunt, quando ad uſum oporteat promi.* Et hæc quidem Turnebus. quibus addi poterit Plinius lib. xiiii. c. 1. *Durant aliæ per hiemem penſili concameratæ nodo.* Torr.

Penſilis uva, quæ ſuſpendebatur in uſum hyemis. Bax.

Secundas Pomorum dicit, ut novimus, menſas. Vet. Schol. Bax.

122 *Nux*, juglans. Bax.

Nux. Juglans regia. Linn.

Cum duplice ficu. id eſt, ut docet Turnebus, cui aſſentior, cum duplicibus ficubus. ſunt autem ficus duplices, majores, & quaſi geminæ, quas mariſcas appellant. Vegetius libr. 1. 38, 6. artis veterin. *ficus duplices viginti, rutæ faſciculum.* Lam.

Duplice ficu. Duplex interdum non id quod geminatum, quodve duorum generum eſt, ſignificat: ſed quod magnum, perinde ac ſi alterum tantum dixeris. Sic enim Virg. G. 1, 172.

——*Duplici dentalia dorſo.* &; G. 3, 87.

——*Duplex agitur per lumbos ſpina.*

Atque ita *duplicem ficum* hic dici exiſtimat Turnebus lib. xiii. c. 1. quæ major uberiorque & formæ amplioris ſit:——& Servius etiam illud, *duplicem gemmis auroque coronam*, ita interpretatus ſit: & *figere clavis duplicibus*, pro magnis, dixerit Cato de Re ruſtica c. xx. Torr.

Cum duplice ficu; bifida. Vet. Schol. Cruq. Mariſca ſcilicet, ſeu fatua ficu, ut oſtendit Turnebus. Bax. *Duplice ficu* aliquoties utitur in medicina boum Vegetius 1,38,6. Ges.

Ficus. Ficus carica. Linn.

123 *Poſt hoc lud. erat cuppa pot.* hunc locum in omnibus fere libris corruptum ego una litera detracta emendavi. cujus emendationis ſpero omnes politos, & eruditos homines approbatores fore. ab Adriano quidem Turnebo eam magnopere olim probatam memini. Horum igitur verborum hæc ſententia eſt. poſtea (inquit) noſter ludus hic erat, cuppa magiſtra, id eſt, nullo alio bibendi magiſtro adhibito, quam ipſa cuppa, potare: nullus erat, qui bibendi leges convivis daret: ſuo quiſque arbitratu bibebat, & quantum volebat, *ſolutus legibus inſanis*, ut ait Sat. 6. 69. hoc libro. Lam.

123 Pulpa leg. Withof. Encen. Crit. 303.

Ac venerata Ceres, ita culmo ſurgeret alto,
Explicuit vino contractæ ſeria frontis.
Sæviat, atque novos moveat fortuna tumultus,
Quantum hinc imminuet? quanto aut ego parcius, aut
O pueri, nituiſtis, ut huc novus incola venit? [vos,
Nam

124 ventura *Med.* 1477. ut culmo ſ. a. *Med.* 1502 *& al. etiam Talb. Sandb.* ita c. ſ. *etiam Med.* 1477 *&c. it. Bentl. Cun.*

Culpa magiſtra; ſi quando libere potare volebant Antiqui, id eſt, ſine Archipoſia, dicebant ſe magiſtram facere culpam. Vet. Schol. Atque erat iſte mos ruſticis perpetuus, qui Græcari non didicerant, neque leges noverant bibendi, neque Regem habuerunt convivii. Culpa hæc erat, ubi quis per imprudentiam non attenderat verbis præbibentis, atque tunc univerſus grex multabat eum poculo. Fruſtra ſe torquent Interpretes, dum neſciunt culpam eſſe lapſum ex imprudentia. Pro *culpæ* magnus Bentleius de ſuo ingenio poſuit *cupa*, quam κατηλίδα ille exponit. Verum mea quidem ſententia ſatius atque conſultius fuiſſet non diſceſſiſſe a vulgata ſcriptura Antiquì Scholiaſtæ interpretatione olim firmata atque ſtabilita. Bax. Bibunt *culpa magiſtra* hodie quoque homines in lætioribus invitatiunculis. Sed nolim huc referri Plaut. Stich. 5, 4, 43: nam ibi *multantur poculo*, qui bibere prohibentur. Potius huc pertinent *leges infauæ* Hor. Sat. 2, 6, 69. Ges.

124 *Ac venerata Ceres, ut culmo ſurgeret alto. Ut* jam in editionibus fere obtinet, ſed ſine codicum auctoritate. Cruquius & Lambinus ſic dederunt,

Ac venerata Ceres, uti *culmo ſurgeret alto.*

& nuper vir eruditus,

Ac venerata Ceres, ita *culmo* uti *ſurgeret alto:* obliti ſcilicet vocabulum *uti* poſteriorem ſyllabam ſemper producere. Editiones priſcæ, & membranæ, opinor, omnes, certe noſtræ exhibent,

Ac venerata Ceres, ITA *culmo ſurgeret alto.* Rectiſſime. Bentl.

Cereri deæ ruſticæ ruſticum libare conveniebat. Cum Veteribus Scholiaſtis & Cruquii & Torrentii MSS. pro *ut culmo ſurgeret* levi negotio repoſui *ita culmo ſurgeret. Ita culmo, quomodo cæperat creſcere.* Vet. Schol. Bax.

126 *Sæviat, ut ut inſaniat.* Vet. Schol. Bax.

Tumultus, bellorum motus & terrores. Bax.

127 *Quantum hinc imminuet?* Quidam libri manu ſcr. habent, *Quantum hinc eminuet?* unde conjicere poſſis, legendum *deminuet.* Lam.

128 *O pueri nituiſtis.* Præceptum Catonis eſt, ut prædium emturus vicini quo pacto niteat animadvertat. in bona enim regione, inquit, nitere oportebit. Male igitur qui pro *nituiſtis, vixiſtis* hic legunt: quamquam non uno in cod. M. s. ſic repperi. Atquè ita *nitor olei* pro olei pinguedine apud Vitruvium lib. x. ut *pinguem & nitidum* conjunxit Horat. in Epiſt. ad Tibull. 1. 4. 15, Virgilius quoque, Æn. 3. 121.

——— *Superoque nitentem*
Cæliculûm regi mactavi in littore taurum.

Nam opimum atque eximium intelligit. Contra vero graciles nimium attenuatoque corpore, *veſculos* appellabant. auctor Feſtus. Torr.

128 *Nituiſtis; bene accepti eſtis.* Vet. Sch. Bax.

Mire

Nam propriæ telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quemquam ſtatuit: nos expulit ille;
Illum aut nequities, aut vafri inſcitia juris;
Poſtremo expellet certe vivacior hæres.
Nunc ager Umbreni ſub nomine, nuper Ofelli
Dictus erat, nulli proprius; ſed cedit in uſum
Nunc mihi, nunc alii: quocirca vivite fortes,
Fortiaque adverſis opponite pectora rebus.

SATIRA III.

OMNES INSANIRE, ETIAM IPSOS STOICOS DUM HOC DOCENT.

Sic raro ſcribis, ut toto non quater anno
Membranam

133 Poſtremum *Mſs. Mus. Br. C. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. B.* 134 Dictus, erit *al.* Dictus erat *etiam S. Z. Bentl. ex MSS.* 1 Si *etiam G. Sax. MS. Boſ.*

Mire *incolam* vocat quem Virgilius [Ecl. 9, 3] poſſeſſorem: neminem enim poſſeſſorem putat. BAX.

129 *Nam propriæ telluris*; ſiquidem *Non res ſed rerum nobis conceditur uſus*, ut ſcite Palingenius noſter. BAX.

131 *Nequities*; *luxuries quæ paupertatis amica eſt.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Vafri inſcitia juris; *eſt enim hujuſmodi calliditas in Juriſconſultis, præſertim in iis quorum patrocinia venalia ſunt, ut in utramque partem omne pene jus interpretentur.* Chriſtophorus Landinus. De conterraneis ſuis hæc loquitur Landinus. BAX.

132 *Poſtremo expellet.* Neſcio quare poſt Lambinum & Cruquium jam omnes fere editiones POSTREMO hic praeferant; Venetae enim & Loſcheriana, & membranae omnes notae melioris POSTREMUM. BENTL.

133 *Umbreni*; *nomen militis qui Ofelli agrum ab Auguſto acceperat.* Vet. Schol. Cruq. Expreſſit Pulcherrimum Epigramma Græcum, quod ſub neſcio cujus Luciani nomine vulgatum habemus:

Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ, νῦν καὶ Μενιππου·
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτ' ᾤετο, καὶ πάλιν ἄλλος
Οἴεται, εἰμὶ δ' ὅλως οὐδενὸς ἀλλὰ Τύχης. BAX.

134 *Vivite fortes*; feſtive inſurgit ſpiritu Heroici Carminis quo ſerium riſu diluat. BAX.

Membranam poſcas, ſcriptorum quæque retexens,
Iratus tibi quod vini ſomnique benignus
Nil dignum ſermone canas. Quid fiet? at ipſis
Saturnalibus huc fugiſti; ſobrius ergo
Dic aliquid dignum promiſſis: incipe; nil eſt.
Culpantur fruſtra calami, immerituſque laborat
Iratis

4 ab ipſis *Mſs. Mus. Br. B. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Metaphora a natantibus adverſo flumine. GES.

1 *Sic raro ſcribis.* Permanſit hoc ex editionibus priſcis. Tres Blandinii & alter apud Cruquium, SI *raro ſcribis:* duo Pulmanni, SI *raro* SCRIBES; *ſcribes* etiam tertius habet. Repone igitur,

SI *raro* SCRIBES, *ut* &c.

Atque hoc eſt quod voluit Acron Scholiaſtes; *Quid fiet? Hyperbaton*, inquit, *a ſuperioribus, ſi raro ſcribis —— quid fiet?* Ita Terentius Phorm. IV, 4, 14.

cedo nunc porro, Phormio
Dotem ſi *accipiet, uxor ducenda eſt domum;*
Quid fiet?

Raro ſcribes, ut non quater poſcas membranam; hoc eſt, *adeo ut*; ut ſæpe Noſter alibi: Serm. I. 7. v. 13.

Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors.

Quod cum non intelligerent boni Librarii, SIC ſubſtituerunt, quia deeſſe videbatur particula comparandi. Quod ſi SIC retinere velis, tum per interrogationem efferas cenſeo,

Sic raro ſcribes, ut toto non quater &c.
Nil dignum ſermone canas? quid fiet?
BENTL.

Comice *Sic raro* pro *Tam raro:* fruſtra ſunt qui reponunt *Si. Junius Damaſippus conſumpto Patrimonio philoſophari cœperat: ab hoc Horatius deſidiam ſuam caſtigari inducit, cum ad villam ſeceſſiſſet & nihil ſcriberet.* Vet. Schol. *Videtur tolerandus is Satyrus qui ita cæteros carpit, ut ne ſibi parcat.* Landinus. Bentleius pro *Sic raro ſcribis* ex ſcriptis Codicibus repoſuit *Si raro ſcribes.* Fatetur tamen *Sic raro ſcribis* permanſiſſe ex priſcis Editionibus; atque hæc quidem ſcriptura Comicum habet ſpiritum, cum altera ſit inefficax & inerter prolata. BAX.

2 *Scriptorum quæque retexens.* ea omnia, quæ a te ſcripta ſunt, mutans, vertens, delens. & eſt tralatio a tela texta & poſtea retexta. *telam retexere* autem eſt ἀναλύειν, diſſoluere. nemini eſt inaudita Penelopæ tela. LAM.

Retexens; uti Penelope. Lubinus. BAX.

3 Argute *benignus* poſuit pro largus, vel invidens ſibi nihil. BAX.

4 *Dignum ſermone, opinione, vel prædicatione.* Vet. Schol. BAX.

Quid fiet? Si neque Romæ, neque rure; neque potus neque ſobrius calamum in manum ſumis. Τίς μηχανή; BAX.

Cruquii vetuſtiſſima Membrana recte habet *at* (quod eſt *imo etiam*) pro *ab.* BAX.

6 *Promiſſis* Comice protulit; namque *vultus erat magna & præclara minantis.* BAX.

Nil eſt; fruſtra ſuccinis ambages, & cauſas nectis, quas nolumus audire. Nugaris. BAX.

7 *Immerituſque laborat.* Solebant veteres illi, maxime poëtæ, & ſcriptores, parietes habere ceratos, ut ſi quid forte noctu in mentem veniret, ſtatim in eo inſcriberent. paries igitur tuus ceratus immerito abs te vexatur: injuriaque in eum culpam confers. LAM.

Laborat

Iratis natus paries diis atque poëtis.
Atqui vultus erat multa et præclara minantis,
Si vacuum tepido cepiſſet villula tecto.
Quorſum pertinuit ſtipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?
Invidiam placare paras Virtute relicta?
Contemnere miſer: vitanda eſt improba Siren
Deſidia: aut quicquid vita meliore parâſti
Ponendum æquo animo. ¶ Dii te, Damaſippe, deæque
Verum ob conſilium donent tonſore: ſed unde
Tam bene me nôſti? ¶ Poſtquam omnis res mea Janum
Ad

10 lecto *conjicit ac damnat Bentl.*

Laborat, dat pœnas. BAX.

Diis natus iratis infelix dicitur, cujus mala aſtris imputanda ſunt, non ſuo merito, & παρὰ προσδοκίαν *Poetis* intulit. BAX.

9 ac præclara. CUN.

Minantis; *Poeta per contrarium dixit*; *Promiſi ultorem, & verbis odia aſpera movi.* Vet. Schol. Cruq. *ut oſtenderet neſcio quid elationis*, ut belle Landinus. BAX.

10 *Tepido tecto*; *amavit enim Horatius focum luculentiorem, idcirco ſub Hiemem ſolebat ſe tranſferre in villam propter lignorum copiam.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

11 *Stipare*; *in vehiculo arctare eorum libros.* Vet. Schol. BAX.

Platona; *Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ.* BAX.

12 De *Archilochum* Bentleius, niſus autoritate unius tantum Libri, de more ſuo fecit *Archiloche*. Horatiana variatio conſuevit illi diſplicere. BAX.

13 *Invidiam placare*; *eundo ad agrum id volebas agere, placare invidiam, quam patiebare in publica poſitus facie.* Vet. Schol. Per Proſopopœiam Invidiam atque Virtutem pro Numinibus accipit. BAX.

Virtute relicta; ſpreta Socratica Diſciplina, & ſcribendi ſtudio. BAX.

14 *Miſer* & *infelix* commoti compellatio eſt. BAX.

Improba, pellax & nequam: & commode inducit Allegorizantem Stoicum. Horum enim inventum Homerica Allegoria. Vide Epiſtolam ad Lollium 1, 2. BAX.

15 *Vita meliore*; *honeſtiore propoſito.* Vet. Schol. Publica ſcilicet converſatione. Tangit Epicureorum Dogma, Λάθε βιώσας. BAX.

17 *Verum*, rectum: nam veritas recti norma eſt atque examen. BAX.

Donent tonſore; h. e. reddant tibi divitias, quo conducas tibi tonſorem. Salſe & παρὰ προσδοκίαν. Vult gratificari Epicureis ſuis deridendo vultuoſum ſenem ex inopia philoſophantem. BAX.

18 *Janum ad medium fr.* in Jano medio habitabant, vel magnam diei partem conterebant fæneratores. Erat autem medius Janus,

Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo,
Excuſſus propriis: olim nam quærere amabam
Quo vafer ille pedes laviſſet Siſyphus ære,
Quid ſcalptum infabre, quid fuſum durius eſſet:
Callidus huic ſigno ponebam millia centum:

Hortos

22 ſculptum *H.* & *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F.* & *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

nus, locus, ſic appellatus a Jano, Deo bifronte, in quem locum conveniebant mercatores & fæneratores: ut declarant verba illa Ciceronis Philipp. 6, 5. *Janus medius in L. Antonii clientela ſit? quis umquam in illo Jano inventus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum?* Erant enim duo Jani, ſuperior, & inferior: quos ſummum, & imum appellat Noſt. epiſt. 1. libr. 1. *hæc Janus ſummus, ab imo Prodocet.* Alii tres fuiſſe volunt, in quibus eſt Acron: idque etiam ex Livio intelligere licet lib. 41. 27. annalium. Janus medius igitur intelligendus eſt locus medius inter duos Janos, quo in loco erant argentarii, & fæneratores, Ovid. Rem. Am. 561. *Qui pateal, Janumque timet celeriſque Kalendas.* Idem lib. 1. 257. Faſt. *Cum tot ſint Jani, cur ſtas ſacratus in uno, Hic ubi juncta foris templa duobus habes?* hoc igitur ait Damaſippus, ſe poſtea quam naufragium fecerit ſuarum fortunarum, verſuris & fænore, & mercaturis, aliena negotia curare. ineſt autem a verbo *fracta*, tralatio a navi fracta. LAM.

Janum ad medium; *Ideo ad medium, quia in Roſtris ſimulachrum Jani erat, ubi res pecuniariæ agebantur per fæneratores.* Vet. Schol. *Jani ſtatuæ tres erant, una in ingreſſu Fori; altera in medio, ubi erat ejus Templum, juxta Baſilicam Pauli, vel pro Roſtris; tertia ad exitum Fori.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Vereor, ut bene iſta ſe habeant. Dixi in Theſauro Stephaniano. GES.

19 *Fracta eſt*; naufragium paſſa eſt. BAX.

20 *Excuſſus*; ſcita Dilogia; nam & *excuſſus* pro exturbatus dicitur, & excuſſio juriſconſultis eſt arcta perquiſitio in bona Creditoris. BAX.

Quærere amabam. Tres optimi codd. *habebam:* ut *avebam* fortaſſis legendum ſit. *faver* etiam pro *vafer* in antiquiſſimis membranis ſcribitur. TORR.

21 *Laviſſet Siſyphus ære*; *ſignificat Corinthiorum vaſorum amatorem fuiſſe.* Vet. Schol. In ſummo erant pretio apud Veteres vaſa antiqui operis. Notum eſt Siſyphum Æoli filium antiquiſſimis temporibus Corinthi regnâſſe. Et tela & vaſa ex ære conficiebant Vetuſti. BAX.

Docet h. l. incendio Corinthi antiquius putaſſe æs Corinthium poetam. GES.

22 Veteres editiones cum nonnullis ſcriptis Codicibus *ſcalptum* legere pro *ſculptum*, quod & nos, ut Satyræ convenientius, ſervavimus. Hoc non probat Bentleius. BAX.

Quid fuſum durius. quid minus eleganter conflatum. contra Virgil. Æn, 847. 6. *Excudent alii ſpirantia mollius æra, &c.* LAM.

Fuſum; *nam ſigna ærea funduntur.* Vet. Schol. BAX.

Durius; minus cum Rhythmo, rigidum & inſuave. BAX.

23 Salſa Ironia *Callidus* & *millia centum.* BAX.

Poneham millia centum. Ponere pretium, pro æſtimare, quod in accepti & expenſi tabulis talia ponerentur: & ſic lib. IV, 8, 12.

——— *Pretium dicere muneri.*

Pulcre autem Cic. in Verr. IV, 7. Orat. quæ de

Hortos egregiaſque domos mercarier unus
Cum lucro nôram; unde frequentia Mercuriale
Impoſuere mihi cognomen compita. ¶ Novi:
Et morbi miror purgatum te illius. ¶ Atqui
Emovit veterem mire novus, ut ſolet, in cor
Trajecto lateris miſeri capitiſque dolore:
Ut lethargicus hic, cum fit pugil, et medicum urget.
¶ Dum

25 Mercuriali *conj. Cun.* 27 miror morbi *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 29 capitiſve *etiam G. Sax. & Mſs. Mus. Br. C. D.*

de Signis inſcribitur: *Qui modus eſt in his rebus cupiditatis, idem eſt æſtimationis. difficile eſt enim facere pretio, niſi libidini feceris.* Torr.

Ponebam, h. e. inſumebam, collocabam: Verbum negotiatorum hoc. Bax.

Centum; ſupple æris, vel ſeſtertiûm. Bax.

25 *Cum lucro*; amara Irriſio. Bax.

Mercuriale, h. e. *Vulgo cognominabar Mercurius.* Vet. Schol. Cruq. *Coctio.* Alter Sch. Sunt autem Coctiones arilatores. Unde Gallorum *Coquin* deductum puto. Bax.

26 *Auctiones fere in Compitis fiunt; Compita autem ſunt loca in quæ multæ viæ competunt.* Vet. Schol. Bax.

27 *Et morbi miror purgatum te illius.* Miror equidem, unde hoc malo pede ſe in omnes ſuperiore ſæculo editiones intulerit. Alium enim verborum ordinem ſervant, & antiquitus excuſi libri, & ſcripti credo univerſi, noſtri certe ad unum omnes,

Et MIROR MORBI *purgatum te illius.*

Quod & ſoni ſuavitate, & compoſitionis ſimplicitate, altero præſtat. Bentl.

Mire *purgatum* tanquam de inſaniente. Bax.

28 *Emoveri* dicitur pecus quæ loco cogitur cedere in quo decubuit. Bax. *Emoventur membra* dum luxantur, *cardines* &c. Ges.

Novus; Dilogus & phreneſin dicit & deliramentum Stoicum: Dilogus etiam *cor* poſuit pro mente & ventriculo: nam & dementiam ſignificat, & cardiacum dolorem. Bax.

29 *Trajecto*; *Proprie, ita enim Medici dicunt.* Vet. Schol. Μεταλαμβανομένῳ τῇ πάθει. Bax.

Lateris miſeri capitiſque dolore. Etiam hic per interpretum negligentiam impune graſſata eſt ſciolorum hominum audacia. Cum enim Venetae & Loſcheriana editio recte habuiſſent VE;

ut ſolet in cor
*Trajecto lateris miſeri capitiſ*VE *dolore:*

neſcio quomodo jam per ſæculum & amplius illud QUE in excuſis omnibus locum obtinuit. Atqui non illud vult Horatius, eundem hominem & latere & capite dolere, atque utrumque dolorem in cor una trajici. Nam ex comparatione, *Et miror morbi purgatum te illius*, de uno hic morbo, non de pluribus agi manifeſtum eſt. Ergo VE huc reſtituendum; in alio ſcilicet *capitis* dolor, in alio *lateris*, in *cor* trajici ſolet. *Ve* etiam habet Battelianus & Regius, cum uno Berſmanni: quin & Scholiaſtes Acron clare agnoſcit; ubi ſic locum enarrat; *Qui lateris* AUT *capitis dolore correpti ſunt.* Bentl.

Minus probabilis videtur Bentleii Diſjunctiva *capitiſve* pro *capitiſque*; neque enim utilis erit. Bax.

30 *Cum fit pugil*; Comica Periphraſis Phreneteci. Bax.

Urget; propellit; per Charientiſmum pro cædit. Neſcio cur Bentleius prætulerit

angit,

¶ Dum ne quid ſimile huic, eſto ut libet. ¶ O bone, ne te
Fruſtrere; inſanis et tu, ſtultique prope omnes,
Si quid Stertinius veri crepat; unde egomira
Deſcripſi docilis præcepta hæc, tempore quo me
Solatus juſſit ſapientem paſcere barbam,
Atque e Fabricio non triſtem ponte reverti.
Nam male re geſta cum vellem mittere operto
Me capite in flumen, dexter ſtetit, et Cave faxis
Te quicquam indignum: pudor (inquit) te malus angit,
Inſanos

38. Infr. V. 177.

33 verum *Sax.* 39 angit *etiam G. Bentl. ex MSS. Cun.* Urget *Mſs. Mus. Br. B. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

angit, cum *urguet* accommodatior ſit vox atque etiam fortior. Bax.

31 *Eſto ut libet*; Urbano Euphemiſmo utitur, cum deberet dicere, Per me licet vel quovis modo pereas. Bax.

O bone; Ironica compellatio, tanquam bellus eſſet ſodalis. Bax.

Ne te fruſtrere; urbane dicitur pro ne te fallas: minus eſt enim fruſtrari quam falli. Bax.

32 *Stulti* & *ſtolidi* dementes ſunt, a fœminea ſtola. Bax.

33 *Stertinius*, Philoſophaſter Stoicus, qui ſcribillando victum quærebat. Nam *ducentos viginti libros Stoicorum ſcripſit*, ut ait Vet. Schol. in Epiſt. 12. bene igitur *crepat* de tam futili. Bax.

Unde, a quo. Vet. Schol. Bax.

34 *Præcepta hæc*, Ironica commendatio. Bax.

35 *Non quaſi ipſum ſapientem, ſed barbam.* Vet. Schol. Erat enim ἐκ πώγωνος σοφός, ut Proverbio dicitur. Bax.

36 *Pons Fabricius, qui modo Lapideus dicitur, habet a conditore vocabulum, Fabricio ſcilicet Conſule.* Vet. Schol. Bax.

37 *Male res Geſta*, Charientiſmus, pro perditis bonis; ac ſi nihil defuiſſet ſibi præter ſucceſſus. Bax.

Mittere operto Me capite. capite operto: ἐγκαλυπτόμενος. Qui ſibi mortem conciſcere volebant, & qui mortis periculum ſibi imminere videbant, & quos alicujus facti valde pudebat, qui ſe diis manibus devovebant, ii caput ſibi operiebant. M. Tull. lib. 2, 3. de nat. deor. *ut quidam imperatores etiam ſeipſos diis immortalibus capite velato verbis conceptis pro repub. devoverint.* Lam.

Operto capite; iſto modo devovebant ſe morituri, ut oſtendit Cruquius. Bax. Nempe ut pudoris, ita metus, horroriſque remedium eſt caput obvolvere. Ges.

38 *Dexter*, felix; nam dextra auſpicia bona ſunt. Significat opportune eum veniſſe. Bax.

39 *Pudor, inquit, te malus urget.* Reducenda eſt Blandiniorum codicum lectio, angit, quam Torrentius, Berſmannus, Pulmannus in compluribus ſuis invenerunt. Ex noſtris ſolus habet Battelianus. Similis librariorum lapſus alibi occurrit: ut in Virg. Aen. IX, 89.

nunc ſollicitam timor anxius urget.

In melioribus membranis *angit* reperit Pierius, & ſic in ſua editione dedit Nic. Heinſius. Ceterum *urget* paullo ante habuimus v. 30; ut inconne hic repetatur. Bentl.

Malus,

Insanos qui inter vereare insanus haberi.
Primum nam inquiram, quid sit furere; hoc si erit in te
Solo, nil verbi, pereas quin fortiter, addam.
Quem mala stultitia, et quemcunque inscitia veri
Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus et grex
Autumat. Hæc populos, hæc magnos formula reges,
Excepto sapiente, tenet. Nunc accipe quare
Desipiant omnes æque ac tu, qui tibi nomen
Insano posuere. Velut silvis, ubi passim
Palantes

43 cujusque *Cun.* quemcunque *etiam G. H. it. Med.* 1477. quæcunq. *Z. &c.*

Malus, h. e. male collocatus & carens ratione: & cum septem Cruquii MSS. *angit* reposui pro *urguet*; nec improbavit Torrentius: Et rectius modo *angit* quam *urguet*, quod supra secus fuerat. Scholiastæ silent. Bax.

40 *Stulta verecundia est vereri in his vitiis quæ videntur esse communia.* Vet. Schol. Bax.

41 *Primum nam*; Hyperbaton. *Ostendit quid sit furor, ut Lucilius.* Vet. Schol. Bax.

42 *Fortiter*, Ironice protulit: *fortes* sibi videntur qui mortem sibi consciscunt. Bax.

43 *Mala*; prava, perversa & per hoc turpis. Bax.

Et quemcumque. Sic habent tres libri Vat. & Jann. Faër. Torn. vulgati *quæcumque* mendose. *agit* autem, id est, agitat, impellit, vexat. Lam.

Omnes pene MSS. legerunt pro *Quæcunque*, *Quemcunque*. Bax.

45 *Populos*; h. e. Civitates, seu Respublicas. Bax.

Hæc mag. formula reges. Formula proprie juris vocabulum est. *Formulas* enim vocabant Icti propositiones quasdam certis ac solennibus verbis conceptas, ne quis in instituenda actione vel petitione aliqua aberraret, quas sequi omnes tenebantur. unde dicti *Formularii*, qui in illis versabantur. Cicero pro Q. Roscio Comœdo, 8: *Sunt jura, sunt formulæ de rebus omnibus constitutæ, nequis aut in genere injuriæ aut in genere actionis erraret: expressæ sunt enim publicæ a Prætore, ad quas privata lis accommodatur.* Suam ergo hic etiam Stoïcus, instar Prætoris, formulam proponit, ex qua vel reges ipsi agnoscant se insanire. Atque ita Suetonius Domit. c. XIII. *formalem* vocat *epistolam*, ad differentiam *familiarium*, qua statuitur aliquid vel edicitur: quod principi facere etiam per Epistolam licebat. Torr.

Formula, Definitio. Vet. Schol. Cruq. Aristoteli Τύπος. Sunt etiam singularia veluti exempla Definiti, atque hujus veluti signum Definitio est. Bax.

46 *Sapientem* modo dicit Stoicum. Bax.

Tenet, capit, complectitur. Bax.

48 *Tibi nomen Insani pos.* libri vulgati habent, *Insano posuere, &c.* quam lectionem quamvis non damnem, hanc tamen malo: atque ita locutus est Sat. 3. lib. 1. v. 58. *illi Tardo cognomen pinguis damus, &c.* Lam.

qui tibi nomen insano p. Omnia scripta consentiunt in dativo, insano, præter unicum Tonst. qui habet insani. Cruq.

Palantes error certo de tramite pellit;
Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit; unus utrique
Error, ſed variis illudit partibus: hoc te
Credo modo inſanum, nihilo ut ſapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat. Eſt genus unum
Stultitiæ nihilum metuenda timentis; ut ignes,
Ut rupes, fluvioſque in campo obſtare queratur:
Alterum et huic varum, et nihilo ſapientius, ignes
Per medios fluvioſque ruentis: clamet amica
Mater, honeſta ſoror, cum cognatis, pater, uxor;
Hic foſſa eſt ingens! hic rupes maxima! ſerva!
Non magis audierit quam Fuſius ebrius olim

Cum

50 utriuſque Z. utriſque *Sax. & Mſ. Mus. Br. C.* utrimque *Cun.* 52 Crede *Mſs. Mus. Br. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 56 varium *etiam G. Z. Med.* 1477. *Fl.* 1482, *&c. Mſs. Mus. Br. B. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br. Sed* varum *Acron & Porph.* 60 Fuſius *etiam Lambi. Torr. & Cun. qui laudat alios.*

Silvas montanas dicit atque invias ſolitudines in quibus diſpalantur boves. Bax.

49 *Palantes.* ſic Lucretius lib. 2. *atque viam palantes quærere vitæ.* Lam.

Error, evagatio. Bax.

Pellit, elongat. Bax.

50 *Abit*; diſcedit, aberrat. Bax.

51 *Illudit*; fruſtratur, ludos facit. Bax.

53 *Caudam trahat*; *ita ſtultus ſit ut pecus.* Vet. Schol. Cæcutiunt hic vel doctiſſimi, dum non attendunt Poetam de boum errore ſuperius agere. Bax. *Caudam trahere* eſt pecudem eſſe, vel pecude non ſapientiorem. Etiam in Germania ita laſciviunt interdum adoleſcentes, ut non ſentienti caudam pecudis a tergo ſuſpendant irriſionis cauſa. Subjicit deinde Stoicus Socratis dictum de inſanientibus, quibus ille deinde comparat Philoſophos apud Xenoph. Memorab. 1. 1. Ges.

55 *In campo*; in planitie. Bax.

56 *Huic varum*; *pedes in diverſum flexos habentes varos dicimus.* Vet. Schol. Peſſime Recentiores repoſuere *varium* quod minus convenit Satyrico ſtilo. Bax. *Varum* etiam eo nomine placet, quod illo utitur plus ſemel imitator noſtri Perſius, ut 4, 12. et 6, 18. Ges.

57 *Clamet*; Aſyndeton Morale & Comicum. Bax.

58 *Honeſta ſoror*; Dilogus de bona & nobili: & ſtudet notum facere quem pulſat. Bax.

59 *Serva.* Cave, φυλάττω. Bax.

60 *Fuſius Phocæus Tragœdiarum Actor fuit, qui cum vellet Ilionam dormientem exprimere, in ſcena obdormivit.* Vet. Schol. Bentleio *Fuſius* ex quibuſdam Libris manu exaratis. Diſquirant quorum intereſt: nobis probabilior videtur *Fuſius*, puto quod ſit auribus familiarius. Bax. Etiam apud Ciceronem *Fuſium* malunt viri docti: nota gens *Fuſia*, non item *Fuſia* &c. Ges.

61 *Iliona* Tragœdia erat Pacuvii. Bax. *Ilionam* ipſius etiam Hecubæ nomen fuiſſe, non

Cum Ilionam edormît, Catienis mille ducentis,
Mater te appello, clamantibus. Huic ego vulgum
Errori ſimilem cunctum inſanire docebo.
Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo.
Integer eſt mentis Damaſippi creditor? eſto,
Accipe quod nunquam reddas mihi, ſi tibi dicam,
Tune inſanus eris, ſi acceperis; an magis excors,
Rejecta præda, quam præſens Mercurius fert?
Scribe decem a Nerio: non eſt ſatis; adde Cicutæ
Nodoſi

62 vulgus *etiam G. & quæd. editt. ap. Cun. & Mſs. Mus. Br. C. D. F.*

non tantum filiæ illius, ex Cic. Acad. 2 c. 27 & h. l. colligitur. Certe in Euripidis Hecuba filii ipſius Polydori umbra hanc matrem ſuam dormientem excitat. Niſi aliam fabulam ſecutus eſt Pacuvius, quam habet Hygi. fab. 109. Et hoc ſequitur mox Baxterus, vir doctus. Ges.

Catienus Hiſtrio erat qui umbram egit Polydori. Bax.

62 *Mater*; Iliona Polydori erat mater nutritia & ſoror, Polymneſtori Thraci nupta. Verba ſunt Pacuvii apud Ciceronem (Tuſc. 1 c. 44) *Mater te appello, tu quæ ſomno curam ſuſpenſam levas, Neque te mei miſeret, ſurge & ſepeli natum, Priuſquam feræ volucreſque* &c. Bax.

Inclamantibus. Cun.

Mire Bentleius conjunxit *vulgus* & *ſimilem*, cum ipſe repererit in Libris *vulgum* & *ſimilem* in eodem genere; neque *vulgus* & *ſimilis* poſſint Syntaxi convenire hoc loco. Bax. *Similem* intell. *errorem huic errori inſanire*, ſive *volgus* malis ſive *vulgum*, poteſt docere, ſalva Grammatica, Stertinius. Lectio Bentleiana itaque poteſt bona eſſe, licet non bene illam defenderit. Ges.

63 *Errori*; dementiæ ſcilicet quam dixi: dementiam enim per Euphemiſmum errorem dicimus. *Ut me malus abſtulit error!* Virgilius. Ecl. 8, 41. *Error proprior eſt iis qui in ſilvis incerta via vagantur.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

65 *Integer* eſt cui nihil deperiit. Bax.

Eſto, h. e. mittamus loqui de iſto. Comica Μεταβασις. Bax.

Alia omnia puto. Non tranſit Poeta ad aliud, ſed probare aggreditur quod dixerat. *Eſto* Geometrarum more ponit. Eſto hæc ſpecies: ponamus hunc caſum, *ſi dicam tibi, Accipe* &c. Ges.

68 *Præſens*, votis parens, & per hoc propitius. Notum eſt Mercurium eſſe deum lucri. Bax.

69 *ſcribe decem a Nerio.* In hac lectione conſentiunt omnes ſcripti codices. Cruq.

Obſcurum eſt, quia tacet Horatius, & repugnantia dicunt veteres Scholiaſtæ, qui fuerint *Nerius & Cicuta*. Gronovius de Pec. vet. p. 644. ICtos facit; Bentleius ad Hor. Lib. 2, Ep. 1, 105 feneratores. Sententia non multum diverſa, utrum eligas: Scribendas cura, o Creditor, tabulas decem, quales a Nerio, centum, quales a Cicuta ſcribi (ſi ſint ICti, præſcribi debitoribus, ſi ſint feneratores) ſolent—tamen falleris. *Cicuta* ut fenerator deſcribitur v. 175. & ſi idem eſt Perillius, v. 75. Ges.

Scribere juris verbum eſt, pro mutuum ſumere;

Nodoſi tabulas centum; mille adde catenas:
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus.
Cum rapies in jus malis ridentem alienis,
Fiet aper, modo avis, modo ſaxum, et cum volet arbor.
Si male rem gerere, inſani eſt; contra, bene, ſani;
Putidius multo cerebrum eſt (mihi crede) Perilli,
Dictantis, quod tu nunquam reſcribere poſſis.
Audire, atque togam jubeo componere, quiſquis
Ambitione

Virg. Georg. IV. 440.

72 in jura *MSS. ap. Torr. G. S. Z. &c. qui* malis *putarent eſſe* τοῖς κακοῖς, *cum ſit genis.* Jura etiam in *Mſs. Mus. Br. B. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 73 Mox Saxum *Mſ. Mus. Br. D.*

reſcribere vero eſt reddere debitum. Vet. Schol. Cruq. Verum hoc loco *Scribe decem a Nerio* eſt, Tu ſcribe decem tabulas ſive Syngraphas, quales ſcribebat debitoribus ſuis fœnerator Nerius: nam *a Nerio* eſt in morem Nerii. Bax.

Supple *ſi:* nam eſt Aſyndeton Comicum. Bax. Conf. infra v. 116. Ges.

Cicutæ, nomen duri fœneratoris.

70 *Nodoſi: argumentoſi.* Vet. Schol. Bax. Qui nodos & laqueos verborum ſtruere poſſit, ut valida fiat obligatio. Ges.

Catenas; cautiones & nexus juris. Vet. Schol. Bax.

71 Comice *ſceleratus* pro aſtutus. Bax.

72 *cum rapies in jus malus, r. a.* ſic habent Blandinii codices, ceteri in jura. Cruq.

In jus. h. e. in forum. Bax.

Malis ridentem alienis; Græcus eſt ſermo, qui ſignificat, ſi eum in jus rapere cœperis riſum ſimulabit ſuis malis. Vet. Schol. Cruq. γναθμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισι. Homerus. (Od. Υ. 347) Sic & Valerius Flaccus (8. 164) *Alieno gaudia vultu ſemper erant.* Bax. Homerica ratio quod ad verba, ſed ſenſu plane alio. Hic debitor ridet *malis* ſ. genis creditoris, ut Galli dicunt, *aux depens du cre ancier.* Turpicule Itali, ſed appoſite ad hanc rem, *Forbirſi il culo colla camiſcia d' altrui.* Ges.

73 *Aper, ferox; avis, fugax; ſaxum & arbor, mutus.* Vet Schol. Satis belle. Bax.

74 *Male rem gerere* per Charientiſmum poſuit pro rem perdere; ac ſi id quod erat ſtolidæ dementiæ imputandum foret caſibus Fortunæ. Bax.

Nollem cum Bentleio ponere verbum *eſt* ad finem hujus verſus, præſertim cum pauciores Libri id faciant, atque ipſa ſtructura minus ſit naturalis. Bax.

Bene; ſcilicet rem gerere. Vet. Schol. Bax.

75 *Putidius; magis inſanum.* Vet. Schol. Metaphora a putidis ovis deſumpta. Bax.

Perillius Cicuta amariſſimus conſignator. Vet. Schol. Bax. Sive ICtus fuerit, ſ. fenerator, callebat artem *conſignandi* tabulas & leges contractus, ut eæ eſſent quam validiſſimæ & debitorem conſtringerent, ne calumniari aut effugere poſſet. Sed Horatius quidem hunc Perillium feneratorem dicit haud dubie, quem *putidi cerebri* accuſet. *Cicuta* quidem avarus fenerator mox inducitur v. 175. Ges.

76 *Dictantis*; Tabellioni ſcilicet cautionis formulam componenti. Bax.

Reſcribere eſt per menſæ ſcripturam reddere, autore Donaco: & per hoc: *Scriptum debiti liberare*, ut ait. Vet. Schol. Bax.

77 Adhuc quæ proprie ad Damaſippum pertinent diſputavit Stertinius, cum oſtendit, ſtultiores ipſo eſſe, qui crediderint pecuniam. Jam ad regulam ſuam generalem, v. 45 poſitam redit. Ges.

Togam

Ambitione mala aut argenti pallet amore,
Quiſquis luxuria triſtive ſuperſtitione,
Aut alio mentis morbo calet; huc propius me,
Dum doceo inſanire omnes, vos ordine adite.
Danda eſt hellebori multo pars maxima avaris:
Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem.
Hæredes Staberi ſummam incidere ſepulcro:
Ni ſic feciſſent, gladiatorum dare centum

Damnati

Togam componere cultu concinni diligentius audiunt. Vet. Schol. Bax. Modeſtiæ in primis eſt, manum intra togam continere. Vid. ad v. 254. Ges.

78 Dilogus dicitur *mala*, pro importuna & exitiabili. Bax.

79 Dilogus etiam *triſti* pro mœſta & exſecrabili; nam uſitato Euphemiſmo deteſtabilia omnia & *triſtia* & *mala* dicimus. Bax.

80 Bene *mentis morbo*; nam Stoicis omnes affectus morbi videntur. Bax. *Calet*, ut febricitantes. Ges.

82 *Helleboro purgatur cerebrum.* Ved. Schol. Cruq. Bax.

Hellebori Helleborus niger. Linn.

83 *Neſcio an Anticyram* amplificatio eſt. non ſolum hoc dico, multo maximam ellebori partem avaris eſſe dandam: verumetiam exiſtimo totam Anticyram, in qua naſcitur elleborus, iis eſſe tribuendam epiſt. ad Piſon. de arte Poët. v. 300. *Si tribus Anticyris caput inſanabile numquam Tonſori Licino commiſerit.* Sic. Perſ, 4, 16. *Anictyras melior ſorbere meracas.* Lam.

Ratio illis deſtinet. Si rectam, inquit, medendi rationem ſequamur, ut magno morbo magna parentur remedia, vix tota Anticyra curandæ avaritiæ ſufficiat. Duro nempe nodo durus quærendus eſt cuneus. Simile illud ad Piſones: v. 300.

—— tribus Anticyris caput inſanabile,
nec diſſimile hoc Plauti Menæch. 5, 5, 15.

Non poteſt hæc res ellebori fugere obtinerier. Torr.

Ratio; Philoſophia Stoica quæ rationis uſum tradit. Bax.

84 *Heredes Staberi.* Huic Staberio propoſitum fuit, quod ait Juvenalis, 14, 137.

Ut locuples moriaris egenti vivere fato.

Quod cum gloriæ ſibi duceret, ſummam patrimonii ſepulcro incidi voluit. quo teſtatum poſteris eſſet, quam dives ipſe obiiſſet. Torr.

Summam, relictæ pecuniæ. Vet Schol. Bax.

85 *Glad. d. c D. p. paria.* Hoc nempe in principum virorum ac divitum funeribus fieri ſolet, quo fuſo gladiatorum ſanguine dii inferi defunctorum manibus propitii magis eſſent, ac celebrior fieret defuncti memoria. Exemplum C. Terentii Lucani, qui avo, a quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit. Plinius lib. xxxv. c. vii: Ut autem Latini *gladiatorum paria*, ſic ζευγη dicunt Græci. Nec temere *damnandi* verbo utitur doctiſſimus Poëta; fortiſſimum enim legandi in teſtamento genus, quod per damnationem dicebatur his fere teſtatoris verbis, HERES DAMNAS ESTO DARE, quo dandi neceſſitas

Damnati populo paria, atque epulum, arbitrio Arri;
Frumenti quantum metit Africa. Sive ego prave,
Seu recte, hoc volui; ne sis patruus mihi. Credo
Hoc Staberi prudentem animum vidisse—Quid ergo
Sensit, cum summam patrimoni insculpere saxo
Hæredes voluit? Quoad vixit, credidit ingens
Pau-

cessitas imponebatur. Exempla apud Ictos passim obvia, atque ita Quinctil. lib. VII. c. IX. *Heres meus uxori meæ dare damnas esto argenti quod elegerit pondo centum uter eligat quæritur.* TORR.

86 Comice *Damnati* pro addicti. BAX.

Epulum arbitrio Arri. Hoc quoque in funebribus pompis observatum, ut loco potationis, quæ circum tumulum fieri solebat, sublatæ lege XII. tabularum, epulum præberetur: quod peculiari nomine *silicernium* appellabant, quasi *silicenium*, quod super silicem poneretur, manente vocabulo; quamquam ingenti apparatu in ædibus & sæpe etiam publice dabatur. Servius in illud Virgilii, Æn. 5, 91.

——*Ille agmine longo*
Tandem inter pateras & levia pocula serpens
Libavitque dapes.

Meminit & Tertullianus Apologetico & Festus quamquam corruptus. Quod autem *Arrium* arbitrum fingit poëta, non dubito quin referendum sit ad magnificentissimum illud Arrii convivium, de quo M. Tullius in Vatinium. TORR.

Arbitrio Arri, Frumenti quantum. Lego,
atque epulum arbitrio Arri, ET
Frumenti quantum metit Africa.
Centum paria, atque epulum, & frumentum. Id Librariis perpetuum est, ut voculam vel syllabam, siqua ultra senos versiculi pedes excurrit, penitus omittant. *Et* vero omnium facillime intercipi solebat, quia non literis sed punctis duntaxat olim notabatur. BENTL.

Duo erant insignes Catillones, Quinti Arrii filii, de quibus inferius v. 243. BAX. Pulchre arbitrium epularum luxurioso demandatur, ut vehementius multetur, qui commisit in legem testamenti. GES.

Arri, et CUN.

87 *Africa*, horreum populi Romani hæc. BAX. Vid. Od. I, 1, 10.

88 *Recte* sit quod ad rationis normam facimus; quod contra prave. BAX.

Patruus; h. e. Tutor, vel custos; Comice. BAX. Vetat Staberius disputari de voluntate sua, sed sibi pareri. Interim divinat Stertinius cum actione quadam deliberantis, se ipsum interrogantis & respondentis. GES.

89 *Prudentem animum vidisse.* In omnibus codicibus, quos vidi tam scriptos quam excusos, legitur τὸ vidisse: at Lambinus secutus (ut arbitror) phrasim juridicam, legendum censet jussisse. CRUQ.

Prudentem Εἰρωνικῶς. Vet. Schol.. Et mire *vidisse*, cum *prudens* sit quasi providens. Viderat Staberius subjectionem istam fore, & se pro insano ab hæredibus habendum. Pessime Lambinus *jussisse* vel *voluisse* reposuit. BAX.

91 *Voluit*, vox Juris est. BAX.

Quoad vixit, quoad, hoc loco, unius syllabæ est, ut apud Lucret. lib. v. 1032. *Sentit enim vim quisque suam, quoad possit abuti.* ibid. Lib. v, 1212. *Ex simul ecquæ sit finis, quoad mœnia mundi, Et taciti motus possint hunc ferre laborem.* LAM.

92 *Acrius*, Vigilantius. BAX.

93 Et

Pauperiem vitium, et cavit nihil acrius; ut ſi
Forte minus locuples uno quadrante periſſet,
Ipſe videretur ſibi nequior: omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris
Divitiis parent; quas qui contraxerit, ille
Clarus erit, fortis, juſtus—Sapienſne? Etiam! et rex,
Et quidquid volet. Hoc, veluti virtute paratum,
Speravit magnæ laudi fore. Quid ſimile iſti
Græcus Ariſtippus, qui ſervos projicere aurum
In media juſſit Lybia, quia tardius irent

Propter

93 periſſet *etiam Bos Animadv. S. Cun.* Periret *Mſs. Mus. Br. D. F.* 96 Contraxerit *etiam Boſ. S. Z.* Conſtruxerit *Mſs. Mus. Br. C. D. F.* 97 Sapienſne *etiam H. S. Z.* Sapienſque *Mſ. Mus. Br. D.* Sapienſve *Mſ. Mus. Br. F.*

93 Et Lambinus & Cruquius a Scriptis Codicibus repoſuere *periſſet* pro *periret*, quod videtur & Veteri Scholiaſtæ placuiſſe. Bentleius tenere voluit *periret*, etſi nihil referret. Ejuſmodi Præterita ſæpe promiſcuo eſſe uſui rari ſunt qui ignorant. Bax.

94 *Nequior*, h. e. *abjectior*. Vet. Schol. Cruq. Comice pro deſpectior. Bax.

95 *Pulchris Divitiis*, Reginæ ſcilicet Pecuniæ. Bax.

96 *Divitiis parent, quas qui conſtruxerit*. Sic priſcae editiones dederunt, unde in ceteras derivatum eſt. Bona tamen pars codicum, in quibus noſtri Leidenſis, Reginenſis cum quattuor aliis, CONTRAXERIT: neque aliter Scholiaſtes Fabricii. Quod nuper adeo a docto Editore in Textum receptum eſt, altero rejecto. Sane ſic uſurpat Apuleius Metam. IX. *Ad iſtum modum, divinationis aſtu captioſo, non parvas* contraxerant *pecunias*. Verius tamen elegantiuſque eſt CONSTRUXERIT: ut Noſter alibi Serm. I, 1. v. 44.

At ni id fit, quid habet pulchri conſtructus *acervus?*

Carm. II. 3. 19.

& exſtructis in *altum*
Divitiis *potietur heres*.

Cicero cap. 5. contra Rullum: de Leg. Arg. *Videtis omnibus rebus & modis* conſtructam, *& coacervatam pecuniam decemviralem*. idem Phil. II, 38. *Itaque tanti acervi nummorum apud iſtum* conſtruantur. Perſius Sat. II. 44.

Rem ſtruere *exoptas, caeſo bove.*

Nihil igitur hic immutandum. Bentl.

Cruquii Codices cum Vetere Scholiaſte pro *conſtruxerit* legerunt *contraxerit*, quod videtur elegantius. Altera Lectio ex Interpretamento eſt. Bentleius retinuit *conſtruxerit*. Bax.

97 Bentleius poſt Lambinum atque Cruquium poſuit, *ſapienſne etiam & rex*, quod cum nobis videtur & durum & importunum, levi quidem negotio repoſuimus *ſapienſque etiam & rex*. Bax. Mihi placet etiam hic vivide, & per puncta interrogatiunculæ ac reſponſionis diſputantem induci Stoicum: quod illius ſectæ proprium ait Cic. Parad. pr. Ges.

100 *Græcus*, h. e. Etſi fuerat Græcus; quod auget miraculum: nam contemnere divitias magis Romanum erat. Bax.

Servos qui. Cun.

Aurum

Propter onus ſegnes? uter eſt inſanior horum?
Nil agit exemplum, litem quod lite reſolvit.
Si quis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec ſtudio citharæ nec Muſæ deditus ulli;
Si ſcalpra et formas, non ſutor; nautica vela,
Averſus mercaturis: delirus et amens
Undique dicatur merito. Qui diſcrepat iſtis,
Qui nummos aurumque recondit, neſcius uti
Compoſitis, metuenſque velut contingere ſacrum?
Si quis ad ingentem frumenti ſemper acervum
Porrectus vigilet, cum longo fuſte; neque illinc
Audeat

108 Quid diſcrepat *Mſs. Mus. Br. B. C.* 112 Porrectus *etiam G. & primæ editt.*

Aurum; *quod a quodam Rege Mauritaniæ acceperat.* Vet. Schol. Cruq. Bax. Narrat Laërt. 2. 77 Fecit humane, ut ſervis parceret onere gravatis. Ges.

103 *Nil agit exemplum.* Canon iſte Dialecticus. *Ad rem dubiam aperiendam nemo utitur dubio argumento.* Vet. Schol. *Exemplum* autem dicit inſtantiam, ſeu caſum ſingularem. *Senſus eſt, id exemplum quod in ſe quæſtionem habet non eſt verum.* Vet. Schol. Bax. Avarorum ſtultitia non poteſt convinci exemplo Ariſtippi, ſtultitia alia laborantis: certe non potuit laudare Stoicus patronum voluptatis, Diogenis Antiſophiſtam. Cum ergo Ariſtippi exemplo non poſſit redargui avaritia, ponit aliam ſpeciem. Ges.

Reſolvit, Metaphora ab aperiendis nodorum nexibus. Bax. *Reſolvit*, i. reſolvere conatur. Ges.

104 *Si quis emat.* Bene ex Xenophontis Oeconomico Lambinus. Nos Auſonii perlepidum Epigramma recitabimus: Epigr. 44.

Emtis quod libris tibi bibliotheca referta eſt,
Doctum & Grammaticum te Philomuſe putas?
Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde;
Mercator hodie, cras citharædus eris.
Torr.

In unum, ſupple locum. Bax.

106 *Formas, Calopodia.* Vet. Schol. Bax.

108 *Undique, ab omnibus.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Pro *quid*, Cruquii & Torrentii Codices legerunt *qui*, quod & Vetus Interpres confirmat. Bax.

109 *Nummos* dicit argenteos. Bax.

Bene *Neſcius*, cum cogitaret de artium ignaris. Bax.

110 *Compoſitis*, per Euphemiſmum pro ſepultis. Bax.

Veluti ſacrum; Proverbiali Schemate profertur. Græci ἄθλιν ἱερὸν dicunt de eo quod non verentur attingere. Bax.

112 *Porrectus vigilet*; pulcherrima Enargia. Bentleius ſolo judicio ſuo niſus, acriter contendit pro *Porrectus* legi deberi *Projectus*; cum contra nobis *Porrectus* (quod eſt, humi cubans)

Audeat eſuriens dominus contingere granum,
Ac potius foliis parcus veſcatur amaris:
Si poſitis intus Chii veteriſque Falerni
Mille cadis--nihil eſt; tercentum millibus, acre
Potet acetum: age, ſi et ſtramentis incubet, unde-
Octoginta annos natus, cui ſtragula veſtis,
Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcat in arca:
Nimirum inſanus paucis videatur, eo quod
Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.
Filius, aut etiam hæc libertus ut ebibat hæres,
Dîs inimice ſenex cuſtodis? ne tibi deſit?
Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum,
Ungere ſi caules oleo meliore, caputque

Cœperis

122 hoc libertus *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

cubans) convenientius videatur hoc loco vocabulum *vigilanti* & deliteſcenti *cum longo fuſte*, quam *Projectus*. Bax.

Longo cum fuſte. Cun.

113 Etſi & *dominus* & *eſuriens*. Bax.

114 *Foliis amaris*. non oleribus hortenſibus, ſed agreſtibus, & iccirco amaris. Lam.

Amaris, acerbis; ſic & Virg. Ecl. 1, 79. *Salices carpetis amaras*. Bax.

115 *Chii veteriſque Falerni*; h. e. optimi Græci & Italici vini. Bax.

116 Obſerva correctionem, ut v. 69. Ges.

117 *Acetum*, vappam. Bax.

Age, *Præterea*. Vet. Schol. Cruq. Comica Μετάβασις. Bax.

Stramentis, h. e. ſtramineis toris. Bax.

Unde, *uno minus die*. Vet. Schol. Bax.

118 *Stragula*, *pretioſa plumario opere facta*. Vet. Schol. Bax.

119 *Blattarum epulæ*. Adſcribam antiquiſſimi codicis gloſſarium: *Blatta vermiculus veſtem rodens, a colore nuncupata: ſiquidem comprehenſa manum tinguit. unde & Blattium colorem dicunt. Hoc autem animal lucem videre non patitur, contrarium muſcæ: nam muſca lucipeta, blatta lucifuga eſt, per noctem ambulans, & eſt volatile.* Nec multo aliter de hoc animalculo Plinius lib. xxix. c. vi. At vero *lucifugas* vocat etiam Virgil. iv. Georg. 243. Sunt qui a verbo βλάπτειν dici velint. Torr.

Tineæ blattarum ſunt proles. Bax.

Blattarum. Inſecta incerta.

Tinearum. Phalæna veſtianella. Linn.

121 Proprie *jactatur* de inſano, vel febricitante. Bax.

123 *Diis inimice*, & per hoc devote, κατάρατε: & mire *ſenex* de avaro & deliro. Bax.

124 Mire etiam *ſummæ curtabit*: id enim vel maxime verentur divites avari ne aliquid de rotunda ſumma depereat. Bax.

Cœperis impexa fœdum porrigine? Quare,
Si quidvis ſatis eſt, perjuras, furripis, aufers
Undique? tun' ſanus? Populum ſi cædere ſaxis
Incipias, ſervoſque tuo quos ære parâris,
Inſanum te omnes pueri clamentque puellæ:
Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno,
Incolumi capite es? Quid enim? Neque tu hoc facis Argis,
Nec

127 pejuras GES. & *Mſs. Mus. Br. B. C. D. in Bib. Reg. Br.* 129 tuo *etiam H.* tuos *Mſs. Mus. Br. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 128 tum ſanus *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr.*

127 *Quidvis*, etiam viliſſima quæque. BAX.

129 Bentleius, Tanaquillum Fabrum ſecutus, pro *ſervoſve tuos* reſcribi voluit *ſervoſve tuo*, neque male hoc fecit. BAX.

130 Legendum ſolute *pueri clamentque puellæ*. BAX.

131 *Cum laqueo uxorem*; credo eum de Albutio cogitâſſe, de quo ſupra 2, 1, 48. BAX.

132 *Capite* poſuit pro cerebro. BAX.

Quid enim. Quid ni legere mallet Lamb. ſed diſſentiunt codd. noſtri, & ſimile illud: *Quid enim? concurritur*. Sat. 1, 1, 7. TORR.

Quid enim? neque tu hoc facis Argis. Locus ſane difficilis & interpretibus moleſtus:

Cum laqueo uxorem interimis matremque veneno,
Incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc
facis Argis,
Nec ferro, ut demens genetricem occidit Oreſtes.

Ubi *quid enim* matricidae verba eſſe volunt, negantis ſe ideo inſanire. Atqui *quid enim* non negantis eſſe oratio, ſed confirmantis. Ita Serm. I, 1. 7.

Militiæ eſt potior: quid enim? *concurritur: horae*
Momento aut cita mors venit, aut victoria laeta.

Probat hic, ut vides, colligitque, militiam eſſe potiorem. Atque ita paſſim uſurpant boni auctores. Sine dubio igitur ſunt verba haec Stoici, in argumentatione pergentis. Atque adeo priora illa ſine interrogatione per Ironiam proferenda ſunt, *Incolumi capite es. Quid enim?* Sic enim recte procedet oratio, & *Quid enim* hoc pacto confirmantis erit, quod poſt interrogationem eſt negantis. Quae autem ſequuntur, *Neque tu hoc facis Argis*, Stoicus quidem loquitur, ſed ex matricidae perſona: & perinde eſt ac ſi diceret, *Dices, neque hoc Argis facio, neque ferro matrem occido: cur itaque, ut Oreſtes, inſanus vocer? Quid?* reſpondet Stoicus, *An tu Argis demum, occiſa ibi matre, tum primum inſaniſſe Oreſtem putas? Quin multo ante, dum peregre fuit, inſanivit, priuſquam matrem occidiſſet. Nihil itaque attinet, quo loco, aut quo modo id ſcelus perpetres: ſiquidem matrem interimis, certe inſanus haberi debes.* Nullam aliam, ſi ſapis, in recepta lectione ſententiam quaeres. Sane quattuor apud Pulmannum codices pro *quid enim* QUID NI exhibent. Quippe *enim* in ſcriptis exemplaribus hoc fere modo *(n.)* compendioſe notatur; unde proclivis erat Librariis lapſus a *quid ni* ad *quid enim*, & viciſſim. Porro & *tu* in illis quae ſequuntur, *Neque tu hoc facis Argis*, facile pro *n* ſive *enim* decipere potuit; quin & a codice Reginenſi omnino abeſt. Levi igitur brachio ſic verſum concinnare poteris,

Incolumi capite es? QUID NI? *neque* ENIM *hoc facis Argis.*

quorum alterum a ſcriptis codicibus venit, alterum ab eruditiſſimi Lambini conjectura. *Quidni incolumi?* ait Stoicus, urbane & εἰρωνικῶς:

Nec ferro, ut demens genetricem occidis Oreſtes,
An tu reris eum occiſa inſanîſſe parente?
Ac non ante malis dementem actum Furiis, quam
In matris jugulo ferrum tepefecit acutum?
Quin ex quo habitus male tutæ mentis Oreſtes,
Nil ſane fecit quod tu reprêndere poſſis:
Non Pyladen ferro violare auſuſve ſororem
Electram; tantum maledicit utrique vocando
Hanc, Furiam; hunc, aliud, juſſit quod ſplendida bilis.
Pauper Opimius argenti poſiti intus et auri,

Qui

133 occidis *Bentl. ex* VII. *MSS. it. Sax.* occidit *Mſs. Mus. Br. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 135 malis *etiam H. G. Z. &c.*

xῶς: *neque enim aut Argis aut ferro matrem jugulas; ut pro Oreſte habendus ſis.* Eadem facetia, Noſter alibi Art. Poët. 382.

Qui neſcit, verſus tamen audet fingere. quid ni?
Liber & ingenuus, praeſertim cenſus equeſtrem
Summam nummorum, vitioque remotus ab omni.

Equidem, ut vulgatam lectionem, demta interrogatione, non improbo: ita hanc fortiorem & elegantiorem eſſe plures, opinor, cenſebunt. Bentl.

Quid enim? Interpellante affectu interrogat quid dicendum putet; & eſt Comicum. Pro *Quid enim? Neqùe* (quæ vera erat ſcriptura) Bentleius ex quibuſdam Chartis repoſuit *Quidni? neque enim*, ſatis alieno intellectu. Bax.

Argis, apud Græcos hujuſmodi ſcelerum peritos? Bax.

133 Bentleius autoritate unius Libri repoſuit *occidis Oreſtes* pro *occidit*, quod vix probaverim. Quid quod *Oreſtes* non ſit Vocativus? Bax.

134 *Occiſa parente*, h. e. ob occiſam parentem. Bax. Furor non fuit pœna paricidii, ſed cauſa. Ges.

135 Pro *malis* apud Veterem Interpretem occurrit *magis*, quod magis concinnum, etſi altera ſcriptura poſſit ferri. Bax.

Actum, Metaphora a bobus œſtro percitis. Bax.

136 *In matris jugulo.* Παδοκοιία. Cruquius. Bax.

137 *Tutus* dicitur cui morbus nil minatur periculi. Bax.

tutæ male. Cun.

138 Comice *tu* protulit pro aliquis. Bax.

139 *Auſuſve ſororem Electram.* Pulmanni liber optimus cum Regio addunt *eſt: auſuſve ſororem* est *Electram.* Recte. Librarii pro more ſuo omiſerunt; quia Hexameter citra id integer eſt. Bentl.

140 *Furiam*, Diabolam, Μίδες μ' ἔσα τῶν ἐμῶν Ἐριννύων. Euripidis Oreſtes 264. Bax. Quod Helenam in fine hujus fabulæ interficere conatur Oreſtes, quod Hermiones jugulo intentat gladium, illud ſobrius jam facit & illud ulciſcendi conſilio, hoc ſalutis ſuæ impetrandæ cauſa. Ges.

Splendida bilis; h. e. generoſa inſania. Bax.

142 *Pauper*; *Animo, non fortuna.* Vet. Schol. Bax.

Qui Veientanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, vappamque profeſtis,
Quondam lethargo grandi eſt oppreſſus, ut hæres
Jam circum loculos et claves lætus ovanſque
Curreret: hunc medicus multum celer atque fidelis
Excitat hoc pacto; menſam poni jubet, atque
Effundi ſaccos nummorum; accedere plures
Ad numerandum: hominem ſic erigit: addit et illud,
Ni tua cuſtodis, avidus jam hæc auferet hæres.
¶ Men' vivo? ¶ Ut vivas igitur, vigila: hoc age. ¶ Quid vis?
¶ Deficient inopem venæ te, ni cibus atque
Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.

Tu

151 jamjam *Heinſ. Cun.* 154 *pro* Ingens, præſens *conj. Bentl.* inſtans *Cun.* accedit *Bentl. & Mſ. Mus. Br. C.*

143 Sic & Perſius 5, 147. *Veientanumque rubellum*, de vino viliſſimo, ex agro Veientano. BAX.

144 *Trulla, vas orbiculatum & circa ſumma anguſtius, & utrinque anſatum.* Landinus. BAX.

Vappam, vinum quod exhalaverit. Landinus. BAX.

145 *Oppreſſus*, per Euphemiſmum pro ſtrangulatus. BAX.

146 *Loculos* arcas dicit. BAX.

147 *Celer*, promptus & ingenio velox. BAX. Ut ὀξὺς, acutus. GES.

148 Bene *excitat* de Lethargico. BAX.

150 *Sic*, rebus ita paratis. GES.

Erigit, facit erigere ſe in lecto. BAX.

152 Etiam hic dialogiſmus eſt pars ſermonis Stertinii, qui inducit Medico excitanti reſpondentem ægrotum. GES.

Hoc age; Τοῦτο πράττε, Proverbiali forma dicitur: Noli ceſſare. BAX.

Quid vis? h. e. noli moleſtus eſſe: ſtupentis Interrogatio. BAX.

153 *Inopem*, inutilem & animam linquentem. BAX.

154 *Ingens accedat ſtomacho.* Vide modo hos duos verſiculos:

Deficient inopem venae te, ni cibus atque
Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.

Ubi primo ACCEDIT reponendum eſt, fide codicum multo plurium, novem ſcilicet ex noſtris, quinque ex ſex Pulmannianis, trium ex Berſmannianis quattuor. Ceteri interpretes, editiones veteres patienter ſecuti, variantem hic lectionem diſſimulant. *Ni accedit*; ut paullo ante v. 151. *Ni tua cuſtodis.* Serm. I, 2. 95. *Ni Catia eſt.* II, 7. v. 118. *Ocius hinc te Ni rapis.* Illud deinde mecum conſidera, *Ni cibus atque ingens fultura accedit ſtomacho ruenti.* Quid ſodes ſibi illa volunt *cibus atque ingens fultura?* Sane *cibus* ſtomachi fultura eſt; ut Lucret. II. 1147.

Et fulcire cibis *atque omnia ſuſtentare.*

IV, 865.

Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus. Colu-

154. Withof. Enc. Crit. 305. Pro Ingens docet Ingenua

Tu ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ.
¶Quanti emptæ? ¶Parvo. ¶Quanti ergo? ¶Octuſſibus.
¶Eheu!
Quid refert, morbo, an furtis pereamve rapinis?

156 emtum *Cun.*

Columella VI, 24. *Quae vacca, cum partum edidit, niſi* cibis fulta eſt, *quamvis bona nutrix, labore fatigata nato ſubtrahit alimentum.* Vinum quoque potentiſſime reficit & *fulcit venas deficientes.* Seneca Epiſt. XCV. *Antiqui medici neſciebant dare* cibum *ſaepius, &* VINO fulcire venas cadentes. Bentl.

155 Cum Cruquii & Torrentii Codicibus, Veterique Scholiaſte, *Tu ceſſas* legendum cenſui pro *Quid ceſſas?* & habet Emphaſin duplicis periculi, & vitæ & nummorum ſcilicet. Bax.

Ptiſanarium, Πτισανάριον, Diminutivum a *ptiſana:* ſignificat non eſſe multum quod ſumi velit. Bax.

156 *Quanti ergo? octo aſſibus.* Lambini hoc facinus eſt; qui exploſa vetere lectione octussibus, primus hanc quae nunc paſſim circumfertur in ejus ſedem intruſit: *ineptam* ſcilicet alteram & *corruptam* clamitans, quippe *octuſſe* numero ſingulari, non *octuſſibus* numero multitudinis dictum oportuiſſe. Hunc ſequuntur Cruquius Torrentiuſque, etſi inviti quodammodo & repugnantes. Ita demum evenit, ut quod germaniſſimae Latinitatis & nativae elegantiae eſt, indignis modis quaſi furca hinc ejiceretur. Nos pro more & penſo noſtro pergemus de Horatio bene mereri; & veram lectionem, neglegentia interpretum proditam, poſtliminio revocabimus:

Quanti emtae? parvo. quanti ergo? octussibus. Utrumvis quidem recte dixeris, *Ptiſanarium oryzae vēnit octuſſe*, vel *vēnit octuſſibus:* magis tamen amabant veteres in hac locutione numerum pluralem. Cicero de Officiis II, 17. *Ne Marco quidem Seio vitio datum eſt, quod in caritate* asse *modium populo dedit.* Vides hic numerum ſingularem: ſed Livius, Plinius aliique pluralem maluerunt. Livius IV, 16. *L. Minucius bove aurato donatus eſt, ne plebe quidem invita, quia frumentum Maelianum* assibus *in modios aeſtimatum plebi diviſit.* Plinius Hiſt. XVIII, 4. *Manius Marcius aedilis plebis primum* (lege *primus*) *frumentum populo in modios* assibus *donavit.* Et mox, *Trebius in aedilitate* assibus *populo frumentum praeſtitit.* Et iterum, *M. Varro auctor eſt, cum L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos,* assibus *ſingulis* (lege *ſingulos*) *farris modios fuiſſe.* Feſtus in voce Peculatus: *Poſtquam aere ſignato uti caepit populus R. Tarpeia lege cautum eſt, ut bos* centussibus, *ovis* decussibus *aeſtimaretur.* Animadvertis, opinor, non modo *aſſibus modios* gemino plurali dici; ſed & *aſſibus frumentum, bovem centuſſibus, ovem decuſſibus* altero ſingulari: plane ut apud Noſtrum, *ptiſanarium octuſſibus.* Quod perinde eſt, ac ſi diceret, *ſingula id genus ptiſanaria de medicorum officinis octuſſibus emi ſolere.*——Rectius igitur octussibus hic legemus; quod & editiones veteres & omnes omnium codices exhibuerunt. Bentl.

Omnes fere MSS. Codices cum Veteribus Scholiaſtis legerunt *Octuſſibus* non *Octo aſſibus. Tarpeiâ Lege cautum eſt ut bos centuſſibus, ovis decuſſibus æſtimaretur.* Feſtus, citante Cruquio. Bax.

157 *Pereamque rapinis.* ita reperi ſcriptum in quattuor codicibus calamo exaratis, uno Vatic. Rain. Card. Jann. Torneſ. non, ut in vulgatis, *pereamne?* Lam.

Alii Codices legerunt *pereamque*, alii *Pereamne:* ego horum medius *pereamve* repoſui. Bax.

peream

Quiſnam igitur ſanus? Qui non ſtultus. Quid avarus?
Stultus et inſanus. Quid? ſi quis non ſit avarus,
Continuo ſanus? Minime. Cur, Stoice? Dicam.
Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato,
Hic æger: recte eſt igitur, ſurgetque? negabit;
Quod latus aut renes morbo tententur acuto.
Non eſt perjurus, neque ſordidus; immolet æquis
Hic porcum Laribus: verum ambitioſus et audax;
Naviget Anticyram: quid enim differt, barathrone
Dones quidquid habes, an nunquam utare paratis?

Servius

164 tentantur *Mſs. Mus. Br. B. C. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 166 barathrone *etiam* R. balatrone *G. & ſic Bentl. & Mſs. Mus. Br. B.* balatroni *Cun.*

peream anne rapinis. Cun.

158 Pergit Damaſippus referre ſermonem Stertinii, acrem illum & interrogationibus reſponſionibuſque conſtantem. Ges.

160 *Cur Stoice?* Vultuoſe & cum faſtidio profertur hoc ab homine Epicureo. Opportune etiam Stoicum nominat, cum Stoicum Dogma tractet. Bax. Secum ipſum diſputare etiam hic puto Stertinium, qui ſe ipſe Stoicum hic appellat. Ges.

161 *Craterus fuiſſe dicitur illis temporibus opinatiſſimus medicus.* Vet. Schol. *Et quid opus Cratero magnos promittere montes?* Perſius 3, 65. Bax.

162 *Recte*, ex ſententia; nam animus nobis fere eſt recti norma. Bax.

Surget? h. e. convaleſcet, & ambulabit foras? Bax.

163 *Morbo acuto*, Græce ὀξείᾳ νόσῳ; ſic enim legendum pro corrupto ὀξυαιῷ. *Morbus acutus eſt ubi ſine intermiſſionibus acceſſiones & dolores graves urgent.* Corn. Celſus, 3, 2. referente Cruquio. Bax.

Tententur, laceſſantur, fatigentur. Prætulit Bentleius *tentantur* autoritate Codicum atque aliorum Scriptorum, ſed nihil intereſt. Exſcriptores ſæpe ſuis utuntur verbis, ut neſcias quid ſit rectum atque ipſius Scriptoris verbum. Bax.

164 *Æquis*, placidis, non perturbatis: ſiquidem æquus dicitur animus qui ſua ſtat ſede, in neutram partem inclinatus. Porcum immolabant Laribus & Maniæ Larium Matri, quo vel averterent, vel piarent ererorem mentis & inſaniam; quod oſtendit Cruquius & Turnebus. Manes autem eſſe ſtolidos oſtendit gravis autor Homerus Illiade ψ, 103 hoc diſticho: Ὦ πόποι, ἦ ῥά τις ἐστὶ καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι Ψυχὴ καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν. Bax.

165 *Ambitioſus*, petitor magiſtratuum & largitor. Bax.

Marcus Antonius maxime gloriabatur *Audacis* nomine. *Audax Antonius* Lucano etiam dicitur 5, 478. *Audax* eſt autem qui interritus magna adit pericula. Bax.

166 *Quid enim differt?* Cum eadem ſit inſania. Bax.

Barathro; gulæ, quod faciunt ambitioſi iſti largitores. Notum eſt quid Barathrum erat Athenis. Miror potuiſſe Bentleio placere *balatrone* pro *barathrone*, cum non poſſit ſtare *balatro* in Dativo. Bax. Sic *barathrum macelli* Epiſt. 1, 15, 31. Ges.

168 *Canuſi*

Servius Oppidius Canusî duo prædia, dives
Antiquo censu, natis divîsse duobus
Fertur, et hæc moriens pueris dixisse vocatis
Ad lectum, Postquam te talos, Aule, nucesque
Ferre sinu laxo, donare et ludere vidi;
Te, Tiberi, numerare, cavis abscondere tristem:
Extimui ne vos ageret vesania discors;
Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam.
Quare per divos oratus uterque Penates,
Tu cave ne minuas; tu, ne majus facias id
Quod satis esse putat pater, et natura coërcet;
Præterea ne vos titillet gloria, jure-
Jurando obstringam ambo: uter ædilis fueritve
Vestrûm

170 hoc moriens *Mss. Mus. Br. B. C. F.* 172 credere, *Cun. e conj.* 174 dissors *conj. N. Heins. ap. Burm.*

168 *Canusî*; conterranei cujusdam sui meminit Horatius ex persona Stertinii. Bax.

Dives antiquo censu; ubi Lex Agraria vigebat. *Censu* autem modo ponitur pro æstimatione. Bax.

169 *Divîsse* pro *divisisse*. Vet. Schol. Bax.

170 *Et hæc moriens*. Editiones vetustae & manuscripti fere omnes, *Hoc moriens pueris dixisse*. Quod altero rectius: sic infra v. 190. Dicere *quod* sentit; non ut vulgo, *Quae*. Bentl.

Melius *hæc moriens* quam Bentleii *hoc moriens*, etsi repugnent aliqui Libri. *Hæc* enim pro *hæc verba* modo ponitur. Bax.

172 *Ludere*; vix adducuntur parci ut ludant. Quæro cur Bentleius de suo posuerit *perdere* pro *ludere*, cum vox ludere possit Figurate dici pro *perdere*, ubi lusus scilicet temerarius est & nimis frequens. Bax. Puer, qui talos & nuces non domi habet, ut, cum opportunum est, illis ludat; sed ubique sinu circumfert, nec deponit ante, quam vel donandi causa vel ludendi depromat, indicium ille dat animi ad rem faciendam & servandam parum attenti: contra avaritiæ & sordium signum est, si abscondat, solus & sæpius dinumeret. Cum gravi & decretoria severitate sua operam hic lusit & perdidit magnus Bentleius. Ges.

donare, credere. Cun.

173 *Tristem*, Metonymice pro solicitum. Bax.

174 *Ageret*, tanquam œstro scilicet. Bax.

175 *Nomentanus* prodigus, *Cicuta* avarus. Ges.

178 *Coercet*, coarctat. Bax.

179 *Gloria*, h. e. magnum ex honoribus nomen. Bax.

180 *Ambo* pro ambos, Græcâ declinatione. Bax.

Ædilis

1. Implesse m. Virg. An. IV. 605
Itane. An. V. 786.

177. Cave 2 Long. Ep. 1. 6. 32. et supr. 38. brevi. et sic Epist. I. 13. 19.

169 Long. Divise pro Divisisse, ut
Extinxem pro Extinxissem.
Itaxe pro Traxissem.
Surrexe pro Surrexissem.

Veſtrûm prætor, is inteſtabilis et ſacer eſto.
In cicere atque faba bona tu perdaſque lupinis,
Latus ut in Circo ſpatiere, aut æneus ut ſtes,
Nudus agris, nudus nummis, inſane, paternis?
Scilicet ut plauſus, quos fert Agrippa, feras tu,
Aſtuta

182 *pro* tu, tum Z. *forte* tun *pro* tune. 183 & aëneus *Bentl. & Mſſ. Mus. Br. B.*

Ædilis, Canuſii, non Romæ. Bax. Ædiles coloniarum & municipiorum ſummi magiſtratus. Ges.

181 *Inteſtabilis & ſacer eſto*; ex XII. Tabulis iſta protulit. *Is dicitur inteſtabilis qui nec poteſt eſſe teſtis nec teſtamentum ſignare.* Torrentius. *Antiqui eos quos in teſtimonium admitti nolebant, inteſtabiles vocabant.* Vet. Schol. Bax.

Sacer, devotus, Diis inferis immolandus. Bax.

182 *In cicere*; *Antiqui Ædiles hujuſmodi res populo Floralibus ſpargebant: pauperes enim initio Romani fuerunt.* Vet. Schol. Bax.

Cicere Cicer Arietinum. Linn.

Faba Vicia faba. Linn.

Tu; qui ſcilicet plus ſapere debes. *Perdas que* duabus vocibus ſcribendum puto, ut ſupra *fueritve*. Bax.

Lupinis. Lupinus Albus. Linn.

183 *Latus ut in circo.* Sic optimi et vetuſtiſſimi codices; non *lætus*, ut in vulgatis. Neque hoc ita intelligo, ut magiſtratum gerenti lictor populum ſummoverit, quo liberior incederet; neque ut amplior illi quam ceteris toga fuerit: ſed ad incedentis per loca publica faſtum atque oſtentationem refero. ut ingredi Thraſones ſolent, inflati ac tumidi, quo majore quam ſint ſpecie videantur. atque ita Seneca Epiſt. lxxxi. *Ille qui in cœna latus incedit, & hæc reſupinus dicit.* Torr.

Latus ut in circo ſpatiere, aut aeneus ut ſtes. Editiones Venetae & Loſcheriana, & aliae credo omnes ante Lambinum laetus. Quod & ſcriptis codicibus repugnat, & manifeſte vitioſum eſt.——Quare ſatius erit, ut lectionem omnium codicum auctoritate nixam, latus, retineamus. Ut enim *ſublimis incedere*, pro faſtuoſe & magnifice, ſaepius occurrit: Auctor Octaviae, v. 704.

Sublimis *inter civium laeta omnia* Inceſſit:

ita eodem ſenſu, & pari metaphora, *latus incedere* vel *ſpatiari* dictum eſſe videatur. Cicero certe & *erigi* & *latiorem fieri* eadem tranſlatione pro *animos tollere* poſuit; Acad. II, 41, *Eſt enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatioque naturae:* erigimur, latiores *fieri videmur*, *humana deſpicimus.* Et ut Graeci ἄκροις ποσὶ βαίνειν, ἐπ' ἄκρων ὀνύχων βαδίζειν, *ſummis pedibus ingredi*, de homine ſublimiter & ſuperbe incedente uſurpant: ita qui alis ſubnixis & cubitis anſatis faſtuoſe ambulant, neſcio cur non *lati incedere* recte dicantur. Plautus Perſa II, 5, 6.

Subnixis alis *me inferam, atque amicibor* glorioſe;

Sed quis hic anſatus *ambulat?* Magnifice *conſcreabor.*

Seneca Epiſt. LXXVI. de Hiſtrionibus: *Cum praeſente populo* elati inceſſerunt & *cothurnati; ſimul exierunt, excalceantur, & ad ſtaturam ſuam redeunt*, ubi MSti omnes lati, teſte Grutero. Iterum de iiſdem Epiſt. LXXX. *Ille qui in ſcena* elatus incedit. *& haec reſupinus dicit, En impero Argis.* Etiam hic plerique apud Gruterum codices latus vel latius. Bentl.

Latus: cum bis ter ulnarum toga. Epod. 4,8. Bax. Etiam *anſatum* licet intelligere, item comitatum ab aſſectoribus. Ges.

185 Faſtidioſe protulit *ſcilicet*; & *tu* ad Emphaſin poſuit immanis ſtultitiæ: & in tranſitu

Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem?
Ne quis humâſſe velit Ajacem, Atrida, vetas cur?
¶ Rex ſum. ¶ Nil ultra quæro plebeius. ¶ Et æquam
Rem imperito; at ſi cui videor non juſtus, inulto
Dicere, quod ſentis, permitto. ¶ Maxime regum
Dî tibi dent capta claſſem reducere Troja!

Ergo

188 quæro *etiam G. & primæ editt. &c.* 190 quod *etiam H.* quæ *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* ſentit *Cun. & Mſſ. Mus. Br. C. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 191 reducere *etiam G. Z. &c.*

tranſitu blanditur Agrippæ. Bax. Agrippæ ſplendidiſſima munera, ſepta, balnea, templa paſſim Dio commemorat. Ædilitas ſponte ab eo geſta A. V. 721. Ges.

186 *Aſtuta ingenuum.* Quatuor libri optimi ſine ulla litura habent *ingenium*, ut totum illud, *aſtuta ingenium*, vulpi detur: quæ quod leo viribus, ipſa ingenii aſtutia conſequatur. Obiter autem M. Agrippæ laudes attingit. de quo lib. 1. Od. VI. Torr.

An *aſtutam vulpem* urbane dicit feroculum & verſipellem aſinum? Bax. Puto *aſtutum* hic dici & *vulpem*, qui largitione impetrare velit, quod virtuti debebatur. Ges.

Id eſt ingenium quod arte non ſimulatur. Bax.

Vulpes. Canis vulpes. Linn.

Leonum. Felis leo. Linn.

187 *Nequis*; iſta tranſtulit ex Sophoclis Ajace, ut monuit Cruquius. Bax. Novum ſpecimen furoris Agamemnon prohibens ſepultura corpus Ajacis, ipſe æque furioſus. Fingit autem collocutorem plebeium. Ges.

188 *Rex ſum.* Huc pertinet Proverbium Græcum quod Henricus Stephanus ex Scholiaſte ſuo MS. protulit. Μωρῷ καὶ Βασιλεῖ νόμος ἄρραφος, h. e. *Inſano & Regi Lex eſt diſſutilis.* Male autem ille ἄρραφος mutabat in ἄγραφος; neque enim acumen Proverbii aſſequi potuerat. Bax. Fateor etiam me non intelligere neque ἄρραφον νόμον neque *diſſutilem*. An ἄῤῥαφον voluit, nexili opere, ut ſunt hodie tibialia noſtra? Hæc quidem facili opera *diſſuuntur* aut retexuntur, vel reſolvuntur potius. Sed tamen ἄγραφος prætulerim. Ges.

Quæro plebeius. Cruquius in optimo Gandaſenſi *quære* ſcriptum fuiſſe affirmat: atque ita legi debere Gul. Canterus ait. nec mihi diſplicet: ſed non tanti eſt, ut ſine majoribus auctoribus quicquam immutem. *Plebeius* autem dixit pro quivis è populo. Torr.

Bentleius non vidit Dialogiſmum eſſe, cum arbitrio ſuo mutaverit *quæro* in *quære*. Verum hoc fecit de more ſuo autoritate unius Membranæ, quam ob raritatem cæteris præferendam cenſuit. Bax.

Plebeius, h. e. cum Plebeius ſim. Ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικεν Δῆμον ἔοντα παρὲξ ἀγορεύειμεν, ὅτ' ἐνὶ βυλῇ Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ. Homr. Il. M. 12. Bax.

189 *At ſi cui videor non juſtus.* Ita nuper ediderunt, AT SI, ex codice omnium veterrimo Blandinio. Sed rectius eſt AC SI, ut alii omnes, ſcripti editique, ſummo conſenſu exhibent. Bentl.

190 Melius Bentleius autoritate Librorum *Dicere quod ſentis* [quam *Dicere quæ ſentis.*] Bax.

191 Suaviter deridet Homeri Chryſen precantem, Il. A, 17, Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν, &c. Bax.

Bentleius maluit *claſſem deducere* quam *reducere*, quod nobis minus videtur; nam nimis cavet Metro. Veteribus *re* modo longum erat, modo breve. Bax.

187. Insanoste II. 3. 134

Ergo conſulere, et mox reſpondere licebit?
¶ Conſule. ¶ Cur Ajax heros ab Achille ſecundus
Puteſcit, toties ſervatis clarus Achivis,
Gaudeat ut populus Priami Priamuſque inhumato,
Per quem tot juvenes patrio caruere ſepulcro?
¶ Mille ovium inſanus morti dedit: inclytum Ulyſſem
Et Menelaum una mecum ſe occidere clamans.
¶ Tu cum pro vitula ſtatuis dulcem Aulide natam
Ante aras, ſpargiſque mola caput, improbe, ſalſa,
Rectum animi ſervas? ¶ Quorſum? ¶ inſanus quid enim
Fecit, cum ſtravit ferro pecus? abſtinuit vim [Ajax
Uxore et gnato, mala multa precatus Atridis.
Non ille aut Teucrum, aut ipſum violavit Ulyſſem.
¶ Verum ego, ut hærentes adverſo litore naves
Eriperem, prudens placavi ſanguine divos,
¶ Nempe tuo, furioſe. ¶ Meo; ſed non furioſus.

¶ Qui

194 Putreſcit *Mſs. Mus. Br. B. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 200 ſpargaſque *Mſ. Mus. Br. B.* 202 gnata *in Mſ. Mus. Br. D.*

192 Qui adibant Juriſconſultos dicere ſolebant, *Licet conſulere*; at illi contra reſpondebant *Conſule*, ut oſtendit Turnebus ex Cicerone, pro Murena cap. 13. Bax.

194 Cruquii Codices pro *Putreſcit* legerunt *Puteſcit*, quod & Torrentius reperit in ſuis. Bentleius tamen retinet *Putreſcit*. Huic etiam mirifice placet antiquata ſcriptura *inclutum Ulixem*, & ſimilia jam olim deſia. Bax.

195 *Gaudeat ut Priamus*; Homericum eſt, Ἦ κεν γηθήσει Πρίαμος Πριαμοῖό τε παῖδες, Ἄλλοι τε Τρῶες. Il. A, 255.

200 *Molam ſalſam dicunt far & ſalem cum aquæ, quæ ſpargebatur inter cornua quando initiabatur victima.* Vet Schol. Cruq. Bax.

Per Euphemiſmum *improbe* poſuit pro impie, vel ſceleſte. Bax.

Veteres immolabant diis *ſalſum* panem, quo ſcilicet ipſi veſcebantur: nam ſal fuit illis pro pulmentario, vel obſonio. Bax.

201 *Rectum animi*, h. e. rationis lances. Bax. *Quorſum tendis? quid vis?* Vet. Schol. Cruq. Bax.

203 *Uxore & nato*; Tecmeſſa & Euryſace: ergo tu inſanior qui non abſtinuiſti filia. Bax. *Precatus*, h. e. *tantum*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

204 Per Euphemiſmum *violavit* poſuit pro *occidit*. Bax.

205 *Hærentes*, tanquam luto fixas. Bax. *Adverſo*, h. e. Græco, Aſiæ contrario. Bax.

206 *Eriperem*, evellerem. Bax. *Prudens*, conſulto. Bax. *Divos*, h. e. ventos. Bax.

207 *Nempe*, Comice pro *Verum*. Bax.

208 *Species*

¶ Qui ſpecies alias veri, ſceleriſque tumultu
Permiſtas capiet, commotus habebitur; atque,
Stultitiane erret, nihilum diſtabit, an ira.
Ajax cum immeritos occidit, deſipit, agnos?
Cum prudens ſcelus ob titulos admittis inanes,
Stas animo? et purum eſt vitio tibi cum tumidum eſt cor?
Si quis lectica nitidam geſtare amet agnam,
Huic

212 Tu prud. ſcel. ob. tit. cum adm. *Bentl.* 213 timidum *in Mſ. Mus. Br. F.* cui ſollicitum, *in loco* tibi cum tumidum. *in Mſ. Mus. Br. C.*

208 *Species capiet*, vanas rerum imagines animo concipiet. Bax.

Cum Torrentii codicibus & Veteribus Scholiaſtis *alias veri* repoſuimus pro *alias veris*: nam *S* detractum erat ſequenti vocabulo: eſtque Helleniſmus pro *alias vero*, quæ Cruquiana Lectio eſt. Bentleius ſic interpungit, *Species alias, veri ſceleriſque tumultu*, ac ſi *alias* diceretur abſolute, quod nobis duriuſculum videtur. Bax.

Tumultu, turbulentia. Bax. *Tumultus* Stoicis ſunt affectus omnes & cupiditates, *ſcelus* omne peccatum: *Species tumultu ſceleris permiſta*, opiniones turbatæ & confuſæ a cupiditatibus. Bax.

Diſtinguendum potius
" Qui ſpecies, alias veri ſceleriſque, tumultu
" Permiſtas capiet, commotus habebitur."
hoc tamen integrum, ad lectoris arbitrium deferimus. Wake.

209 *Commotus* per Euphemiſmum dicitur pro *inſanus*. Vid. v. 278. Bax.

210 *Stultitiane*, ut tu; *an ira*, ut Ajax: *erret*, h. e. inſaniat. Bax.

211 *Ajax immeritos dum occidit*. Derivatum eſt hoc ab Editionibus priſcis; inde in pleriſque nunc circumfertur. At ſolus ex noſtris Reginenſis dum; ceteri cum, ut plerique aliorum, habent; & id verſus ſequens confirmat, *Cum prudens admittis*. Ceterum aliter verba ordinantur, cum in Cruquianis, tum in noſtris, Zulichemiano, Magdalenenſi, & Regiae Societatis;

Ajax cum immeritos occidit, deſipit, agnos.
Quod altero concinnius cultiuſque exire, qui aurem habet, facile ſentiet: & merito viris eruditis Cruquio Baxteroque placuiſſe.
Bentl.

Omnes fere codices legerunt *Ajax cum immeritos* pro *Ajax immeritos dum*: atque hæc Lectio placuit Cruquio. Bax.

Agnos, nequivit dicere oves. Bax.

212 *Ob titulos*, ob gloriam & ſtatuas triumphales. Bax.

Admittuntur equi quibus totæ permittuntur habenæ. Bax.

213 *Stas animo?* nonne putas te eſſe commotum? Bax.

Vitio, h. e. dementiæ morbo: Euphemiſmus. Bax.

Tumidum, ſuperbum, titulorum avidum. Bax.

214 *Nitidam*; *abluto vellere candidam*. Cruquius eleganter. Bax.

215 *Huic veſtem, ut gnatae paret*. Eleganter codex Magdalenenſis,

Huic veſtem, natae ut, *paret*.

ut alibi Noſter Serm. I. 3. v. 89.

Porrecto jugulo hiſtorias, captivus ut, audit. Ovid. Amor. III, 11. 12.

Excubui clauſam, ſervus ut, *ante domum*.
Bentl.

Huic veſtem ut gnatæ paret, ancillas paret, aurum,
Rufam et Rufillam appellet, fortique marito
Deſtinet uxorem, interdicto huic omne adimat jus
Prætor,

216 Ruf. aut Puſ. *etiam* G. Z. & *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F.* et Pufillam *in Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

215 *Aurum*, h. e. aurea ornamenta. BAX.

216 *Puſam aut pufillam appellet*. Exemplum hic ponit cujuſdam, qui *imaginibus, non mente, falſus*, ut Celſi verbis utar III, 18, agnam ſub humana ſpecie viderit, & filiam eſſe ſuam crediderit, veſtem illi & ancillas paraverit, nomen muliebre ei indiderit, & marito uxorem deſtinaverit; Ajaci ſimilem errorem inſaniens, qui tres arietes jugulavit Atridas & Ulixen ſe credens occidere. Videamus auctoris verba:

Si quis lectica nitidam geſtare amet aguam;
Huic veſtem, ut natae, paret ancillas, paret aurum:
Puſam aut Pufillam *appellet, fortique marito*
Deſtinet uxorem;

Ubi Manuſcriptorum quantum ubique eſt, & editiones priſcae habent *Rufam aut Pufillam*; niſi quod nonnulli & pro *aut*, & vetuſtiſſimus Blandinius *Poſillam*. Ceterae quae circumferuntur lectiones, ſunt febriculoſae conjecturae, quae per vanas imagines auctoribus ſuis illudebant. *Puſam aut pufillam* Cruquius dedit, *Pupam aut pupillam* Lambinus; *Putam aut putillam* Scaliger; *pupam aut Puſinnam*, Nic. Heinſius: quae omnia cum nomina ſint appellativa & ὑποκοριστικὰ, minime hic locum habere poſſunt. Quivis enim ſine ulla dementiae ſuſpicione vel *agnam* vel *catellam* vel *dorcada* vel ſimile aliud delicium iſtis vocabulis appellare poterit. Prudentius certe illi faciunt, qui *Rufam aut Rufillam* legunt; ipſa nimirum ſententia flagitante non blanda verba & ὑποκοριστικὰ, ſed vera faeminarum nomina: quale ſiquis *agnae* imponat, faeminam eam eſſe credens, proque filia nuptum daturus, is ſine dubio ad agnatos & gentiles erit deducendus. Sed quid opus *Rufillam* hic, invitis codicibus, reponere? Vera ſola & genuina lectio eſt, quam ipſi ſuppeditant,

RUFAM *aut* POSILLAM *appellet*.

Ita, ut dixi, codex veterrimus Blandinius; ſed eodem redit, quod in ceteris libris extat, PUSILLAM. Et *Rufa*, & *Poſilla* ſive *Puſilla*, frequens mulierum cognomen. Gruterus DCCCLIX, 1. ATILIAE. M. F. POSILLAE. & CCCCLXX, 8. MELENSIA SEX. F. POSILLA. & DCCXXXVII, 8. T. POMPEIUS T. F. REGINUS POSILLAE UXORI SUAE. Reineſius XVII, 178. CASTRICIAI POSILLAI. Iterum Gruterus DCLXI, 11. OCTAVIAE C. L. PUSILLAE. CXV, 5. PRO SE ET JULIA PUSILLA VOTUM SOLVIT DCI, 6. JULIAE PUSILLAE CON. SUAE. Marmora Felſin. pag. 438. L. JULIUS. ARISTEAS ET AELIA PUSILLA. Porro *Rufae* cognomen paſſim habes apud Gruterum & Reineſium, in gentibus Apuſtia, Aurelia, Calpurnia, Eppia, Flavia, Manlia, Maria, &c. BENTL.

Omnes Torrentii Codices legerunt *Rufam & Puſillam*; nonnulli tamen, autore Lambino, habebant *Ruſillam*, quod nos probavimus, cum alii legant *Puſam & Puſillam*; alii *Pupam & Pupillam*, Joſephus autem Scaliger *Putam & Putillam*, turpiculo ſenſu. *Rufam, nomen Nobilis Virginis*. Vet. Schol. Cujus Diminutivum *Ruſilla*. Quid apertius? Bentleius prætulit *Poſillam*, quod eſt *Puſillam*, motus numero Codicum, quorum tamen autoritatem novimus in iſtiuſmodi Nominibus minus valere nihilo. BAX.

Forti, h. e. generoſo & honorato. BAX.

217 *Deſtinet, conſtituat, ſpondeat*. Vet. Schol. Διῤῥάπτει. BAX.

Edicimus uni generi hominum, interdicimus diverſis. Donatus. BAX. Nequem hic fallat

Prætor, et ad ſanos abeat tutela propinquos.
Quid? ſi quis gnatam pro muta devovet agna,
Integer eſt animi? ne dixeris. Ergo, ubi prava
Stultitia, hic eſt ſumma inſania: qui ſceleratus,
Et furioſus erit; quem cepit vitrea fama,
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.
Nunc age, luxuriam et Nomentanum arripe mecum:
Vincet enim ſtultos ratio inſanire nepotes.

Hic

220 ubi parva *Mſ. Mus. Br. D.* 224 accipe *in Mſ. Mus. Br. F.*

lat obſervatio Grammatici, neſcio quam bona alias, cogitandum *interdictum* eſſe ſententiam a Prætore interpoſitam, qua præſertim de poſſeſſione interim conſtituitur &c. Ges.

Adimat jus; apud Veteres inſanis jus dominii auferebatur. Vet. Schol. Bax.

218 *Ad ſanos abeat tut. propinquos. Tutela* ut definiebat Serv. Sulpicius, vis eſt ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui ſe per ætatem defendere non poteſt, jure civili data ac permiſſa. Atque hinc dicti etiam *tutores* proprie impuberum. Nam qui adoleſcentibus minoribus XXV annis, qui prodigis, qui mente captis ac furioſis, aliiſque, quod rebus ſuis ſupereſſe non poſſent adminiſtratores ex lege dabantur, hi proprie *curatores* dicebantur: atque eorum munus *cura* ſeu *curatio*. Ita enim Icti diſtinguunt: atque ita Horat. Epiſt. 1, 1. 102. ad Mæcenatem.

Nec medici credis nec curatoris egere
A prætore dati.———

Hic vero, *tutelam* pro curatione dixit: ut *propinquos* pro agnatis & gentilibus. Qua de re ſic olim in XII. tabulis ſcriptum legimus: SI FURIOSUS EXISTIT, AGNATORUM GENTILIUMQUE IN EO PECUNIAQUE EJUS POTESTAS ESTO. Torr.

Ad ſanos propinquos: Tutor agnatus eſto. Vet. Schol. Cruq. ex legibus XII. Tabularum. Bax.

219 Bentleius neſcio quomodo ſemper amat *ſi qui*, ſive ſit in Scriptis, ſive non. Verum hoc fecit metu ſibili, uti ſæpius jam nobis dictum eſt. Bax.

220 *Ubi prava.* Duo codices. *ubi parva.* Nec fortaſſis diſplicebit cogitanti Stoïcorum illam, ut peccatorum, ſic ſtultitiæ æqualitatem, cum illud plus minuſque non admitterent. Nec illepidum ἀντιστροφὸν, ut parva ſtultitia ſumma ſit inſania. Parum autem refert utro modo legas, *hic ſumma eſt*, an *hic eſt ſumma inſania.* Sermoni enim hoc poſtremum ſimilius eſt: quod ultro affectat Flaccus: atque ita in optimæ notæ libris legitur quamquam Lambino diſplicet. Torr.

221 Optimi Torrentii Codices cum Vulgatis legerunt, *hic eſt ſumma inſania* pro *hic ſumma eſt inſania.* Illud poſterius placuit Bentleio. Bax.

222 cepit quem. Cun.

Vitrea fama; & ſplendida & fragilis. Vet. Schol. Bax.

223 *Circumtonuit*, tuba ſcilicet bellici furoris. Bax. Hinc ἰμβρόντητοι, attoniti. Ges.

Gaudens cruentis; Bellonæ cultores lacertos humeroſque concidunt. Vet. Schol. Bax.

224 *Arripe*; dentibus, ceu iratus canis. *Arripe mecum*, h. e. attende mihi arripienti. Bax. *Arripere* etiam magiſtratuum & regum adeo eſt. Stoicus ſapiens rex. Ges.

225 *Vincit*, qui probat argumentis. Bax.

Ratio,

Hic ſimul accepit patrimonî mille talenta,
Edicit, piſcator uti, pomarius, auceps,
Unguentarius, ac Tuſci turba impia vici,
Cum ſcurris fartor, cum Velabro omne Macellum,
Mane domùm veniant. Quid tum? Venere frequentes,
Verba facit leno, Quidquid mihi, quidquid et horum
Cuique domi eſt, id crede tuum: et vel nunc pete, vel
Accipe quid contra juvenis reſponderit æquus; [cras.
In nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum
Cœnem ego; tu piſces hiberno ex æquore vellis;

Segnis

230 Quid enim *Cun. ex MSS.* 233 contra hæc *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F.* 235 verris *H.*

Ratio, Rationalis Philoſophia, ſeu Dialectica. Bax.

227 *Edicit*; *mandat cum gravitate.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

228 *Turba impia, perjura: Lenones ſunt; ibi enim commanent.* Vet. Schol. Bax. Plaut. Curc. 4, 1, 21 *In Tuſco vico, ibi ſunt homines, qui ipſi ſeſe venditant, nempe ad infima quæque & turpiſſima miniſteria.* Ges.

229 *Fartor*, avium altor; quem nos *Puelletrarium* dicimus. Bax.

In *Velabro* commanebant, Olearii, Caſearii, & hujuſmodi. Navigabatur olim *Velabrum.* Bax.

In Macello venibant res quæ veſcendi cauſa in urbem afferebantur. Torrentius. Hujuſmodi loca Lacedæmonios appellaſſe Μαχιλλώτας autor eſt Varro. Bax.

230 Bentleius ex conjectura ſua repoſuit *Qui cum venere:* Neque enim intellexit *Quid* tum Comicam eſſe Μεταβασιν. Bax.

231 *Apud luxurioſum leno primum loquitur, tanquam patronus omnium nebulonum.* Vet. Sch. Cruq. Bax.

233 *Accipe quid contra.* quidam libri veteres habent, *Accipe quid contra hæc &c.* Accipe autem, id eſt audi, ſeu cognoſcere. ſic Virg. libr. 2. Æneid. v. 65. *Accipe nunc Danaûm inſidias.* notat Servius ad illum locum, *da Tityre, nobis*, Ecl. 1. 19. Lam.

Æquus; Ειρωνικα. Vet. Schol. Bax.

234 Bentleius pro *In* poſuit *Tu*, neque hoc abſurde, nîſi quod deſit autoritas. Ego nihil moveo. Bax.

Homeri ævo ocreæ ex laminis ſtanneis conficiebantur. Bax.

235 *Tu piſces hiberno ex aequore verris.* Duplex jam olim hic ferebatur ſcriptura, Scholiaſtae quoque obſervata, VERRIS & VELLIS. Et *vellis* quidem editiones priſcae exhibent, ac dimidia fere pars codicum: ceteri ab altera lectione ſtant. Si *vellis* hic admittitur, tum ad arundinem piſcatoriam & hamum; ſin *verris*, tum ad rete & everriculum referri debet. Atque hoc placet. Auſonius Moſella, v. 244.

Hic medio procul amne trahens humentia lina,
Nodoſis decepta plagis examina verrit.

& 281.

Ille hamis & rete potens, ſcrutator operti
Nereos, aequoream ſolitus converrere *Tethyn.*

Bentl.

Tres

Segnis ego, indignus qui tantum poſſideam: aufer!
Sume tibi decies; tibi tantundem; tibi triplex,
Unde uxor media currit de nocte citata.
Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies ſolidûm exſorberet, aceto
Diluit inſignem baccam; qui ſanior, ac ſi
Illud idem in rapidum flumen, jaceretve cloacam?
Quinti progenies Arrî, par nobile fratrum,
Nequitia et nugis, pravorum et amore gemellum,
Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmptas.

Quorſum

238 vocata *H. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 240 abſorberet *H. Sax. & Mſs. Mus. Br. C. F.* ſorberet *in Mſ. Mus. Br. D.*

Tres Torrentii Codices cum Vetere Scholiaſte & primis vulgatis habebant *vellis* pro *verris*. *Vellis, cum difficultate trahis.* Vet. Schol. Bentleius ſervat *verris*. Bax. Et proprium certe eſt verbum, unde eſt *verriculum & everriculum*. Ges.

236 *Aufer?* apage! Terentius plene, *Aufer te hinc.* Comicum habet ἄθος, quod latuit Interpretes. Bax.

tantum qui. Cun.

237 *Tibi, O venator.* Vet. Schol. Decies centena millia Seſtertiûm. Bax.

Tibi, O piſcator. Vet. Schol. Bax.

Tibi, O leno. Vet. Schol. Bax.

238 *Unde, a quo.* Vet. Schol. Bax.

Feſtive *Uxorem* dicit amicam. Erat enim conciliator. Bax. Vet. Schol. *Ut carius vendat Leno, dicit ſuam eſſe uxorem.* Ges.

Omnes Libri cum Vet. Schol. legerunt *currit* pro *curiat:* & *citata* eſt apud Vet. Sch. pro *vocata*; & melius *citata* cum præpoſuerit *currit*. Bentleius ſervat *vocata*. Bax.

239 *Filius Æſopi; Æſopus Tragicus magnas opes filio Æſopo luxurioſo reliquit. Hic cum vellet patrem animo vincere, dicitur decies ſeſtertiûm concupiſſe una hora abſumere, atque baccas detractas uxori Metellæ in aceto diluiſſe. De hoc Mævius Poeta ſcribit, de quo Virg. Ecl.* 3. 90. Vet. Schol. Clodius hic dicitur Plin. IX, 59. Bax.

Cæciliæ Metellæ Metelli filiæ. Vet. Schol. Bax.

240 *Decies ſolidûm; integrum decies centena millia Seſtertiûm.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Bentleius ex quibuſdam Exemplaribus poſuit *abſorberet*, quod idem fere valet. Bax.

Margaritæ & ſilices aceto percalefacto ſparſa diſſiliunt. Torrentius ex Plin. IX, 58. Bax.

242 *Jaceret ve.* Τὸ *ve* πρὸς τὸ *cloacam jungendum eſt.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

244 *Pravorum*, monſtroſarum rerum. Euphemiſmus. Bax.

Et fratres & gemellos de ſimillimis dicere conſuevimus. Bax.

245 *Luſcinias ſol. imp. pr.* Hoc Æſopum factitaſſe in illa patina, cujus ante memini, auctor eſt Plinius X, 72. Valerius cum Horatio conſentiens, tam præclaram luxuriæ palmam filio dedit. Plinii verba referuntur a Lambino; ſed mendoſe, cum vocales illas aviculas ſingulas ſex nummis emtas dicit: immane enim pretium ponit Val. Max. IX, 1. quare *ſex* M. legendum eſt. Nam tota patina ſexcenta

Quorſum abeant? ſani ut creta, an carbone notandi?
Ædificare caſas, ploſtello adjungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectet barbatum, amentia verſet.
Si puerilius his, ratio eſſe evincet, amare;
Nec quidquam differre, utrumne in pulvere, trimus
Quale prius, ludas opus, an meretricis amore
Solicitus plores: quæro, faciaſne quod olim
Mutatus Polemon? ponas inſignia morbi,
Faſciolas,

246 notandi *etiam G.* notati *Sax. & Mſ. Mus. Br. C.* ſani, creta *Z. & Mſs. Mus. Br. B. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 250 Sic *in Mſs. Mus. Br. C. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 251 differt *Sax.*

centa ſeſtertia abſumſit. *Impenſo* autem nove dixit Horatius, pro eo quod *impenſo pretio* dicunt Cicero, Cæſar, Livius, & alii: hoc eſt ingenti aut immani, ſine pondere; ut *immenſo mercari* inquit Plin. IX, 64. ſubaudito pretio. Nam *impenſe* & *immenſe* adverbia, quemadmodum & *impendio* aliud ſignificant, nempe valde & ultra modum. TORR.

Luſcinias, διὰ συναιρέσεως *duarum vocalium poſteriorum.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Luſcinias. Motacilla Luſcinia. LINN.

Impenſo pro magno poſuit. Vet. Schol. Quod prægrave eſt dicitur impenſum: *Prandere* etiam ponitur abuſive pro devorare, ut ſæpe alias Comico ritu. BAX.

246 *Quorſum abeant? ſani.* Ita diſtinguendum cum melioribus Membranis, ut oſtendit Torrentius. *Cui parti eos aggregabimus, bonis, an malis?* Vet. Schol. BAX.

abeant cenſen'? CUN.

Sani ut creta; ita legerunt quatuor Cruquii Codices pro *ſani. Creta. Carbone notentur ut inſani, an creta ut ſani?* Vet. Schol. Pro *ſani ut creta an carbone notandi* Bentleius ponere voluit *ſanin' creta, an carbone notati*, quod mihi vitioſum videtur. BAX.

Notandi, numerandi. Bona enim albo ſignabantur, adverſa nigro. Vet. Schol. Multi Codices habent *notati*, verum corrupte. BAX.

248 *Par impar, uni duo.* Vet. Schol. BAX.

249 *Verſet, defatiget.* Vet. Schol. Cruq. Hoc utique diceretur. BAX.

250 Cum Vet. Schol. atque optimis Cruquii Codicibus *Si* pro *Sic* reponendum duxi. BAX.

Evincet, obtineri poterit. Vet. Schol. *Amare* autem parcendo dicit pro *ſcortari.* BAX.

251 *Utrumne* ut ſupra *Uterne* & *Quantane.* Παρίλκον. BAX.

252 *Quale prius*, ſupple dixi. BAX.

254 *Mutatus*; *quem pœnituit ſui.* Vet. Sch. BAX. Hiſtoria eſt Val. Max. 6, 9 ext. 1. *Perditæ luxuriæ adoleſcens, Polemo, Xenocratis philoſophi patentem januam vino gravis intravit. Is de modeſtia ac temperantia loqui cœpit. Polemo primum coronam capite detractam projecit: paulo poſt brachium intra pallium reduxit (vid. ſupra v. 77.) ex infami ganeone maximus philoſophus evaſit.* GES.

Inſignia morbi; Feſtive ἀλληγορίζει. *Nam Palliolum, ſicut faſcias quibus crura veſtiuntur, & focalia & aurium ligamenta ſola excuſare poteſt valetudo.* Quintilianus (11, 3, pag. Burm. 1031) laudante Turnebo. BAX.

255 *Faſciolæ*

Faſciolas, cubital, focalia, potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas,
Poſtquam eſt impranſi correptus voce magiſtri?
Porrigis irato puero cum poma, recuſat:
Sume, Catelle; negat: ſi non des, optat. Amator
Excluſus qui diſtat, agit ubi ſecum, eat, an non,
Quo rediturus erat non arceſſitus, et hæret
Inviſis foribus? Ne nunc, cum me vocat ultro,
Accedam? an potius mediter finire dolores?

Excluſit,

260. Cæſura. I. 9. 21 - II. 2. 47.

255 cubitale *G. Z. Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 259 optet *etiam G. & Mſs. Mus. Br. B. C.* 262 Nec nunc *Mſs. Mus. Br. B. C. F.* vocet *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. &. Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 263 finire labores *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

255 *Faſciolæ* Περισκελίδες erant & Περιβραχιόνια; faſciæ ſcilicet purpureæ quibus delicatuli & crura & brachia obvolvebant. *Ornamenta quædam ſunt brachiorum, pedum, articulorum, vel vittæ.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Cubital; pulvillus qui cubito cœnantis ſupponi ſolebat. Vet. Schol. Cruq. BAX.

Focalia, Tæniæ erant laneæ quibus fauces adverſum frigus muniebantur. *Collaria a colle dependentia ad fovendum collum & fauces.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Potus modo Subſtantive ponitur. BAX.

256 *Furtim carpſiſſe; pudore effectus hoc fecit.* Vet. Schol. Cruq. Notum eſt etiam colla & brachia coronari ſolita. BAX.

257 *Impranſi*, Comice & Satyrice pro ſobrii, vel pauperis. Xenocratem dicit. BAX.

Correptus. libri aliquot veteres habent *correctus.* quod magis probo: & ita excudi juſſeram. poteſt tamen recepta ſcriptura ferri. LAM.

259 *Sume; Catelle; heus, Catelle, ſume tu tibi illa.* Sic Lubinus, cum cæteri intelligant *Catelle* de ipſo puero, quod ſatis mirari nequeo. BAX. Omnino *Catelle* hic eſt blandimentum puero dictum, quod ſatis oſtendit Plaut. Aſin. 3, 3, 103. Et quomodo conveniet, ſi canem intelligimus, illud *negat?* BAX.

Pro OPTET, quod editiones veteres repraeſentant, neſcio cur in omnibus fere nunc appareat, OPTAT. Quo admiſſo, legendum inſuper fuerit, *ſi non* DAS: quod tamen in nullo codice viſum eſt hactenus. Vide nos ad Serm. II, 1. v. 20. Revocanda eſt igitur lectio antiqua,

Sume, Catelle; negat: ſi non des, OPTET: atque hanc agnoſcit multo melior majorque pars membranarum veterum. BENTL.

Bentleio placuit *optet*; verum *optat* magis directum. BAX.

260 *Excluſus; Totus hic locus de Eunucho Terentii.* Vet. Schol. BAX. Vid. Ter. Eun. 1, 1, 1. Add. Perſ. 5, 161. GES.

Agit ſecum, intra ſe deliberat. Vet. Schol. BAX.

261 *Hæret, ſtupet & ſtat defixus.* Vet. Sch. Cruq. BAX.

262 Recte Bentleius ex melioribus libris *Ne nunc, cum me vocat* [pro *Nec nunc cum me vocet.*] BAX.

Ne nunc, cum me *vocat* ultro. *Vocat* pro *vocet* etiam invitis membranis legendum affirmas. Atqui Berſmanni, quem ſæpe appellas, codex unus habet *vocat.* CUN.

Excluſit, revocat: redeam? non, ſi obſecret. Ecce
Servus, non paulo ſapientior; O here, quæ res
Nec modum habet, neque conſilium, ratione modoque
Tractari non vult: in amore hæc ſunt mala; bellum,
Pax rurſum; hæc ſi quis tempeſtatis prope ritu
Mobilia, et cæca fluitantia ſorte, laboret
Reddere certa ſibi, nihilo plus explicet, ac ſi
Inſanire paret certa ratione modoque.
Quid? cum Picenis excerpens ſemina pomis,
Gaudes ſi cameram percuſti forte, penes te es?
Quid? cum balba feris annoſo verba palato,
Ædificante caſas qui ſanior? Adde cruorem
Stultitiæ,

266 nec conſilium *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

263 *Mediter*, mecum agitem, addiſcam. Bax.

266 *Conſilium*, rationem, meditationem. Bax.

267 *Tractari*, regi. Bax.

270 *Sibi nihilo plus explicet*. Terent. Eun. 1, 1, 18. *Nihilo plus agas, quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias*. Lam.

Certa ſibi, ſic Torrentii Codices diſtinguunt, cum alii legant *Certa, ſibi*. Bax.

Explicet, expediat, efficiat. Bax.

272 *Picena* mala ſcriptoribus celebrata ſunt. Bax.

273 *Percuſti*; ingenio leves captabant ejuſmodi auguria. Bax. Porphyr. Fabric. *Solent amantes ſemina ex malis orbiculatis duobus primis compreſſare digitis, eaque mittere in cameram, velut augurium, ut ſi cameram contigerint, poſſe ſperari ad effectum duci, quod animo conceperint*. Vid. omnino Pollux Onom. 9, 128. Ges.

274 *Quid? cum balba*. hypallage eſt. erat enim recta locutio, Quid? cum balbis verbis annoſum palatum feris, & verberas, id eſt, cum grandis natu juvenum more puellam blande appellas, qui ſanior es eo, qui caſas ædificat? *feris* autem reperi ſcriptum in quinque cod. vet. uno Vatic. Jann. Torn. Clericano, Nicotiano. alii libri habent, *ſeris* quod tamen non damno. Lam.

Balba feris. Tale illud Tibulli 1, 2, 91. de ſene amatore:

Et tibi blanditias tremula componere voce.

& quod, *Balbutit Scaurus*, lib. 1. Sat. 111, 48. ait Horatius. Sed præſens verſus planè artificioſus eſt. nam (ut illud *balba*, & illud *annoſo*, quæ epitheta hic optime conveniunt, omittam) *ferire verba palato* cum dicit, linguam tamquam plectrum ante oculos ponit: quo percuſſa palati veluti teſtudine quadam, articulatus ille verborum ſonus efficitur. unde & *ſonare* pro loqui dixerunt veteres. Torr.

Balba feris, per delicias. Vet. Schol. Bax. *Feris verba palato*, metaphora a plectro & fidibus. Sed tamen *feris* magis placeret, ſi haberet auctoritatem, a *ferendo ſermo* dictus. Ges.

276 *Ignem gladio ſcrutare*; notum eſt Pythagoricum

Stultitiæ, atque ignem gladio ſcrutare: modo, inquam,
Hellade percuſſa Marius cum præcipitat ſe,
Cerritus fuit? an commotæ crimine mentis
Abſolves hominem, et ſceleris damnabis eundem,
Ex more imponens cognata vocabula rebus?
Libertinus erat, qui circum compita ſiccus
Lautis mane ſenex manibus currebat: et, Unum
(Quiddam magnum addens) unum me ſurpite morti,
Diis etenim facile eſt, orabat; ſanus utriſque

Auribus

283 Quiddam G. *Sax. Z. & omn. puto ad Ald. qui* quoddam, *ut & Ro. Steph. & Fabric. Sed* quiddam *edidere etiam Lambi. & Torr. & H. Steph. Rutg. Heinſ. Burm.* Quid tam *Cruq. Talb. Bentl. Cun. Sandb. & Mſs. Mus. Br. B. F.* Surripe *G. S.*

thagoricum illud. Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, h. e. iram iræ ne opponas: verum hic ignem dicit amoris æſtum. *Auge ſtultitiam crudelitate.* Vet. Schol. Cruq. Pythagoricum detorquet Ænigma. Bax.

277 *Marius quidam ob amorem Helladem puellam occidit, cum ab ea contemneretur, & ſe poſtea præcipitavit.* Vet. Schol. Bax.

Præcipitát, Syncope pro *Præcipitavit*. Bax. Puto recte pro ſyncope haberi, ut Prop. 2, 7, 4 *flemus* pro *flevimus*, & 2, 15, 3 ac 9. *mutamus, narramus* pro *mutavimus, narravimus*.

Ges.

ſe præcipitat cum. Cun.

278 *Cerritus*, quaſi *Cereritus*. Lambinus. Δημητριακὸς, h. e. Larvarum incurſu vexatus, quæ ad *Cererem*, ſive Terram, ſpectant. Bax.

280 *Ex more*; *ex conſuetudine vulgari*. Vet. Schol. Bax.

Cognata, diverſa quidem, ſed non multum inter ſe diſtantia. Vet. Schol. Bax.

281 *Ab Auguſto Lares in compitis poſiti ſunt, atque ex libertinis ſacerdotes dati, qui Auguſtales ſunt appellati*. Vet. Schol. Bax.

Siccus Comicum eſt pro Sobrius: *ne poſſis dicere quod ebrius fecerit*. Vet. Schol. Bax.

282 *Lautis*; *ſolebant precaturi deos manus & pedes abluere*. Vet. Schol. Cruq. & bene *lautis mane*, nam purgabat noctem flumine.

Bax.

Feſtive *ſenex currebat*: quod faciebat quidem ut quaquaverſum adoraret. Bax.

283 *Quiddam magnum addens*; apponens voti nomine: Quid manifeſtius? Et tamen cæcutiunt omnes, quod taceat Vetus interpres. Bentleius fatetur ita legi in Editionibus priſcis, me tamen, quem pro docto habet interprete, queritur nuperrime iſtam Lectionem inauſpicato revocâſſe. Interim ipſe repoſuit *Quid tam magnum?* Me movit Verbum *addit* tali ſenſui accommodatum. Bax. Favet Baxtero antiqua velut poſſeſſio: Bentleio facilitas ſententiæ, extenuantis munus, quod petat. Sed cogitemus hanc ſententiam ineſſe in verbis *DIs etenim facile eſt*. Non eſt nugax Flaccus. Illud *quiddam magnum* poteſt votum eſſe, quod vult Baxterus; poteſt forte etiam nomina deorum & obteſtandi quaſvis formulas ſignificare. Ges.

284 *Sanus utriſque*; *Qui vendunt mancipia, ſolent hoc adjicere, Sanus corpore & animo. Juris*

Auribus atque oculis; mentem, nisi litigiosus,
Exciperet dominus cum venderet: hoc quoque vulgus
Chrysippus ponit fœcunda in gente Menenî.
Jupiter, ingentes qui das adimisque dolores,
Mater ait pueri menses jam quinque cubantis,
Frigida si puerum quartana reliquerit, illo
Mane die quo tu indicis jejunia, nudus
In Tiberi stabit: casus medicusve levârit

Ægrum

285 ni litigiosus *Mſ. Mus. Br. D.* 287 Meneti *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 288 dasque-labores *Cun.* minuisque *Z. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 289 messes *H.* 291 Magne die *Mſs. Mus. Br. C. F.*

ris erat apud Veteres, ut cum servum distraberet quis, ejus omnia vitia, vel animi vel corporis publicaret. Vet. Schol. Alioquin redhibebatur mancipium Jure Civili; ut ait Cicero. Off. 3, 23. Bax.

285 Bene *Auribus atque oculis*, de sene. Bax.

286 *Exciperet*, h. e. Excipere deberet, nisi litium amans foret. Bax. Cic. off. 3, 23 *In mancipio vendendo sunt vitia, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium.* Ges.

Omnes indocti Stoicis pro vulgo sunt. Bax.

287 Chrysippus Stoicorum præcipuus pro quolibet Stoico. Bax.

Erat *Menenius* quidam illis temporibus stultitia insignis: *unde Meneniæ stultitiæ, vel ineptiæ.* Vet. Schol. Frustra tamen quæras *Meneniæ* in vulgatis Lexicis. Bax.

288 *Jupiter ingentes*; scite insurgit in re ridicula: estque fortasse hoc ex aliquo Poemate desumptum. Bax.

Qui das adimisque; Jovem bonorum omnium malorumque autorem credebant Veteres: quod & Archilochus ait, Τοῖς θεοῖς τίθει πάντα. Vir elegans Jacobus Cruq. Bax.

Dolores. Duo codices *labores.* Sed hoc leve: illud non ita, quod pro *illo mane die, illo magne die* habent tres optimi libri; veterem tamen lectionem servo. sic enim de simili superstitione Juven. Sat. VI. 521.

Hibernum fracta glacie descendet in amnem,
Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis
Vorticibus timidum caput abluet. Torr.

Qui dasque adimisque. Cun.

289 *Cubantis*, per Euphemismum pro ægrotantis. *Caput hujus quoque cubantis sublime esse debet.* Corn. Celsus. IV, 4. Bax.

290 *Frigida*; *Quartana frigida, quod fere ab ingenti horrore incipiat afflictare corpus*, teste Cornelio Celso. III, 3. Cruq. Bax.

Illo mane die; *Die Jovis.* Vet. Schol. Bax. Videtur diem Jovis indicare, quo jejunabant Judæi (Vid. Selde. de I. N. 3, 15) quorum tum superstitio Romanos quam plurimos infecerat. Ges.

291 *Indicis jejunia.* Pervigiliis jejuniisque placabant deos suos veteres, præcipue Chaldæi & Ægyptii; quorum ingens semper Romæ turba ob sacra Isidis vanissima superstitione cultæ. Sed & ii qui sacris Romanorum præerant jejunia interdum instituebant, quibus prodigia expiarentur. Exemplum apud Livium lib. XXXVI, 37. & venuste *Jovem indicere jejunia* ait, quæ a sacerdotibus Jovi ipsi instituuntur a populo servanda. De Judæorum autem jejuniis ante diximus. Torr.

Jejunia, supplicationes: nam Veteres jejuni supplicabant. Bax.

292 *In Tiberi stabit*; Veteres priusquam supplica-

Ægrum ex præcipiti, mater delira necabit
In gelida fixum ripa, febrimque reducet.
Quone malo mentem concuſſa? timore deorum.
Hæc mihi Stertinius ſapientum octavus amico
Arma dedit, poſthac ne compellarer inultus.
Dixerit inſanum qui me, totidem audiet; atque
Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.
¶ Stoice, poſt damnum ſic vendas omnia pluris:

Qua

ſupplicarent tingebant ſe. Bax.

Caſus medicuſve; obiter pulſat medicos. Bax.

293 *Ex præcipiti.* Id eſt, ex ſummo diſcrimine, ac veluti ex præcipitio, cum in criſi eſt morbus, ut noſtri loquuntur nunc medici: atque ita Juven. Sat. 1, 149.

Omne in præcipiti vitium ſtetit.

cum ante dixiſſet,

Nil erit ulterius quod noſtris moribus addat
Poſteritas. Torr.

Ex præcipiti, ex ultimo periculo. Bax.

294 Bene ſubjecit *fixum*, cum præmiſerit necabit; eſtque ὕστερον πρότερον. Bax.

295 *Ne* in *Quone* παρέλκει. *Inſanitne naturæ vitio, an inſtinctu numinis?* Vet. Schol. Bax.

Concuſſa; exagitata, turbata. Bax. Ut commota v. 278 & 209. Ges.

296 *Sapientum octavus*; *ſic & Juvenalis*, 2, 40. *Tertius e Cœlo cecidit Cato.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

297 *Compellare eſt injurioſe alloqui quemlibet*; *ut Cicero in Philippicis*, III, 7. *Laudat an compellat edicto.* Vet. Schol. Bax.

298 *Dixerit inſanum qui me, tot. aud.* vetus dictum, & Terentianum in Andr. 5, 4, 17. *Si mihi pergit ea, quæ volt, dicere, ea, quæ non volt, audiet.* Sed ſuperior Terentio Sophocles, hanc ſententiam ſic expreſſerat in Ajace, Ἐγὼ γὰρ ἀνδρὶ συγγνώμην ἔχω Κλύοντι φλαῦρα, συμβαλεῖν ἔπη κακά. id eſt, ego enim ei ignoſco, qui cum mala audierit, mala regerat. Homerus autem omnium antiquiſſimus ſic, Ἰλ. Ψ. Οἷπποῖον κ' εἴπηθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις. id eſt, Quale verbum mihi dixeris, tale & audies. & Heſiod. Εἰ δὲ κακὸν τ' εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις. id eſt, Si autem male dixeris, cito & tu ipſe pejus audieris. Lam.

299 *Ignoto, retropoſito, ex Æſopi fabula.* Vet. Schol. Bax.

300 *ſi vendas omnia pluris.* hanc lectionem inveni in duobus codic. Mart. & Div. Silvius etiam habet, ſi, ſed cum ſe littera ſepraſcripta, equidem hanc ſecutus ſum. ita ut hæc ſit ejus ſententia: ô Damaſippe (inquit Horatius) ſi poſt damnum rerum tuarum ad medium Janum, nunc factus Stoicus vendis pro mercibus omnia præcepta Stertinii pluris & carius, adeo ut jam ſapiens factus, præceptorumque peritus, de omnibus ſententiam ferre poſſis, dic, quam me ſtultitiam putas inſanire? Alluſio pulcherrima ad divitias & merces Stoicas, nimirum ſapientiam, una cum ſuis comitibus, moroſitate, arrogantia, mordacitate, curioſitate, &c. Cruq.

Hic Stertinii præcepta finientem tandem Damaſippum alloquitur Horatius. Ges.

Poſt damnum, res tuas perditas. Bax.

Pluris,

Qua me ſtultitia (quoniam non eſt genus unum)
Inſanire putas? ego nam videor mihi ſanus.
¶ Quid, caput abſciſſum demens cum portat Agave
Gnati

303 *pro* demens, manibus *etiam G. S. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Pluris, ſupple quam comparâſti. Vet. Schol. Atque hoc bene; quia pridem unus mortalium emere norat cum lucro: optat igitur ut rurſum deponat Cynicam barbam & mercator fiat, uti ante, ut neque latret, ſcilicet quemquam, neque latretur ab ullo. BAX.

301 *Qua me ſtultitia.* ſic omnes quidem habent, quos vidi, libri. Sed iis invitis legendum cenſeo, *Quam me ſtultitiam*, &c. ſic loquitur ſup. ead. Sat. *huic ego vulgum Errori ſimilem cunctum inſanire docebo* v. 62. LAM.

Bentleius, adductus autoritate unius tantum Codicis, repoſuit *Quam me ſtultitiam* pro *Qua me ſtultitia*. Quæ rara cara. In rarioribus etiam reperit *manibus* pro *demens* [v. 303] quod ob eam rem in Edito ſuo repoſuit. BAX.

303 Quod in vetuſtiſſimo Blandinio invenit Cruquius, in optimo ſuorum Pulmannus, ego denique in Regio & Zulichemiano, & pro varia lectione in codice Regiae Societatis:

Quid? caput abſciſum MANIBUS *cum portat*
Agave
Gnati infelicis, ſibi tum furioſa videtur?

Equidem judicium Interpretum hic deſidero; qui quantivis pretii lectionem jam a ſeſquiſaeculo projectam neglectamque reliquerunt. Certe illud *demens* non modo otioſum hic eſt (id enim aliquo modo eſſet ferendum) ſed ſententiam plane onerat & gravat, immo putidam reddit & inficetam. *Ego*, inquit Horatius, *videor mihi pulchre ſanus. Tibi nempe*, regerit Damaſippus: *quid tum poſtea? an putas, cum Agave filii caput avulſum geſtaret vituli eſſe credens, ſibi tum furioſa eſſe videbatur?* Pone jam in priore orationis membro *demens Agave*; & ſententiae vim diminuis addendo: ut lector emunctae naris facile agnoſcet. Satis enim eſt, ſi in poſteriore membro τὸ *furioſa* comparet; in utroque vitioſe ponitur. At contra, illud MANIBUS PORTAT, quod liber omnium optimus ſuppeditat, non iners hic ſtat & aures laſſat, ſed atrocitatem foeditatemque facinoris mirifice auget: unde & ab aliis poëtis eſt inculcatum. Sic Euripides Bacchis, v. 967; de hac ipſa re,

Φερόμενος ἥξεις ἐν ΧΕΡΣΙ ΜΗΤΡΟΣ.

& v. 1137.

κρᾶτα δ' ἄθλιον,
Ὅπερ λαβοῦσα τυγχάνει ΜΗΤΗΡ ΧΕΡΟΙΝ,
Πήξασ' ἐπ ἄκρον θύρσον.

& 1275.

Τίνος πρόσωπον δῆτ' ἐν ΑΓΚΑΛΑΙΣ ἔχεις;
Εα, τί λεύσσω; τί φέρομαι τόδ' ἐν ΧΕΡΟΙΝ;

Seneca, ſive alius potius, in Phoeniſſis v. 363.

Felix Agave facinus horrendum manu,
Qua fecerat, geſtavit: *& ſpolium tulit*
Cruenta nati Maenas in partes dati.

& v. 15. ibidem:

qua per obſcurum nemus,
Silvamque opacæ vallis inſtinctas deo
Egit ſorores mater; & gaudens malo,
Vibrante fixum praetulit thyrſo *caput.*

Ovid. Metam. III, 725.

viſus ululavit Agave,
Collaque jactavit, movitque per aëra crinem,
Avulſumque caput digitis complexa *cruentis*
Clamat, Io &c.

Aſconius Pedianus de re non diſſimili, ad Ciceronis Orationem In toga candida, inter frag. orat. *M. etiam Marii Gratidiani* caput abſciſſum *per urbem* SUA MANU *Catilina tulerat:* ubi ipſius Ciceronis verba ſunt haec: *Quod caput, etiam tum plenum animæ & ſpiritus, ad Sullam uſque ab Janiculo ad eadem Apollinis,* MANIBUS *ipſe ſuis detulit.* BENTL.

304 *Gnati;*

Gnati infelicis, ſibi tum furioſa videtur?
¶ Stultum me fateor (liceat concedere veris)
Atque etiam inſanum; tantum hoc ediffere, quo me
Ægrotare putes animi vitio? ¶ Accipe; primum
Ædificas, hoc eſt, longos imitaris, ab imo
Ad ſummum totus moduli bipedalis; et idem
Corpore majorem rides Turbonis in armis
Spiritum et inceſſum: qui ridiculus minus illo?
An quodcunque facit Mæcenas, te quoque verum eſt,
Tanto diſſimilem, et tanto certare minorem?
Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis,
Unus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens
Belua

311. Carm. II. 2. 10.

311 quid ridiculus *Mſ. Mus. Br. F.* 315 dum narrat *Mſ. Mu. Br. D.*

304 *Gnati*; Penthei. Bax.

307 *Vitio* per Euphemiſmum pro morbo dicit. Bax.

308 Ædificatorem ſe fatetur etiam Epiſt. I, 1, 100. Ges.

Feſtive *longos*, pro divites: cum fuerit ipſe alias ſtaturæ brevis. Bax.

310 *Turbo gladiator fuit parvo corpore, ſed animoſus pugna.* Vet. Schol. Bax.

311 *Animum & geſtum tumidum.* Vet. Sch. Cruq. *Fuit Thrax Turbo.* Alter Schol. Bax.

312 *Mæcenas tunc in Eſquiliis magnificas ædes & hortos amplos ornabat.* Vet. Schol. Cruq. Bax. Vid. Sat. 1, 8, 14. Bax.

Verum modo dicit rectum: nam *verum* norma eſt recti. Bax. Ut Epiſt. 1, 7, 98. Bax.

313 *Tanto diſſimilem, et tanto certare minorem.* Turpiſſimum hic mendum inſedit; dum lectionem ex antiquis derivatam ſecure tranſmittunt Interpretes. Atqui Cruquius in Blandinio veterrimo ut & altero bonae notae Tonſano, TANTUM invenit: quod non tam ipſum, quam alios poſtea doctiores neglexiſſe miror & indignor. *Tantum diſſimilis*; non *tanto*, quod ne Latinum quidem eſt: ſic *multum ſimilis* aut *diſſimilis*, non *multo*; Serm. II, 5. v. 92.

Stes capite obſtipo, multum ſimilis *metuenti.* Epiſt. I, 10. v. 3.

hac in re ſcilicet una
Multum diſſimiles, *at cetera pene gemelli.*

Ergo *tantum diſſimilem* perinde eſt, ac *tam diſſimilem*; ut mox v. 317. *tantum magna* pro *tam magna.* Sic alibi Serm. II, 5, 80.

Nec tantum Veneris, quantum ſtudioſa culinae; id eſt, *tam, quam ſtudioſa.* Bentl.

Bentleius *Tantum* maluit quam *Tanto* in initio hujus verſus, autoritate rarioris Exemplaris a Cruquio adducti. Neſcio tamen cur *Tanto* pro turpiſſimo habeat mendo. Bax.

316 *Cognatos, congeneratos, ſive fratres.* Vet. Schol.

Belua cognatos eliſerit: illa rogare,
Quantane? num tantum, ſufflans ſe, magna fuiſſet?
¶ Major dimidio. ¶ Num tanto? ¶ Cum magis atque
Se magis inflaret; Non, ſi te ruperis, inquit,
Par eris. Hæc a te non multum abludit imago.
Adde poëmata nunc (hoc eſt, oleum adde camino)
Quæ ſi quis ſanus fecit, ſanus facis et tu.
Non dico horrendam rabiem. ¶ Jam deſine. ¶ Cultum
Majorem cenſu. ¶ Teneas, Damaſippe, tuis te.
¶ Mille puellarum, puerorum mille furores.
¶ O major tandem parcas, inſane, minori.

SATIRA IV.

317 num tandem ſufflans ſic *G. & Mſs. Mus. Br. B. F.* tandem inflans ſic *Z. & Ed. pr. in Bib. Reg. Br.* tandem ſuffl. ſi *Med.* 1477. *Fl. &c. & Mſ. Mus. Br. D. Vehementer fluctuatur.* 318 Major, dein: Num tantum? Major. Cum m. *Cun. ex conj.* 322 facit, & ſanus facies *MSS. ap. Lambi. Boſ. Anim.* 323 dicam *Sax.*

Schol. ex MS. Stephani. Bax. Ut Gr. σύγγονοι. Bax.

Rogare, ſupple cœpit. Bax.

317 Ex vetuſtiſſima Cruquii membrana pro *tandem* repoſuimus *tantum*, quod longe concinnius: & Comice *tantum ſic* pro tam, cum eſſet adhuc inflatura ſe. Bax.

Pro *ſe inflans* ſcribendum cum Bentleio *ſufflans ſe*, autoritate bonorum Codicum. Bax.

320 Bene *abludit* de Fabella: alias abludere & diſcrepare chordæ dicuntur diſſonæ. Bax.

321 *Oleum adde camino:* Proverbium Græcum eſt, Ἐλαίῳ πῦρ σβεννύεις. Vult ſignificare Poetica inſanum fieri inſaniorem. *Camino*; *in incendium.* Vet. Schol. ex MS. Stephani. Bax.

323 *Horrendam rabiem*; erat Horatius *iraſci facilis*, ut vel ipſe prodit in Epiſt. 1, 20, 25. Bax.

Cultum dilogως dicit & veſtitum & vivendi modum. Bax.

324 *Teneas tuis te*; h. e. rem tuam age: nihil enim ad te attinent hæc. Bax.

325 *Furores* dicit delicias; nam *puellarum* & *puerorum* Genitivi ſunt materiæ. Sic & Virgilius, Ecl. x. 38. *Seu quicunque furor* pro amatus, vel amata. Bax.

326 Etiam Fabius Philoſophorum *infirmiora* dicit *ingenia*. Bax. Locus eſt 1 Pr. 14: ubi comparantur cum oratoribus. Sed quid huc faciat, non liquet. Joco claudit ſermonem Flaccus ex ambiguo, Majorem enim parcere minori naturalis æquitatis eſt: & ſimul, magis illum inſanire, indicat. Ges.

1 *Unde & quo? Familiaris Interrogatio, quæ lepide profertur cum ſermo ad ſecundam perſonam tanquam de tertia conſtituitur.* Landinus. Φίλε Φαῖδρε ποῖ δὴ καὶ πόθεν. Plato in Phædro. Hoc monuit Lambinus. Bax.

In Epicureis quidem levis, ſed non injucundus, Catius. Quintil. (10, 1, Ed. Burm. p. 920.) citante Torrentio. *Marcus Catius ſcripſit quatuor Libros de Rerum Natura & de Summo Bono.* Vet. Schol.

SATIRA IV.

LEVES CATILLONES EPICUREÆ SECTÆ DERIDET.
(Conf. Ser. 2, 8. G.)

Unde, et quo Catius? ¶ Non eſt mihi tempus aventi
Ponere ſigna novis præceptis, qualia vincunt
Pythagoran, Anytique reum, doctumque Platona.
¶ Peccatum

2 Vincent *Mſ. Mus. Br. B.* Vincant, *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Schol. *Hic erat M. Catius Inſuber.* Lambinus. Bax. Eſt is a quo *ſpectra Catiana*, quæ riſit Cicero Epiſt. Fam. 15, 16 & 19. Ges. *Aventi*, & per hoc properanti. Bax.

2 *Aventi Ponere ſigna.* cupienti imponere nomina novis præceptis, numquam a quoquam traditis, eademque litteris mandare. *ſigna* interpretor nomina, & vocabula rerum. nomina enim ſunt rerum notæ, & σημεῖα, id eſt, ſigna, ut docet Ariſtoteles. Iccirco ea appellat Horatius indicia epiſt. de arte poët. v. 48. *ſi forte neceſſe eſt Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum.* eodem pertinet illud in ead. ep. v. 58. *licuit, ſemperque licebit Signatum præſente nota producere*, ſeu (ut alii legunt) *procudere nomen.* licet etiam interpretari *ſigna ponere*, litteris mandare. Nam etiam litteræ ſunt notæ, & ſigna rerum. Vir quidam doctiſſimus, idemque amplo ſacerdotio præditus dicebat, per ſigna ſignificari imagines, quæ adhibebantur ab iis, qui artificialem memoriam colebant. quam ſententiam quamvis non improbem (nam ut litteris, ita & imaginibus memoria adjuvatur, & conſervatur: præterea utræque ad res ſignificandas comparatæ ſunt, quemadmodum & vocabula) tamen ſignorum appellatione mihi magis placet, voces, & nomina aut litteras, quam imagines hoc loco intelligi, maxime cum conſtet, hunc Catium nominibus, & vocabulis Latinis diſciplinam Epicuream explicuiſſe, litteriſque mandaſſe, ut ſupra ex M. Tullio oſtendimus Epiſt. Fam. 15. 16. Adjuvat ſententiam meam Arnobius: cujus hæc ſunt verba libr. 4. *An numquid tamdudum ſine nominibus dii erant: & poſtquam res naſci terriſque ineſſe cœperunt, his a vobis dignati ſunt ſignis, atque appellationibus nuncupari?* Lam.

Qualia vincant. in cod. Jann. ſcriptum erat *vincant:* itaque poſtea ſcriptum reperi in Nicotianis, & Clericano, & duobus aliis: in Ruſſardinis duobus, & tribus aliis *vincent:* in vulg. *vincunt.* ego *vincent* non improbo. *vincant* tamen malo. Verumtamen judicent docti. Lam.

Ponere ſigna, conſignare litteris. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Novis; hactenus inauditis. Ironia. Bax.

Melius forſan Bentleius ex aliis Libris *vincant.* Oportet tamen incertum eſſe quid ipſe Horatius ſcripſerit ob Satyrici ſtili negligentiam. Bax.

3 *Anytique reum.* Socratem: cujus tres fue-

quem

¶ Peccatum fateor, cum te ſic tempore lævo
Interpellarim: ſed des veniam bonus, oro.
Quod ſi interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox;
Sive eſt naturæ hoc, ſive artis; mirus utroque.
¶ Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tenerem;
Utpote res tenues, tenui ſermone peractas.
¶ Ede hominis nomen; ſimul et, Romanus an hoſpes.
¶ Ipſa memor præcepta canam; celabitur autor.
Longa quibus facies ovis erit, illa memento,

Ut

4 ſic te, *Mſ. Mus. Br. D.* 6 Quam ſi *Z. Med.* 1477. & *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 10 ſimul et *etiam H. S. & primæ editt.* 11 Ipſe *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

runt accuſatores, Melitus ſycophanta, Anytus ſophiſta, iratus Socrati quod ab eo convictus & reprehenſus eſſet, Lycon Rhetor, & concionator popularis. LAM.

Rei omnes quorum de re diſceptatur. Landinus. Socratem modo ſignificat. BAX.

4 *Lævo*; per Charientiſmum pro inopportuno ponitur: nam lævum eſt quod minus eſt felix. BAX.

6 Quidſi vera eſt lectio priſcarum editionum, *Quam, ſi interc. Quam mox repetes!* cum admiratione vel ingenii vel artis, quæ ſtatim ſequitur. GES.

Interciderit, pro exciderit. Vet. Schol. BAX.

Repetes mox; h. e. *ſcio te mox poſſe repetere.* Vet. Schol. BAX.

7 *Naturæ*; acuminis tui naturalis: Nam memoria eſt vel naturalis, vel artificialis. BAX.

Artem poſuit pro ſtudio & doctrina. BAX.

Mirus utroque; falſa Ironia in ineptum & feroculum Philoſophaſtrum. BAX.

8 *Quin*; Laudatus criſtas tollit & cupide reſpondet. BAX.

Curæ, meditationi. BAX.

9 *Tenues*; ſubtiles admodum, & aciem mentis fugientes. BAX.

Tenui: acri, artis pleno. BAX.

Peractas, temperanter pro tractatas. BAX.

10 Pro *ſimul an* rectius Bentleius ex vetuſto Codice *ſimul &*, ut Conjunctio prior *utrum* vel *an* de more ſubintelligatur. BAX.

12 *Longa quib. fac. ovis.* Primum, quid hac de re tradiderint probati ſcriptores, proponam: deinde ſententiam Horatii (ſi id conſequi potero) explicabo. Ariſtoteles igitur ita ſcribit libro ſexto de hiſtor. animal. ἔχει δὲ τὰ μὲν μακρὰ, καὶ ὀξέα τῶν ᾠῶν, θήλεα· τὰ δὲ στρογγύλα, καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξύ, ἄῤῥενα, id eſt, ea quidem ova, quæ longa ſunt, & acuta, fæminam excludunt: quæ autem rotunda, & obtuſa ab ea parte, quæ acuta ſolet eſſe, marem. Plinius autem lib. 10. cap. 74. plane pugnantia tradit his verbis, *fæminam edunt, quæ rotundiora gignuntur: reliqua marem.* Columella lib. 8. cap. 5. 11. cum Plinio congruit his verbis, *Cum volet quis quamplurimos mares excludi, longiſſima quæque, & acutiſſima ova ſubjiciet, & rurſus cum fœminam, quam rotundiſſima.* Veniamus nunc ad Horat. qui non videtur a Plinio, & Columella diſcrepare. hoc enim dicit, mea quidem ſententia: ova, quibus longa eſt figura, ſeu forma, meliore ſunt ſucco, & candidiora, quam rotunda. ea igitur memento apponere potius, quam rotunda. nam hæc, quæ dico, longa, cum ſint veluti callo obducta, id eſt, dura, marem vitellum continent.

at

Ut ſucci melioris, et ut magis alma rotundis
Ponere:

13 alma *ex conj. Bentl.* alta *conj. Cun.* alba *vulg. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

at ea, quæ marem vitellum continent, iis meliora, & ſalubriora ſunt, quæ fæmineum. Immo fortaſſe hoc potius ſentit Horatius, & cum Ariſtotele conſentit: hoc modo, *namque marem cohib. call. vit.* ova enim calloſa, id eſt, rotunda, vitellum marem cohibent: quæ autem talia ſunt, minus ſalubria ſunt, quam fæminea, & longa: quia ſcilicet, nimis calida ſunt. Lam.

Facies; forma, figura. Bax.

Ovis; *bene ab ovis cœpit, id eſt, ab initio cœnæ.* Vet. Schol. Bax.

13 *Et ut magis alba rotundis.* Videamus, quo pacto ſuas hic partes tutati ſint Interpretes.

Longa quibus facies ovis erit, illa memento,
Ut ſucci melioris & ut magis alba *rotundis,*
Ponere; namque marem cohibent calloſa vitellum.

Haec illi albo calculo ſignant: nempe quia nihil hic variant codices. Atqui ſi ea diligentius paullo excuſſeris, quantum hic furfuris invenies. *Longa*, inquit, *ova ſunt magis* alba *rotundis.* Primo, hoc falſiſſimum eſt: alia enim aliis in utroque genere candidiora ſunt, nulla figuræ ratione habita. Ponatur tamen hoc verum eſſe; pulchrum ſane præceptum, & Pythagoricis omnibus Socratiſque palmam, ut gloriatur, prærepturum. Quid, malum? nonne quivis coquus, qui oculis recte utitur, tam facile ovorum colores dignoſcet, quam ſummus Philoſophorum? *Ova longa rotundis albiora:* magnum mehercule ſecretum; cujus addiſcendi cauſſa *remotos fontes adire*, & vel vadimonium deſerere, par eſt. Sed ut hoc quoque condonemus; illud, quod ſequitur, vincit omnem omnium ſtultitiam.

namque *marem cohibent calloſa vitellum.*

Vide ſodes illud *namque:* eo enim cauſſa & ratio præcepti explicatur. *Idcirco*, inquit, longa ova *candidiora* ſunt rotundis, *quia* marem fœtum, ſi incubantur, excludunt. Veſtram fidem, interpretes! cui ſano credibile eſt, vel ex aliena Noſtrum perſona tam ſtolida effutiiſſe? Deridet ſane hic Apitios & gulæ philoſophos; ſed minime eos tam fatuos & plumbeos eſſe fingit, neque cætera præcepta ad hoc exemplum ſenſu caſſa & abſurda ſunt. Quid multis opus? ſcribe leviſſima mutatione.

Ut ſucci melioris & ut magis alma *rotundis*
Ponere; namque marem cohibent calloſa vitellum.

Alma hic accipio (ab *alo*) *bene alentia, valide nutrientia*, τρόφιμα, εὐτροφα, πολύτροφα, *multum & firmum alimentum præſtantia.* Conjunxit hic duo illa, quæ in ciborum natura inquiri & conſiderari ſolent; quæque pariter conjunxit Celſus lib. II. cap. 19. & 20. ſcilicet ut & ſint *boni ſucci* quæ εὔχυμα Græci vocant; & *firmi robuſtique alimenti* quæ εὔτροφα. Ergo ova oblonga melioris eſſe ſucci & magis alentia dicit, quam rotunda: cur iſtud? *namque calloſa ſunt, & marem vitellum cohibent.* Jam certe recto pede procedit argumentum: quippe ſecundum medicorum placita, in quovis genere mares valentioris ſunt materiæ, femellæ contra leviorem & imbecilliorem cibum præſtant. Tum autem *oblonga ova mares edere*, quantumvis ſit falſum & ineptum, graviſſimi tamen auctores tradiderunt, Columella VIII, 5. & Plinius Hiſt. X. 74. cujus verba ſunt, *Quæ oblonga ſunt ova, gratioris ſaporis putat Horatius Flaccus. Feminam edunt, quæ rotundiora gignuntur, reliqua marem.* De colore, ut vides, ne verbum quidem. Fallitur tamen hic ſcriptor egregius, cum *melioris ſucci* interpretatur *gratioris ſaporis.* Alia enim res eſt: *ſapor* ad palatum duntaxat ſpectat; *ſuccus* ad totum corporis habitum: vide Celſum loco laudato, & alios. Ceterum dices fortaſſis, vix alibi occurrere *alma* pro *alentibus, nutrientibus.* Ob eam ipſam cauſſam, inquam ego, Librarii *alba* ſubſtituerunt. At ea vocabuli vis & ſenſus eſt, ut eleganter huic ſignificationi aptari queat: at alii, quorum ſcripta perierunt, ſic forte uſurparunt. *Alma*, inquit Feſtus, *ſancta ſive pulchra*, vel alens *ab alendo ſcilicet. Alma proprie tellus eſt*, ait Servius, *ab eo quod nos* alat. *Lux alma dicta, quod*

Ponere: namque marem cohibent calloſa vitellum.
Caule ſuburbano, qui ſiccis crevit in agris
Dulcior; irriguo nihil eſt elutius horto.
Si veſpertinus ſubito te oppreſſerit hoſpes,
Ne gallina malum reſponſet dura palato,
Doctus eris vivam miſto merſare Falerno;

Hoc

19 mixto *G.* multo *Landi.* muſto *Bentl.* miſto *vulg.*

alat *univerſa*; *unde alma Ceres*, *quod nos* alat. Quin & Acron Scholiaſtes ita olim legiſſe videatur: cujus verba ſic habent in editione prima Veneta & codice MSto Regiæ Societatis: *Quia meliora ſunt longiora ova, quam rotunda*; *& albiora aut fortiora.* Equidem ſcripſiſſe credo, *Almiora aut fortiora.* Quippe *magis alma* perinde eſt ac *fortiora*, *firmiora*, *robuſtiora*, *valentiora*, ad nutriendum ſcilicet. At qui *albiora* (ut nunc editum eſt) per *fortiora* enarrat; nae ille dignus eſt, quem vel pueri ſub ferula adhuc militantes albis, quod aiunt, dentibus derideant. BENTL.

Bentleius mero ſuo arbitrio de *magis alba* fecit *magis alma*, nullo commodo intellectu. BAX. Immo *alma* ſunt alibilia, uti Varro R. R. 2, 11, 3. caſeos molles *magis alibiles* dixit. GES.

ut magis alta. CUN.

14. *Ponere*, apponere. BAX.

Marem; ſic & Columella & Plinius ſentiebant, etſi contradicat Ariſtoteles, ut oſtendit Lambinus. BAX. Plinii locus eſt 10, 52 ſ. 74. Reliqua dedimus ad Colum. 8, 5, 11. GES.

Cohibent, *conſtringunt*, *unde cohibere dicitur gallina*, *hoc eſt*, *confovere.* Vet. Schol. BAX. *Calloſa* illa ipſa molecula, qua pulli ſtamina contineri putantur. GES.

15 *Cole ſuburb. qui ſicc. cr.* ordo verborum, & ſententia hæc eſt: caulis, ſeu colis, qui crevit in agris ſiccis, id eſt, minime irrigatis, dulcior eſt ſuburbano, utpote qui crevit in hortis irriguis. quid ita? quia hortus ſuburbanus, qui crebro irrigari ſolet, multum deperdit de naturali ſoli bonitate. in quibuſd. lib. antiqu. legitur *Cole:* quos ſecuti ſumus. nam vulg. fere habent omnes *Caule.* LAM.

Cole, *hoc eſt*, *Caule*, *ut clode pro claude*, *ſorices pro ſawices*, *coda pro cauda.* Vet. Schol. BAX.

Caule. Braſſica Oleracea. LINN.

Siccis qui. CUNN.

16 *Irriguo*, qui irrigari ſolet. ſat. 1, hujus lib. *Irriguumque mero ſub noctem corpus habento.* LAM.

Cuivis loci ſenſum perpendenti ſatis liquido patebit legendum eſſe——" in riguo nihil eſt elutius horto." WAKEF. *(Obſ. Crit.)*

Elutius; *aquatius*, *diſſolutius*, *minus ſapidum.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Inſipidius. Schol. Gott. BAX.

17 *Oppreſſerit*, *ex improviſo advenerit.* Landinus. BAX.

18 *Malum reſponſet*; h. e. minus placeat; ingratior fuerit & per hoc fruſtretur. BAX. In *reſponſet* lepida metaphora a ſervo reſponſatore ſumpta, quaſi rixetur gallina, & recuſet edi. GES.

19 Feſtive *doctus eris*, pro noſſe debes. BAX.

Doctus eris vivam miſto merſare Falerno. Quid, rogo, ſibi vult *miſto Falerno*; cum nihil quicquam hic ſit, quo cum miſceatur? Ergo ſubintelligi hic volunt interpretes, *cum aqua*,

Hoc teneram faciet. Pratenſibus optima fungis
Natura eſt: aliis male creditur. Ille ſalubres
Æſtates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet, ante gravem quæ legerit arbore ſolem.
Aufidius forti miſcebat mella Falerno,

Mendoſe;

aqua. Unde hoc iis compertum? Cur magis *cum aqua*, quam cum *melle*, *oleo*, vel alio quovis liquore? Oedipus enim aut hariolus ſit oportet; qui, cum auctor nihil dicat, mentem ejus aſſequi conjectando profiteatur. Quod ſi is recte conjecerit; auctor tamen haud minore in culpa eſt, cui, ut ſcias quid velit, conjectore eſt opus. Certe Noſter, ſi Suetonio fides, *obſcuritatis vitio minime tenebatur:* numquam ergo crediderim obſcurum hoc, incertum, mancum ab Horatio profectum eſſe. Chriſtophorus quidem Landinus ante annos ducentos *Mulſo Falerno* hic edidit, ex conjectura, ut opinor. Sed nemo poſtea in ejus ſententiam conceſſit. Nos meliore, niſi fallimur, auſpicio ſic locum refingimus:

Ne Gallina malum reſponſet dura palato,
Doctus eris vivam MUSTO *merſare Falerno:*
Hoc teneram faciet.

Teneritatem, inquit, gallinæ conciliabis, ſi vivam ſuffocaveris in muſto Falerno, capite ejus in liquorem demerſo. *Muſtum* autem per totum annum ſervari ſolebat: quod qua ratione fieret, docet Cato de Re Ruſt. cap. CXX. Columella XII, 29. Plinius XIV, 11. & tandem Gallienus imperator, referente Pollione c. XVI. *muſtum quemadmodum toto anno haberetur, edocuit.* Ergo lepide hic ſugillat helluonum divitum περιεργίαν & ineptam diligentiam; quod *vino* gallinam ſuffocarent, non *aqua*; quod non quovis vino, ſed *Falerno*; quod non quovis Falerno, ſed *muſto*. Prudentius contra Symmachum I, 26. de Baccho loquens,

Atque avidus vini multo ſe proluit hauſtu,
Gemmantis paterae ſpumis MUSTOQUE FALERNO
Perfundens bijugum rorantia terga ferarum.

Ceterum Gallinas a coquis ſuffocatione occidi ſolitas, vel illud Ciceronis oſtendit pro Muraena cap. 29. *Nec minus delinquere eum; qui* gallum gallinaceum, *cum opus non fuerit, quam eum, qui patrem* ſuffocaverit. Bentl.

Audacter Bentleius pro *miſto* poſuit *muſto*; atque hoc cum nihil eſſet opus, quod ego video. Antiquo tempore *muſto* & *miſto* non adeo diverſo erant ſono. Bax. Gulæ proceres quidam impleri vino per os injecto volunt gallinam, & ſic ſtrangulari. *Merſare* hic eſt ſuffocare, quod adjectum *vivam* ſatis indicat. Qui *miſto* malunt, parcunt ſumtui: qui *muſto*, ſunt delicatiores: luxurioſum *mulſo* Landini. Ges.

Merſare, ſupple in aqua, quod fugit interpretes: vult enim admiſceri Falernum ei aquæ, in qua merſanda eſt gallina. Bax.

20 *Pratenſibus*; prata in illis partibus non ſunt uliginoſa uti noſtra. Bax.

Fungis, Agaricus campeſtris. Linn.

21 *Male creditur*, ſic & Virg. Ecl. 3. 94. *Non bene ripæ Creditur.* Bax.

22 Nigris qui. Cun.

Prandia; non itidem cœnas, teſte Galeno. Bax.

Moris. Morus nigra. Linn.

23 *Gravem*, æſtu dicit moleſtum. Bax.

24 *Miſcebat*; *conditum de Falerno vino faciebat.* Vet. Schol. Bax.

25 *Mendoſe*, per Charientiſmum pro imperite;

Mendoſe; quoniam vacuis committere venis
Nil niſi lene decet: leni præcordia mulſo
Prolueris melius. Si dura morabitur alvus,
Mytilus et viles pellent obſtantia conchæ,
Et lapathi brevis herba, ſed albo non ſine Coo.
Lubrica naſcentes implent conchylia lunæ.
Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.
Murice Baiano melior Lucrina peloris:
Oſtrea Circeiis, Miſeno oriuntur echini:
Pectinibus patulis jactat ſe molle Tarentum.

Nec

28 Petulus & dulces *Sax.* Mitulus *G.* Mugilus *Flor.* 1482. *Sic apud Seren. Samon.* v. 234. *ubi refertur hic verſus,* Mugilis *fucrat in editis, deinde ex MSS. repoſitum* Mitulus.
29 Chio Z.

rite: *Falernum enim erat auſterum, & non debebat niſi mollis vini conditum jejunus guſtare. Miſcebat autem propter conſtipationem ventris.* Vet. Schol. Bax.

26 *Leni præc. m.* leni mulſo: cujuſmodi eſſe non poterat id, quod eſſet ex vino auſtero, &c. Lam.

Lene eſt quod veterem lenit, h. e. non auſterum. Bax.

Præcordia modo ventriculum dicit, quem & vulgus cor appellat. Bax.

Mulſum eſt commixtio aquæ puræ & mellis incocti: id autem mulſum & conditum dicitur & melicratum. Vet. Schol. Bax. Ut apud Celſum *mulſum* fit ex melle & vino; *Aqua mulſa* autem, ex melle & aqua. Zeun.

28 Ut Latine a Mus fit Muſculus, ita Græce Μύτιλος a Μῦς formari videtur: *viles* autem *conchas* tellinas, pectines, chamas, & cochleas appellare videtur. Bax.

Mytilus. Mytilus edulis. Linn.

29 Non *brevis herba*, ſed *brevis lapathi*, *Oxylapathi ſcilicet.* Lambin. Bax.

Lapathi. Rumex acetoſa. Linn.

Albo Coo: quod Athenæus oſtendit eſſe pertenue. Bax.

30 *Conchylia*, oſtrea & ſimilia, quæ lubrica dicit quod deducant ventrem, atque ob naturam lubricam, Dilogus. Bax.

32 *Muricem.* Martialis in diſtichis; lib. XIII, 87.

Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas
Induis, & non eſt hoc ſatis, eſca ſumus.
Torr.

Muricem Figurate poſuit pro optimo conchyli, & contra *peloridæ* pro peſſimo. Eſt autem *peloris* e chamarum genere, Italis *poverazzo*, Hiſpanis *armilla*, Græcis autem βασιλικὴ & πελωρία, ob magnitudinem, teſte Diphilo apud Athenæum, ut monuit Cruquius. Bax.

Murice. Murex purpura. Linn.

Lucrina, Rutupina & Circeia oſtrea etiam Juvenali laudatiſſima. Bax.

33 *Echinus* cancer quidam eſt in modum erinacii aculeatus. Bax.

Echinus. Echinus eſculentus. Linn.

34 *Pectines conchas habent pectinatim ſtriatas.* Plinius. Bax.

Pectinibus.

Nec ſibi cœnarum quivis temere arroget artem,
Non prius exacta tenui ratione ſaporum.
Nec ſatis eſt cara piſces averrere menſa,
Ignarum

36 *pro* Non, Ni *Sax. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 37 avertere *H. G. Z. Med.* 1477 *&c. Mſs. Mus. Br. B. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br. etiam Cun.* averrere *probat Heinſ. ad Sil.* 3, 321.

Pectinibus. Oſtrea maxima. Linn.

Molle, delicatum, deliciis fractum. Bax.

35 *Temere*, leviter, non habita ſecum ratione. Bax.

36 *Exacta*, *perfecte cognita*, *conſiderata*, *explorata*. Vet. Schol. Cruq. Examinata. Bax.

Tenui ratione, h. e. ſubtili differentia & diſtinctione. Bax.

37 *Nec ſatis eſt cara piſces avertere menſa.* Editiones veteres aliaeque ante Lambinum AVERTERE; atque ita uterque Scholiaſtes. Primus ille ex codicibus ſuis dedit AVERRERE, quem ſecutus eſt Cruquius & ex eo tempore nunc hoc, nunc illud editoribus placuit pro diverſo hominum ſenſu & palato. In eo ſane jactare ſe poteſt lectio prior, quod acutiſſimo Gronovio patri ſe probavit Obſervat. lib. IV. c. 5. ubi *avertere cara menſa piſces* ait eſſe *fraudare menſam alicujus delicati obſonio illo*; *comparare piſces caros & pretioſos, quibus aliquam nepotinam menſam defraudes.* Haec ibi vir eximius; & eadem fere ante ipſum quidam apud Lambinum, ſic verba enarrantes, *Piſces divitibus deſtinatos praeripere pretio perſoluto, & ita ab eorum menſis averſos in tuam transferre.* Recte quidem; & nos quoque ab ea parte ſtamus; ſi modo *avertere* veram hic lectionem eſſe ſemel admittimus. Sed pace tanti viri, liceat nobis alteri illi lectioni fidem & auctoritatem adjungere,

Nec ſatis eſt cara piſces AVERRERE *menſa:*

quam Cruquiani codices ſuppeditant, praeter unum omnes; & bona etiam pars eorum, quos Lambinus, Torrentius, Pulmannus, Berſmannuſque viderunt; & denique ex noſtris meliores, Leidenſis, Reginenſis, Zulichemianus, & Battelianus. Liceat etiam in veteri lectione novam explicationem promere. Non ut hic *menſam piſcatoriam* in macello cum veteribus noviſque intelligamus; ſed menſam ejus, cui haec praecepta traduntur. Sunt, inquit, qui in cenis praebendis ſe officio ſuo ſatisfeciſſe credant, ſi ingentes ſumtus in cibos fecerint; ignari interea, quid elixum, quid aſſum pro varia ſaporum ratione gratius meliuſque ſit:

Nec ſatis eſt cara piſces averrere *menſa,*
Ignarum, quibus eſt jus aptius, & quibus aſſis
Languidus in cubitum jam ſe conviva reponet:

hoc eſt, Neque ſufficit piſces impenſo pretio coëmtos in menſa ſua exhibere, qui pro reliquiis *averrantur*; utpote quos nemo convivarum tangere velit, propterea quod aptum cuique condimentum deſit. Opera potius danda eſt, ut & piſces pretioſi ponantur, & ita ſuaviter conditi, ut vel languido convivae appetitum renovent; adeo ut nihil demum ex iis reliquum ſit, quod a miniſtrantibus pueris *averri* poſſit. Non ſatis eſt piſces intactos *cara menſa averrere*, & ſolo ſumtu te oſtentare: ſi artem cenarum tibi arrogas, id potius effice, ut prae ſuavitate omnia conſumantur, nihil ſuperſit. Haec, ni fallor, enarratio & ſententiae & verbo appoſite congruit. Cicero ad Caſſium Epiſt. XII, 4. *Vellem idibus Martiis me* ad cenam *invitaſſes:* reliquiarum *nihil fuiſſet.* Priſcianus p. 900. Verro *ſecundum Chariſium in praeterito* Verri *facit, quod & uſus comprobat: Licinius Macer pro Tuſcis; Quis oportuit amiſſa reſtituere, hiſce etiam* RELIQUIAS AVERRERUNT. Seneca Controv. XXV. *Inter temulentas ebriorum* reliquias *humanum* everritur *caput.* Et iterum, *Inter purgamenta & jactus cenantium, & ſparſam in convivio ſcobem, humanus ſanguis* everritur.

Ignarum quibus eſt jus aptius, et quibus aſſis
Languidus in cubitum jam ſe conviva reponet.
Umber et iligna nutritus glande rotundas
Curvet aper lances carnem vitantis inertem:
Nam Laurens malus eſt, ulvis et arundine pinguis.
Vinea ſummittit capreas non ſemper edules.
Fœcundæ leporis ſapiens ſectabitur armos.
Piſcibus atque avibus quæ natura et foret ætas,
Ante meum nulli patuit quæſita palatum.
Sunt quorum ingenium nova tantum cruſtula promit.
Nequaquam ſatis in re una conſumere curam:

Ut

41 Curvat *G. F. &c. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. F.* 44 Fæcundi, *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 46 palato *Sax.*

tur. Non deerunt, opinor, qui huic, quam primi nunc proponimus, ſententiae accedent. Sed & alterae duae, tam Gronovii, quam veterum, fautores adhuc ſuos ſine dubio habebunt. Quid mirum? ubi quaevis ex tribus, pari probabilitatis ſpecie certans, dubiam duabus ceteris palmam facit.

BENTL.

Plures Codices corrupte legerunt *avertere: menſam* autem dicit piſcatoriam. BAX. Par fere auctoritas utriuſque verbi. Mihi etiam placet *averri*, celeriter & cupide emendo piſces de menſa cetarii. Bentleius volebat eos *averri* inter ceteras reliquias, poſtquam contemti eſſent a faſtidioſis convivis, tanquam non recte parati. Quibus avertere probatur, intelligunt eos praeripi aliis emtoribus.

GES.

38 Piſces elixantur jure. BAX.

39 *Languidus, fatigatus cibo.* Vet. Schol. BAX.

Reponet ſe in cubitum; ad edendum revocabitur. Vet. Schol. Cruq. BAX.

Se jam. CUN.

41 *Inertem*, fatui ſaporis & diſſolutam. Nonnulli vitioſe legunt *curvat*. BAX.

43 *Summittit*, menſae ſuggerit. Capreae ſaepe in vineas irrumpunt. BAX.

44 Ex antiquiſſima Cruquii Membrana pro *Fœcundi* repoſui *Fœcundæ*. Vult ſignificare gratiores eſſe armos foeminae ob frequentem partum, lumbos autem maris, quod non adverterunt Interpretes. BAX.

Sapiens, tam a ſapore quam a ſapientia, ſuavi Dilogia. BAX.

Sectabitur, quaeret, cupiet; deſumta Metaphora a re venatoria. BAX.

47 *Cruſtula, opus Dulciarii.* Vet. Schol. Placentas *Irridet eum quod de opere piſtorio in ſuo Libro ſcribit de ſeipſo; Haec primus invenit & cognovit Catius Miltiades.* Vet. Schol. Cruq. Et Comice dicit *promit* quaſi cum gravitate.

BAX.

48 *Nequaquam ſatis in re una.* Nimium hic argutatur Dan. Heinſius, cum hoc modo diſtinguere jubet:

Sunt quorum ingenium nova tantum cruſtula promit;

Nequaquam

Ut ſi quis ſolum hoc, mala ne ſint vina, laboret,
Quali perfundat piſces ſecurus olivo.
Maſſica ſi cœlo ſupponas vina ſereno,
Nocturna, ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aura,
Et decedet odor nervis inimicus; at illa
Integrum perdunt lino vitiata ſaporem.
Surrentina vafer qui miſcet fæce Falerna

Vina,

48 ſatis eſt re *Cun.* 50 profundat, *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 51. ſuppones, *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F.* ſupponens, *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 54 produnt *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Nequaquam ſatis in re una conſumere curam: & τὸ *ſatis* explicat non ἄλις, ſed ἄλις ὄν· hoc eſt, *Cum non ſit ſatis*, vel *Quandoquidem nequaquam eſt ſatis.* Sed quis, obſecro, ſic locutus eſt? nam profecto exempla, quae ibi profert, nihil ad rem faciunt. Immo enimvero *ſatis* hic eſt ἄλις ἐσί: quippe hoc ad ſequentes verſus potius, quam ad praecedentem refertur. Unde factum, ut τὸ *eſt* in nonnullis codicibus verſui inferatur: in duobus Cruquianis ſic,

Nequaquam ſatis in re una eſt *conſ. curam.*

in Regio,

Nequaquam ſatis in re una conſ. curam eſt.

Equidem ſic potius conſtituerim,

Nequaquam EST *ſatis in re una conſ. curam.*

vel ſic,

Neq. ſatis EST *in rem unam* INSUMERE *curam:*

Nam Lambethanus codex, etſi is recentior eſt,

Neq. ſatis eſt *in re una* abſumere *curam.*

Certe, etſi hac locutione Noſter vehementer delectari & ſaepiſſime uſus eſſe deprehenditur, numquam tamen τὸ *ſatis* nudum & incomitatum poſuit ſine verbo *eſt*, ut Carm. III, 1. 25. *Deſiderantem quod ſatis eſt.* III, 16, 44. *Parca quod ſatis eſt manu.* Serm. I, 1, 62. *Nil ſatis eſt, inquit.* Et, v. 120, *Jam ſatis eſt, ne me.* I, 2, 59, *An tibi abunde Perſonam ſatis eſt.* Et v. 65, *Uſque ſuperque Quam ſatis eſt.* I, 4, 54. *Non ſatis eſt puris.* & v. 116. *Mi ſatis eſt, ſi.* I, 5, 12. *Obe, jam ſatis eſt.* I, 10, 7. *Ergo non ſatis eſt.* & v. 76. *Non ego, nam ſatis eſt.* II, 3, 69. *Scribe decem a Nerio: non eſt ſatis.* & v. 127. *Si quidvis ſatis eſt.* II, 4, 37. *Nec ſatis eſt cara.* II, 5, 4. *Non ſatis eſt Ithacam revehi.* Epiſt. I, 2, 46. *Quod ſatis eſt, cui contingit.* I. 6, 16. *Ultra quam ſatis eſt.* I, 7, 16. *Jam ſatis eſt.* & v. 83. *Ultra quam ſatis eſt.* I, 10, 46. *Ubi plura Cogere quam ſatis eſt.* I, 18, 111. *Haec ſatis eſt orare Jovem.* Art. Poët. 99. *Non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata.* & v. 416. *Nec ſatis eſſe dixiſſe.* Ergo ad haec exempla etiam hunc locum liceat refingere. Bentl.

Conſumere, totam inſumere. Bax.

49 *Laboret, curet.* Vet. Schol. Cruq. ſe cruciet. Bax.

51 Plures & vetuſtiores Libri *ſuppones*, inquit Bentleius. Verum in iſto Tempore ſæpius allucinatum eſt a Librariis, ut neſcias, quid ſit rectum quid non. Bax.

ſuppones cœlo ſi. Cun.

52 *Craſſi; immaturi & aſperi odoris.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

54 *At illa integrum perd.* at illa, videlicet Maſſica, colo lineo extenuata, ſaporem amittunt naturalem. exiſtimabant autem veteres colo, ſeu ſacco lineo, vina craſſiora extenuari: quod declarat verſus ille Mart. lib. 12, 61, 3. *Turbida ſollicito tranſmittere Cæcuba ſacco.* Lucret. libr. 2, 391. *Et quamvis ſubito per colum vina videmus Perfluere: at contra tardum cunctatur olivum.* Lam.

Lino vitiata, per ſaccum lineum colata. Vet.

Vina, columbino limum bene colligit ovo;
Quatenus ima petit volvens aliena vitellus.
Toſtis marcentem ſquillis recreabis et Afra
Potorem cochlea; nam lactuca innatat acri
Poſt vinum ſtomacho: perna magis ac magis hillis
Flagitat in morſus refici; quin omnia malit

Quæ

60 magis et, *Mſs. Mus. Br. B. D.* Stomachoque magis perna et magis hillis, *Mſ. Mus. Br. F*, 61 immorſus *G. a manu ſecunda, Zar. Mſs. Mus. Br. B. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Schol. & per hoc mutato ſapore. Bax.

55 *Surrentina debilia ſunt.* Vet. Sch. Cruq. *Surrentinum generoſum acetum dixit Tiberius, & Caligula nobilem vappam*; ut notavit Torrentius. Bax.

Vafer, catus ad fallendos hoſpites. Bax.

56 *Limum fæcem dixit.* Vet. Schol. Bax.

Columbino. Columba oenas. Linn.

57 *Aliena*; per Charientiſmum poſuit pro fæculenta, quaſi diceret incommodantia, quæque abeſſent melius. Bax.

Vitellum modo dicit omne quod in ovo eſt. Bax. Nec hodie ignota ars ovis & ichthyocolla injectis vino, & bene ibi agitatis, præcipitare, ſi quid fæcium aut ſordium aliarum vel ſaporem vel odorem corrupit. Ges.

58 *Marcentem, languidum vino & bene ſaturum.* Vet. Schol. Bax.

Perperam Interpretes *ſquillas* accipiunt pro cammaris, cum ſint quos *aſtacos* appellant, ut vel ex Quinta Satyra Juvenalis manifeſtiſſime patet. Afræ cochleæ laudantur Varroni: ſupple autem per Syllepſin *toſta*. Bax.

Squillis. Linn.

59 *Cochlea.* Afra merta. Linn.

Lactuca; huc pertinet Martialis Diſtichon 13, 14, a Cruquio laudatum; *Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat avorum, Dic mihi cur noſtras inchoat illa dapes?* Bax.

Lactuca. Lactuca oleracea. Linn.

Acri, ſupple facto. Bax.

60 Poſt *vina* ſtomacho: perna magis, ac magis hillis

Vina hic ideo, ni fallor, legendum eſſe conſcieras, quod interpolator, poſteriorem ejus ſyllabam hic eſſe productam ignorans, *vina* in *vinum* mutaverat. *Vinum* tamen quod habent omnes codices & editiones recte cenſuiſti ipſe melius; neque hic, ut alibi, contra illam peccaſti obſervationem, quæ tradit regulas emendandi inventas eſſe ad corrupta ſananda, non ad corrumpenda ſana. Cun.

Hilla eſt Diminutivum a Poſitivo Hira, & ſignificat inteſtinum ſalſum, vel (ut alii dicunt) fartum ſalſitium: alii dicunt billum in neutro. Vet. Schol. Cruq. Bax.

61 *In morſus refici.* ſic dictum ab Horat. *in morſus refici*, ut a Virg. Æneid. xi, 731. *reficitque ad prœlia mentes.* Lam.

Quis, inquam, hic *flagitat refici? potor*, an *ſtomachus?* Equidem hic *ſtomachum* intelligo: is ſcilicet *flagitat*, is *malit* a popinis allata: ut Serm. II, 2. v. 42.

mala copia quando
Aegrum ſollicitat ſtomachum: *cum rapula plenus*
Atque acidas mavult *inulas.*

Quod ſi ita ſit, nihil jam hac lectione ſtultius: quî enim ſtomachus refici poteſt in morſus? an ſtomachus dentes habet? Immo enimvero, licet *potorem* hoc flagiare dixeris, quam tamen malam eſſe conſtructionem puto, ineptum hoc nihilominus erit ac putidum. Perna ſcilicet & hillis *comeſtis*, reficitur potor *in morſus*: quid magis praepoſterum? utique in morſus debet refici, *priuſquam*

Quæcunque immundis fervent illata popinis.

Eſt

62 fervunt *Cun.* Allata, *Mſſ. Mus Br. B. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

quam quidquam poſſit comedere. Nihil certe *in morſus refici* tolerabiliter dici poteſt, niſi *dentes* hebetati & inſtabiles, qui jam morſibus inhabiles ſunt; non *potor*, non *ſtomachus:* & abſit, ut cultiſſimo poëtae tam illepidum dictum affingamus. Neque vero audiendi ſunt Cruquius & Chabotius, qui *morſus* hic *minuta fruſtula* interpretantur; *morſus* enim & *morſellus* pro offa, fruſto, non niſi barbarorum eſt. At editio priſca Loſcheri, cui illa Roberti Stephani accedit, IMMORSUS hic exhibet. Neque aliud volunt codices noſtri Reginenſis, Petrenſis, Regius, Galeanus, Magdalenenſis, Battelianus, Collegii Trinitatis; qui uno vocabulo ex priſca ſcribendi ratione INMORSUS clare praeferunt. Atque haec lectio eruditiſſimis viris placuit, Bonaventurae Vulcanio, Petro Scriverio, Danieli Heinſio. *Immorſus* autem exponunt ex Gloſſario Iſidori, *jejunus:* & ſic etiam codex Regius inter lineas enarrat, *immorſus, jejunus. Sane ſenſu optimo*, ait Heinſius: *ante oſtendit, quomodo marcentem reficere; jam vero, quomodo jejunum excipere oporteat.* Ego vero neque ſenſum orationi, neque verbum ſenſui convenire dico. De *marcente* enim ſtomacho, non *jejuno* & famelico, hic agi tam manifeſtum eſt, quam quod uſquam manifeſtiſſimum. Cui autem credibile eſt, *immorſus* activam ſignificationem habere, *qui non momordit, qui nihil comedit?* Quis auctor, quis ſponſor rei tam inauditae? Gloſſographus neſcio quis, ſemibarbarus; cujus ex turbidis lacunis pudeat quicquam haurire, quod Horatio impertiatur. Paſſivam ſignificationem huic verbo donat Cyrillus apud Labbaeum, Ἄδηκτος, *immorſus*; hoc eſt, qui non eſt morſus. Ego vero contra *immorſus* ſic accipio, ut *admorſus, demorſus*, pro eo qui morſus eſt. Statius Theb. II, 628. ubi Chromis quidam

Dum clamat, ſubit ore cavo Theumeſia cornus,
Nec prohibent fauces—tranſmiſſa morte per artus
Labitur, immorſaque *cadens obmutuit haſta.*

Ubi, ut hic apud Noſtrum, *inmorſa* habet vetus codex Collegii Petrenſis, Propertius III, 8. v. 21.

Immorſo *aequales videant mea vulnera collo:*
Me doceat livor mecum habuiſſe meam.

Ita ex conjectura dederunt viri & eruditione & ingenio praeſtantes Nic. Heinſius & Janus Broukhuſius; cum in vulgatis ſit *In morſo*, diviſo, ut hic, vocabulo. Quid ergo hinc extundemus? profecto levi mutatione ſic ſatis commode conſtitui locus poterit;

perna magis ac magis billis
Flagitat inmorſis *refici.*

perna ac billis immorſis, hoc eſt, admorſis, commanducatis, deguſtatis: quippe, *mordere*, etſi id rarius, eſt ubi *mandere & comedere* ſignificat. Juvenalis Sat. VI, 301.

Grandia quae mediis jam noctibus oſtrea mordet.

IV, 142.

Lucrinum ad ſaxum Rutupinove edita fundo
Oſtrea, callebat primo deprendere morſu.

Sed quid opus eſt ulla mutatione? ſine dubio ſincera lectio eſt, quam diſerte exhibent manuſcripti,

perna magis ac magis billis
Flagitat INMORSUS *refici.*

Stomachus flagitat refici *immorſus perna & billis*, aliiſque id genus ſalſis cibis atque acribus, qui *in popinis* ſcilicet vendi ſolent; ut praeter Noſtrum Martialis I, 42, 10. BENTL.

In morſus, ad comedendum. Lubinus. GES. *Potor flagitat in morſus refici*, ut dentibus denuo operas imperet. Ingenioſe Bentleius *ſtomachus refici flagitat immorſus*, dum immordetur vel admordetur vellicatur a cibis ſalitis. GES.

Pro *malit* Bentleius poſuit *mavolt*, vetuſtatis puto ſtudio. BAX. Poſt *malit* vel *mavult* intelligo, quam lactucam. Lactucam plane poſt potum inutilem pronunciat. GES.

62 *Fervent*, & per hoc olent, & bene de popina. BAX.

Allata. allata e popinis. quidam libri typis

Eſt operæ pretium duplicis pernoſcere juris
Naturam: ſimplex e dulci conſtat olivo,
Quod pingui miſcere mero muriaque decebit,
Non alia quam qua Byzantia putuit orca.

Hoc

65 At pingui *Bentl. qui conjecit etiam ex* 2, 8, 47 Quinquenni miſc. *Cun. conj.* At miſtum miſc. licebit *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 66 qua Byz. *Sic MSS. & primæ editt.* Al. *quæ.* putruit *Mediol.* 1477. *it. F. & Mſ. Mus. Br. F.* potuit *G. & in marg.* putuit, putruit.

pis excuſi habent *illata*, quæ ex ſcriptura ſuſpicatus ſum aliquando legendum *illota*. omnes autem veteres partim *adlata*, partim *allata:* quos ſequor. LAM.

Pro *allata* alii Codices legerunt *illata*, alii *illota*. Lambinus. Nobis placuit *illata*. Bentleius prætulit *adlata*. BAX.

63 *Eſt op. pret. dupl. pern. jur.* duo proponit juris genera: unum ſimplex, quod ex ſolo oleo conſtat: alterum duplex, quod ex oleo, vino, muria, herbis conciſis, croco, conflatum eſt. LAM.

Qui admovet aures ad audiendum opera utitur. Vet. Schol. BAX.

Juris, i. e. *juſculi*, *ſive juſcelli*. Vet. Sch. Cruq. BAX.

64 *Ex oleo & liquamine omne jus conſtat.* Vet. Schol. BAX. Cum ſummo ingenio nec minore doctrina, & verbis plurimis, nihil hic egit Bentleius, eo quod non vidit, ut nec alius interpres, præter ſolum Baxterum noſtrum, *jus ſimplex* non poſſe *conſtare* (ipſa vi verbi repugnante & natura juris) ſolo *olivo*, ſed olivo, quod mero muriaque miſceatur. Poterat illum admonere Acron Fabricianus, *Ex oleo & liquamine omne jus conſtat.* Etiam Apic. 8, 1 *jus ſimplex* opponit *globo trituræ*, rebus ficcis, quæ adjiciuntur: ipſum autem *jus ſimplex* conſtat *vino*, *aceto*, *liquamine*, *oleo*. Apparetne, criticum non minus quam ſapientem Stoicum, debere eſſe ſutorem, coquum, &c. Conferendum jus in cœna Naſidieni Sat. 2, 8, 45. GES.

Dulci; novo, non olenti. BAX.

65 *Pingui*, h. e. vetere & maturo. BAX.

Muriam antiqui dicebant liquamen, & Syrorum lingua ſic dicitur. Vet. Schol. E thunnis fere fiebat muria, uti garum e ſcombris. BAX.

At miſtum miſcere. CUN.

66 *Byzantia putruit orca.* In noſtris pæne omnibus libris legitur *putuit*, & *orcha* pro *orca*, Sed *putruit* ſervare debet, qui Lambini interpretationem tueatur: aliud enim *putere*, de quo Satyra præcedente. TORR.

Quam qua Byzantia putruit orca. Illud *putruit* in tribus priſcis editionibus habetur, & Lambino patrocinante, adhuc fere in recentioribus obtinet. *Orcam* igitur hic *piſcem* interpretatur, & quidem *thynnum:* nihil pejus potuit. *Orcynus* quidem thynni ſpecies eſt; ſed *orca* eſt bellua ingens balaenis fere par, & in pugna ſuperior: (vide Plinium IX, 5.) quae, cum in Oceano ſe contineat, ac rariſſime in mari mediterraneo viſatur, unde nobis *Byzantia* dicta? Quis porro ex tali bellua *muriam* fieri memoravit? Sed condonemus ei haec omnia; eſto *orca*, quam velit: quis eum docuit, piſces *in muria putreſcere?* enimvero ea de cauſſa in muria condiuntur, ne computreſcant. Quod ſi forte ibi putruerint; jam muria nulli uſui eſt, nedum ut Catii magiſtro tam eleganti homini placere poſſit. Scio equidem putreſcentium piſcium pretioſam ſaniem *muriam* quandoque dici, ut ſaepius *garum*; atque hoc ipſo Flacci loco ſic accipi debere: nemo tamen eo ſenſu ſic loqueretur, *Muria, quâ piſcis putruit* (quomodo enim in ea putreſcat, in quam numquam poſitus eſt?) ſed potius *quam putruit*, quam computreſcens & liquefactus exhibuit. Vi-

des

63. Withof. Enc. Crit. 308. Indigenâ miſcere m.

Hoc ubi confuſum ſectis inferbuit herbis,
Corycioque croco ſparſum ſtetit, inſuper addes
Preſſa Venafranæ quod bacca remiſit olivæ.
Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco;
Nam facie præſtant. Venucula convenit ollis.

Rectius

des jam, quot & quanta incommoda lectionem hanc ſequantur; quamque indigne ferendum ſit tam diu eam circumlatam eſſe: praeſertim cum jam olim Cruquius Torrentiuſque veram ſcripturam ex ſuis dederint, recteque interpretati ſint:

muriaque decebit

Non alia, quam qua Byzantia PUTUIT *orca.* Ita etiam noſtri codices fere omnes. Ubi *orca* notat vas, teſtam, in qua ſalſamenta, garum, muria ſervabantur; ab ὄρχη verbo Aeolico, ut pleraque Latinorum nomina ex ea dialecto ducuntur. Suidas & alii ὄρχαι, κεράμινα ἀγγεῖα, ὑποδεκτικὰ ταρίχων *vaſa fictilia, quibus ſalſamenta reconduntur.* Perſius Sat. III. 76.

Maenaque *quod prima nondum defecerit* orca. Haec quidem nota ſunt: ſed & hic erant attingenda. Orca autem *Byzantia*, eſt Byzantio advecta; quia Thynni piſces, unde muria confici ſolebat, ibi optimi erant. Archeſtratus apud Athenaeum VII. 14. de Thynno. Bentl.

Διὰ Συναιρέσεως profertur *Byzantia*. Bax. Nempe ablativo accipiebat vir doctus *orca*, quod legeret *quæ*: ſed libri meliores *qua*. Æque putet orca a muria, quam converſa vice muria ab vel in orca. Ges.

Cruquii atque Torrentii Codices legerunt *putuit* pro *putruit*, quod & nos præpoſuimus. Bax.

Orca; Olla Græca, ore anguſto in formam καυκαλίδι. Vet. Schol. Cruq. Atque hactenus de jure ſimplice. Bax.

67 *Sectis herbis*; inula ſcilicet & eruca, ut oſtendit Cruquius ex ultima Satyra. Bax.

68 *Corycio*; Cilicio, h. e. pretioſiſſimo. Bax.

Sparſum ſtetit: ſparſum, junxit cum caſu ſexto, ut ſatyra ult hujus libr. v. 87. *Membra gruis ſparſi ſale multo.* & Od. 20. lib. 3, 14. *Sparſum odoratis humerum capillis.* ſic & verbum *ſpargo* Od. 6. libr. 2, 23. A. *Debita ſparges lacryma favillam Vatis amici.* ſtetit autem, id eſt, propemodum, concrevit. Lam.

Stetit; ceſſaverit agitari & fervere. Vet. Schol. Cruq. B. *Sterit* videtur indicare conſiſtentiam, quam vocant & craſſitudinem juris a coctura & admixtis rebus ſiccis. Ges.

Croco, Crocus Sativus. Linn.

69 *Inſup. add. Preſſa Venafr.* id, addes praeterea oleum Venafranum, oleum ex baca Venafrana expreſſum. Præſtitiſſe ceteris oleum Venafranum declarat hoc diſtichon Martialis, XIII, 98, *Hoc tibi Campani ſudavit bacca Venafri: Unguentum quoties ſumis, & iſtud olet.* Horat. ſaty. 8 hujus lib. v. 45. *His miſtum jus eſt, oleo, quod prima Venafri preſſit cella.* Lam.

Notum eſt Venafranum oleum præſtantiſſimum. Bax.

Remiſit, exſudavit preſſa trapeto. Bax.

70 *Succo, ſapore.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Pomis, pyrus malus. Linn.

71 *Facie, ſpecie.* Vet Schol. Cruq. Bax.

Venucula, a *Ve* & *nucula* dici reor, quod vel grandes, vel plures habeat nuculas, ſive nucleos. Bax.

Venuculam aliquando ſuſpicatus ſum *vermiculam.* Sed locis nimis multis facienda vis eſſet. Itaque nihil certe mutem. Conditivam

Rectius Albanam fumo duraveris uvam:
Hanc ego cum malis, ego fæcem primus et halec,
Primus et invenior piper album, cum ſale nigro
Incretum, puris circumpoſuiſſe catillis.
Immane eſt vitium, dare millia terna macello,
Auguſtoque vagos piſces urgere catino.
Magna movet ſtomacho faſtidia, ſeu puer unctis
Tractavit calicem manibus, dum furta ligurrit;

Sive

74 Inveni, *Mſs. Mus. Br. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 76 trina, *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 78 Movent, *Mſs. Mus. Br. B. C. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 79 fruſta *MS. Boſ. Animadv. & Mſ. Mus. Br. B.* Fruſtra. *S. & Mſ. Mus. Br. D.*

vam eſſe *venuculam* ſ. *veniculam*, docet etiam Plin. 14, 4 ſ. 4, 6. Ges.

72 *Fumo duraveris*; iſta & uva penſilis & paſſa dicitur. Bax. Cato R. R. 7, 2 *ad fabrum ferrarium* mittit hoc genus uvas. Ges.

73 Narrat inventum ſuùm, ſe primum in *puris catillis circumpoſuiſſe* majoribus lancibus delicias iſtas, *uvas*, *mala*, *fæcem*, *halec* ſ. *allec* &c. ut elegendi poteſtatem majorem haberent convivæ, quod genus condimenti aut pomi probarent. Bax.

Hanc ego, ſupple *primus & circumpoſuiſſe invenior*. Zeugma a poſteriore. Bax.

Fæcem liquamen dicit ex fæce generoſi vini. Bax. Vid. mox 2, 8, 9. Bax.

Halec liquamen eſt, ſive muria halecum; *fæcem muriæ* dicit Plinius. *Halec* piſcis eſt quem Maſſilienſes etiam hodie, teſte Hieronymo Columna, *Halaccio* appellant, *matrem Harengorum*. Bax.

74 *Plebs Itala nunc utitur ſale nigro*. Torrentius. Bax.

Piper album, Piper officinale. Linn.

75 *Incretum, purgatum per incerniculum*. Cruquius. Bax.

Circumpoſuiſſe, id eſt, ſingulis convivis appoſuiſſe, ut ſinguli convivæ ſingulos haberent catillos ſibi appoſitos: vel circum catillos poſuiſſe, ut alii malunt. mihi magis illa altera explicatio placet. circumpoſuiſſe dixit fortaſſe propterea quod menſæ erant rotundæ. Lam.

77 *Vagos*, ſpatioſos. Bax. Forte etiam leporem in eo quærit, quod piſces vagari amant. Sic noſtri, cum poſt piſcem ſitim fatentur, *natare*, inquiunt, *amat piſcis*. Velut de re magna deliberat Senatus ille Domitiani, concidine placeat magnum rhombum, an parari ſat magnam patinam Juven. 4, 130. Ges.

Urgere, premere. Bax.

78 *Magna movent ſtomacho faſtidia*. Sic veteres editiones: neque Cruquius Lambinuſve quicquam diverſi ex codicibus ſuis proferunt. At Torrentius in quinque ſuorum MOVET reperit: idque recte vulgatae lectioni praetulit, & poſt eum doctiſſimus Baxterus. Equidem in ſex meis idem inveni, Galeano, Petrenſi, Batteliano, Vigornienſi, Societatis Regiae, & Collegii Trinitatis: quæ ſine dubio melior ſcriptura eſt,

Magna MOVET *ſtomacho faſtidia, ſeu puer* &c.

Movet hic abſolute & imperſonaliter poſitum eſt: vide Nos ad Serm. I. 10. v. 78. Et praeterea, cum *ſeu* & *ſive* disjunctiva ſint; ſingularem utique numerum non pluralem, hic requirunt. Bentl.

Cum quinque Torrentii Codicibus repoſui *movet* pro *movent*. Bax.

79 *Dum furta*, libri aliquot veteres habent *dum*

Sive gravis veteri crateræ limus adhæſit.
Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe, quantus
Conſiſtit ſumptus? neglectis, flagitium ingens.
Ten' lapides varios lutulenta radere palma,
Et Tyrias dare circum illota toralia veſtes?
Oblitum, quanto curam ſumtumque minorem
Hæc habeant, tanto reprêndi juſtius illis,
Quæ niſi divitibus nequeant contingere menſis.
¶ Docte Cati, per amicitiam divoſque rogatus,
Ducere me auditum, perges quocunque, memento.
Nam quamvis referas memori mihi pectore cuncta,
Non tamen interpres tantundem juveris; adde
Vultum

81 *pro* mappis, mattis *conj. Faber.* 83 Faſtigium, *Ms. Mus. Br. F.* 87 Nequeunt, *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 89 quumcunque *Cu.* 90 quamquam *S.*

dum fruſta ligurrit, quos malim ſequi. *fruſta* autem carnium & piſcium intellige. Lam.

80 *Gravis* & oculis dicitur & naribus; oculis autem modo. Bax. An copia ſic indicatur, quæ pondus augeat. Ges.

Veteri, antiqui operis. Erat autem *cratera* pelvis quædam profunda tripodi impoſita, qua aqua mero immiſcebatur, ut ſupra oſtendimus. Bax.

81 *In mappis*, ejuſmodi abſterſoria peniculamenta nos hodie *Moppas* dicimus; ſupple vilibus per Zeugma. Bax. *Scobe* conſtratum ſolum triclinii. V. Juven. 14, 67. Ges.

Quantus, quantulus. Bax.

83 *Ten' lapides varios?* Teſſellata pavimenta; ſupple *decet*. Et bene *Ten'*, ad Emphaſin divitiarum. Bax.

In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe. Martialis 14, 82, 1, Bax.

84 *Toral*, *integumentum tori*. Torrentius. Bax. *Toralia* dantur vel ſternuntur circa veſtes ſtragulas purpureas, quo illas muniant a ſordibus: quod non fit, ſi ipſa ſint ſordida: certe dedecet contingi rem ita pulchram & pretioſam a pannis ſordidis. Ges.

87 "Melius in aliis Libris *nequeant*." Bentleius, cui equidem aſſentior. Bax.

Nequeunt contingere menſis, Editiones quidem priſcae, *nequeunt*. Lambinus & Cruquius *nequeant* in contextu dederunt, codices ſuos ſecuti. Ego quoque in optimo Reginenſi & quattuor aliis idem reperi: idque placet. *Nequeant*, ut prius habeant. Bentl.

88 *Docte Cati*; falſa atque urbana Ironia cætera exſequitur Poeta. Bax.

89 Illud *perges quocunque* reſpicit ad v. 11. ubi negarat Catius, ſe indicare velle auctorem horum præceptorum. Itaque rogat Horatius, ut quicunque is ſit, ad illum ſe aſſumat comitem. Ges.

90 Magni fecit Bentleius in ſcripto quodam Codice inveniri (memoriæ puto errore) *memori referas* pro *referas memori*. Bax.

91 *Interpres*, h. e. cum nihil fueris niſi interpres. Bax.

Adde, h. e. quod prætereundum non duco. Bax.

Habitum,

Vultum habitumque hominis; quem tu vidiſſe beatus,
Non magni pendis, quia contigit: at mihi cura
Non mediocris ineſt, fontes ut adire remotos,
Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

SATIRA V.

IN CAPTATORES ET HEREDIPETAS.

Hoc quoque, Tireſia, præter narrata petenti
Reſponde: quibus amiſſas reparare queam res
Artibus atque modis. Quid rides? ¶ Jamne doloſo
Non ſatis eſt Ithacam revehi, patrioſque penates
Aſpicere? ¶ O nulli quidquam mentite, vides ut
Nudus inopſque domum redeam, te vate, neque illic
Aut

2 doloſo, *etiam Schol. Cruq.* 6 Nec illic, *Mſ. Mus. Br. B.*

92 *Habitum, geſtum.* Vet. Schol. Bax. *Beati* fere bona ſua pro nihilo habent. Bax.

93 *Contingere* dicuntur quæ maxima ſunt. Bax.

95 Unicum Philoſophiæ propoſitum eſt *bene & beate vivere*, quod Epicurei voluptatè conſtare docent. Bax. Præter narrata, de reditu in patriam, Odyſſ. λ, 99 ſqq. Nunc vero fingitur rogare de modo reparandæ rei familiaris. Zeun.

1 Comicum principium ex abrupto. Scena eſt apud inferos; eſtque ex Odyſſea deſumtum. Bax. Nempe Od. λ apud inferos conſulit Tireſiam Ulyſſes. Lepos ſatiræ in hoc eſt, quod Tireſiam & Thebas nominat poeta, manifeſto tamen Romanos pingit mores & facit perſonas. Ges.

2 *Amiſſas*, a procis devoratas. Bax.

3 *Quid rides?* neque enim poteſt ut ſerio iſtud quæras. Bax. Tireſiæ tribuit hanc interrogationem. Sed mihi ita videtur: Obſervat Ulyſſes, ridere Tireſiam ad preces ſuas. Ges.

Jamne non ſatis eſt, h. e. Nonne jam gratificatus ſum tibi ſatis reditum pollicitus in patriam. Bax.

Suaviter *doloſo* appoſuit, cum artium atque modorum meminiſſet illi, quibus facile reparari poſſent quæ amiſerat. Quid opus fuerat Bentleium de ſuo mutare Dativum *doloſo* in Vocativum *doloſe?* Bax.

6 Bene *nudus te vate*, de paſſuro naufragium. Nudum dicimus omnibus ſpoliatum bonis

Aut apotheca procis intacta eſt, aut pecus: atqui
Et genus, et virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.
Quando pauperiem, miſſis ambagibus, horres;
Accipe, qua ratione queas diteſcere. Turdus
Sive aliud privum dabitur tibi, devolet illuc
Res ubi magna nitet, domino ſene; dulcia poma,
Et quoſcunque feret cultus tibi fundus honores,
Ante Larem guſtet venerabilior Lare dives;

Qui

10 Aſpice, *G.* queam *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 11 primum *G. S. & quidam apud Landin. Fl.* 1482.

bonis. Bax. Prædicit hoc Tireſias Ulyſſis Od. λ, 110 ſq. Ges.

7 *Atqui*; quin etiam, quod adhuc gravius eſt. Bax.

8 *Virtus*, Σοφία, Doctæ artes, & belli mores. *Vilior alga*, Proverbio dicitur etiam Virgilio. Σοφὴν τρόπος πατεῖται Anacreon. Bax.

10 *Accipe*, audi, auſcultа. Bax.

Turdus avis eſt multum commendata ganeæ, juxta illud Martial. 13, 92. Inter aves turdus, ſi quis me judice certet; inter quadrupedes gloria prima lepus. ea avis nominatur Flandrice *een cramer*, *oft lijſter*, κίχλη Græce: cujus tria genera vide apud Ariſtotel. Hiſtor. libro nono, cap vigeſimo. & Athen. libro ſecundo. Cruq.

11 *Privum*. Sic——*Priva triremis*. Epiſt. 1. ad Mæcenatem, id eſt, ſua ſive propria: opponitur enim navigio conducto. Degenuina autem vocabuli hujus ſignificatione recte Feſtus. ait enim *privos privaſque dixiſſe antiquos pro ſingulis: unde & privata dicantur, quæ unius cujuſque ſint. hinc igitur & privilegium.* Sic ille. Neque aliter Gellius lib. x. cap. 20. & M. Tullius pro domo ſuâ, 17: *Vetant leges ſacratæ, vetant* XII. *tabulæ, leges privis hominibus irrogari.* & lib. III. de Legibus cap. 19. *Tantum majores in poſterum providiſſe, in privos homines leges ferri noluerunt.* Ita enim legendum eſſe & ratio dictat, & admonuit Joſ. Scaliger. Quia vero, quæ ſingulorum ſunt cariora habentur, quam quæ in uſu publico; factum inde, ut, quemadmodum ſingulare atque unicum, ſic etiam *privum* pro eo quod eximium ac rarum ſit, & minime gregarium, accipiatur. ut apud Lucil. ad principium fragmentorum.

——*Abdomena thunni*
Priva dabo.——

& hoc ipſo loco. aliter enim exponere frigidum ſit & inane. Torr.

Privum eſt quod unius eſt, unde et privilegium, ut hoc Plautinum indicat: Exite & ferte fuſtes privos in manu. Vet. Scol. Bax. Itaque *primum* erit unicum quiddam ſui generis, & eo pretioſum. Hoc vero quomodo ad *turdum* commode applicetur, non video. *Primum* cujus auctoritates poſui ſupra, poſſumus intelligere vel ratione temporis, ut primos flores, fructus pullos gallinaceos, haleces, in magnis urbibus caro venire novimus: vel propter præſtantiam aliquam in ſuo genere, quæ varia eſſe poteſt. Ges.

privi. Cun.

Scite *devolet* de avi, pro properet. Bax.

13 *Cultus*, h. e. bene cultus: & fundus fere pauperculorum dicitur ager ad domum ſitus. Bax.

Honores, munera, quæ fere honoratorum erant atque deorum. Bax. *Honor* eſt, quidquid in ſuo genere præſtantius eſt. Ges.

14 *Ante Larem*; *Conſuetudo fuit ut rerum primitiæ*

15 Qui quamvis perjurus erit, ſine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitivus; ne tamen illi
Tu comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes.
¶ Utne tegam ſpurco Damæ latus? haud ita Trojæ
Me geſſi, certans ſemper melioribus. ¶ Ergo
Pauper

mitiæ diis laribus ponerentur. Vet. Schol. BAX.

15 *Sine gente, libertinus: nam ſine gente libertini; contra ingenui generoſi dicuntur & gentiles.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Cruent. Sang. frat. fratricida. Virg. Æneid. 1, 474. *primo quæ prodita ſomno Tydides multa veſtabat cæde cruentus.* *Cruentus* autem & hic & apud Virgil. idem valet, quod, contaminatus & inquinatus. ſanguis enim inquinat. Itaque qui occiderunt aliquem, impuri ſunt. Ex eo cruentum pro impuro uſurpatur, ut a Lucretio lib. 6, v. 1133. de nat. rer. *An cælum nobis ultro natura cruentum, &c.* ubi vulgo *corruptum* legebatur. LAM.

Cruentus, cruentatus. BAX.

16 *Fugitivus*, h. e. ſervus nequam. BAX.

17 *Tu*; quaſi dicat, quod alii ſtulti faciunt. BAX.

Comes exterior. Loco nempe minus honorato, ita enim Ovidius lib. v. Faſt. v. 67, de ſene, cui a juvenibus honor debeatur:

Et medius juvenum non indignantibus ipſis
Ibat, & interior ſi comes unus erat.

Interior autem eſt, qui ad dextram eſt; *exterior* qui ad levam collocatur. TORR.

Comes exterior; Veteres ambulabant catervis comitum circumſepti: hic enim præibat, ille ſequebatur; hic a dextra affectabatur; ille a ſiniſtra; atque hic modo *comes exterior* appellatur. BAX. *Interior* de duobus una euntibus, qui ad parietem it, ſive dexter ſ. ſiniſter: *exterior*, qui ab illa exteriori parte, qua non ita munitus eſt, latus illi claudit, vel tegit. GES.

Si poſtulet; ſi officii tui id eſſe credat. BAX.

18 *ut ne tegam, ſ. D. I.* ſic habent omnia ſcripta contra vulgatam lectionem. eſtque ἀγανάκτησις. perinde ac ſi dicat, itane me comitem ire jubes, ut ſpurco et vili genereque ſervili nato Damæ claudam latus ſiniſtrum. CRUQ.

Utne tegam, ſic habent cod. 2. Vatic. & Jannoct. Faërn. Torneſ. Ruſſard. cujus lectionis elegantiam quidam non intelligentes ſuppoſuerant, *Viſne tegam.* Nam ſic loquuntur boni ſcriptores: in his Livius libr. 4, cap. 2. *Illine ut impune primo diſcordias ſerentes concitent finitima bella? deinde, &c.* Horat. Epod: 17, 56. *Inultus ut tu riſeris Cotyttia Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis?* & fortaſſe M. Tullius lib. 4. 6. in Ver: ita locutus eſt non longe a princip. mutata ſcilicet interpunctione, *Quid ſi magnitudine pecuniæ perſuaſum eſt? veriſimile non eſt. Ut ille homo tam locuples, tam boneſtus religioni ſuæ, monumentiſque majorum pecuniam anteponeret?* nam hæc legi conjuncte, *veri ſimile non eſt, ut ille homo tam locupl. &c.* non placet quamquam hon ſum oblitus, me nuper, cum M. Tullii opera omnia edidi, paulo aliter hunc locum legendum eſſe putaviſſe. LAM.

Damæ, ſervili genere nato. ſup. Sat. 6. lib. 1, v. 38. *Tune Syri Damæ, Dionyſi filius, audes Dejicere e Saxo cives.* LAM.

Tegam latus; hinc comites, ſeu milites, Veteribus *laterones*, vel *latrones*, *appellati.* BAX.

Spurco, projecto & vili: eſt autem *Damæ* notum ſervi nomen & Diminutivum a *Damatrius*, vel *Demetrius.* BAX.

Ita, Comice pro talem. BAX.

19 *Melioribus*; veluti Ajaci. BAX.

Fortem,

Pauper eris. ¶ Fortem hoc animum tolerare jubebo:
Et quondam majora tuli. Tu protinus, unde
Divitias æriſque ruam, dic Augur, acervos.
¶ Dixi equidem, et dico. Captes aſtutus ubique
Teſtamenta ſenum: neu ſi vafer unus et alter
Inſidiatorem præroſo fugerit hamo,
Aut ſpem deponas, aut artem illuſus omittas.
Magna minorve foro ſi res certabitur olim, + Epiſt. I. 3. 18.
Vivet uter locuples ſine gnatis, improbus ultro
Qui meliorem audax vocet in jus, illius eſto
Defenſor: fama civem cauſaque priorem
Sperne, domi ſi gnatus erit fœcundave conjux.
Quinte, puta, aut Publi (gaudent prænomine molles
Auriculæ

25 Inſidiatorum *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

20 *Fortem*, h. e. utcunque magnus & fortis ſit. Bax.

Forte hoc. Cun.

Jubebo, conſilium dabo. Bax.

21 *Et quondam majora:* Homericum eſt; Ἤδη γὰρ μάλα πόλλ' ἔπαθον, inquit Ulyſſes. Hoc oſtendit Cruquius. Bax.

22 *Ruam*, *Eruam*. Vet. Schol. Bax.

23 *Captare* proprie piſcantium eſt. *An captatorem piſcis amare poteſt?* Mart. 6, 63, 5. Bax.

24 *Teſtamenta* modo dicit *legata*. Bax.

25 *Præroſo fuge. hamo.* tranſlatum a piſcibus, qui plerumque hamo una cum eſca vorato, vel certe eſca circumroſa, effugiunt manus piſcatoris. huc pertinet diſtichum illud Martialis de captatore lib. 6. 63, 5. *Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo,*
Et piſcatorem piſcis amare poteſt? Lam.

Præroſo hamo vorata eſca. Vet. Sch. Cruq. Bax.

26 *Artem il. om. Arcem* habent tres optimi codices. nec male, quaſi in eo ſumma rerum conſiſtat. Torr.

Illuſus, h. e. quamvis deriſus & deſtitutus. Bax.

27 *Res*, lis, ſive negotium. Bax.

Olim, aliquo tempore. Bax.

28 *Improbus ultro*; h. e. tua voluntate, non rogatus eſto pertinax defenſor. Bax. Pertinent hæc ad deſcriptionem locupletis impudentis: *ultro* hic eſt, ſine cauſa, ſola animi libidine. Ges.

29 *In jus*; in curiam. Aliquem notum tangi reor. Bax.

30 *Priorem, meliorem*. Vet. Schol. Bax.

31 *Domi ſi g. e. f. c.* Ita & Juvenalis Sat. V. 138.

——— *Nullus tibi parvulus aula*
Luſerit Aeneas, nec filia dulcior illo.
Jucundum & carum ſterilis facit uxor amicum. Torr.

32 *Gaudent prænomine m. aur.* prænomina enim maxime erant ingenuorum propria.

Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum:
Jus anceps novi, cauſas defendere poſſum:
Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te
Contemtum quaſſa nuce pauperet: hæc mea cura eſt,
Ne quid tu perdas, neu ſis jocus: ire domum atque
Pelliculam curare jube: ſi cognitor ipſe.
Perſta,

36 quaſſa nuce *etiam G. Z. & Med.* 1477. *Sed* caſſa nuce *jam Ven.* 1479. *& Mſ. Mus. Br. F.* Caſſa unce *Fl.* 1482 *quod Landinus interpretari conatur, quaſi eſſet* uncia. 37 prodas *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 38 ſis cogn. *G. S. Z. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* ſi *Med.* 1477. *Cun.* fis *F.* ſi *Bentl. firmat ex MSS.*

Quin ſervi prænominibus carebant. Unde longe honorificentius erat prænominibus ſalutare, quam nominibus, aut cognominibus. contra familiarius, & communius cognominibus ſalutare, ut ſalve Caſca, ſalve Pulcher, Cicero, Cæſar. LAM.

Gaudent prænomine; ſiquidem familiares compellabant prænominibus ſibi familiares atque intimos. BAX. Sic Cic. Fam. 1. 9. *Quoniamque illi haberent ſuum Publium* (Clodium) *darent mihi ipſi alium Publium* (Vatinium) *in quo poſſem illorum animos—repungere.* GES.

Molles, delicatæ. BAX.

33 *Tibi me virtus tua f. a.* virtus tua, non pecunia tua. LAM.

34 *Anceps*; Ἐπίδικον *Juris, quod incertum eſt, nunc propter ἀμφιβολίαν, nunc propter ἀντινομίαν.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

35 *Erip. quivis ocul. cit.* proverbialiter dixit. nam etiam ita loquimur, tu mihi carior es his oculis. Catull. ad Quinct. 82, 3. *Eriperet noli, multo quod carius illi eſt oculis, ſeu quid carius eſt oculis.* Idem ad C. Licin. Calvum, 14, 1. *Ni te plus oculis meis amarem Jucundiſſime Calve, munere iſto Odiſſem te odio Vatiniano.* IccircoPhædromus ille apud Plaut. in Curculione 1, 2, 28. amicæ ſuæ oſtium *oculiſſimum* appellat, id eſt, cariſſimum. LAM.

Eripiet oculos mihi; Proverbium de re cariſſima. BAX.

36 *Contemtum*, male habitum. BAX.

Caſſa nuce. Libri veteres magno conſenſu *quaſſa* legunt. id monitum oportuit. TORR.

Omnes MSS. habent quaſſa, vetere ſcriptura, ſicuti nonnunquam offendi quarere pro carere. Adagium de re nihili. Cruquius, quem ſequitur Torrentius. Bentleius ſcribi voluit *caſſa*, quod idem ſonat. BAX.

Pauperet, fraudet, ſpoliet. Vet. Schol. Vox Juris. BAX.

37 *Sis jocus*; *defenſore vacuus.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

38 *Pelliculam curare*, unguentis ſcilicet atque balneis; quod quotidiani moris erat apud Veteres. BAX.

Fi cognitor ipſe: Perſta atque obdura. Quinam ſit *cognitor*, vide hic apud Interpretes, & acutiſſimum Gronovium patrem de Pecunia veterum. Ceterum pro *Fi* editio Veneta princeps *Si*; altera & Loſcheriana *Sis*, unde in ſequentes editiones propagatum eſt. Sed recte Lambinus Cruquiuſque ex membranis dederunt, FI *cognitor:* atque ita ex noſtris Leidenſis, Zulichemianus, Battelianus & Magdalenenſis. Sic Livius XXXIX, 5. *Alienarum vero ſimultatum tribunum plebis* cognitorem fieri, *turpe*. Quintilianus Inſtit. III, 8. *Non licet tibi agere mecum*; cognitor *enim* fieri non

Perſta, atque obdura, ſeu rubra canicula findet
Infantes ſtatuas; ſeu pingui tentus omaſo
Furius hibernas cana nive conſpuet Alpes.
Nonne vides (aliquis cubito ſtantem prope tangens
Inquiet) ut patiens! ut amicis aptus! ut acer!
Plures annabunt thunni, et cetaria creſcent.
Si cui præterea validus male filius in re

Præclara

42 aliquem *Mſ. Mus. Br. F.*

non potuiſti. Cicero pro Q. Roſcio Comoedo, c. 18. *Qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit: alteri nemo poteſt, niſi qui* cognitor *eſt* factus. ——*Quod ſi quiſquam petere poteſt alteri, qui* cognitor *non eſt* factus.——*Tu in eam litem Roſcii* cognitor *fis* factus. *Quoniam tuus* cognitor *non eſt* factus. Idem in Verrem II, 43. *Invenire neminem Siculum potuit, qui pro ſe* cognitor fieret?——*Cedo, cui Siculo, cum is reus fieret, civis Romanus* cognitor factus *umquam fit.* Porro elegantius, opinor, veriuſque ſic verba interpunxeris:

Pelliculam curare jube: fi cognitor: ipſe
Perſta atque obdura.

Illum locupletem reum jube ire domum, & genio indulgere: ipſe vero perfer & obdura, nec frigus neque aeſtum flocci faciens.

Bentl.

Fi cognitor; *Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur ſi orator eſt*; *aut advocatus ſi aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico*; *aut procurator ſi negotium ſuſcipit*; *aut cognitor ſi præſentis cauſam novit, aut ſic tuetur ut ſuam.* Aſconius Pedianus, citante Cruquio. Nonnulli legunt *fis cognitor*, contra fidem meliorum Codicum. Bax.

39 *Rubra, ardens.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

40 Bene *Infantes*, quia in Foro ſtabant, ubi debebant fari: & Dilogos mutos percutit Cauſidicos. Bax. Mihi fit probabile, videri poetam, qui in deſcriptione æſtus vehementis iſtum verſum poſuerat, & *infantes* dixerat recentes *ſtatuas*. Ges.

Omaſum dicitur inteſtinum bubulum. Vet. Sch. Atque hoc tanquam de paupere & voraci, ſatis ridicule. Bax.

41 *Furius Bibaculus in Pragmatia Belli Gallici: Jupiter hibernas cana nive conſpuit Alpes.* Vet. Schol. Quem verſum Quintilianus etiam reprehendit ut ſordidum. Bax. Metaphoram duram vocat Quinct. 8, 6, 17. Ges.

42 *Nonne vides*; *Principium verſus Lucretio uſitatum.* Lambinus. Bax.

Cubito tangens, & per hoc tacite admonens. Bax.

43 *Ut patiens!* Laboris ſcilicet non parcens ſibi. Bax. *Inquiet*, ad ſenem ſcilicet de te. Zeun.

Aptus, modo Paſſivum eſt; h. e. natus ſeu comparatus a natura. Bax.

Acer; calidus, vehemens. Bax.

44 *Thunni*, pingues & craſſi ſenes. Bax.

Thunni, Schomber Thynnus. Linn.

Loca in quibus ſalſamenta fiunt cetaria dicuntur. Cetaria, officina in qua liquamen conficitur. Vet. Schol. Nam *cete* quilibet grandiores piſces ſunt. Bax. Hic quoque captatorem hæreditatis cum piſcatore comparat, & ſenes cum piſcibus. Igitur ſenſus proprius: plures ſenes allicientur ad te hæredem ſcribendum. Zeun.

45 *Male* ſæpe Diminutive dicitur pro parum. Bax.

46 *Sublatus*,

Præclara ſublatus aletur; ne manifeſtum
Cœlibis obſequium nudet te, leniter in ſpem
Adrepe officioſus, ut et ſcribare ſecundus
Hæres, et ſi quis caſus puerum egerit Orco,
In vacuum venias: perraro hæc alea fallit.
Qui teſtamentum tradet tibi cunque legendum,
Abnuere, et tabulas a te removere memento:
Sic tamen ut limis rapias quid prima ſecundo
Cera velit verſu; ſolus, multiſne cohæres?
Veloci percurre oculo. Plerumque recoctus

Scriba

53 limus *Sax.* linus *Z.*

46 *Sublatus, ſuſceptus, natus.* Vet. Schol. Veteres non tollebant humo quos ali nolebant. Bax.

47 *Cœlebs pro orbo capitur.* Vet. Schol. Cruq. Κοίλιψ, quaſi κοίτην λείπων, ut ſupra diximus. Bax.

Nudet te, h. e. technas tuas aperiat. Bax.

Leniter, ſenſim, pedetentim, uti felis dum captat mures. Bax.

48 *Secundus Heres.* ſecundi heredes dicebantur a veteribus juriſconſultis, qui ſubſtituebantur primis heredibus, ita fortaſſe dicti, quia in ſecunda cera ſcribebantur, id eſt, ſecunda parte ceræ, ſeu in ſecundis tabulis: vel in ſecundo gradu. Lam.

49 Bene *egerit*, importune morantem. Bax.

Orco, ad Plutonem, ſive Terram. nam Chaldæis ארקא *Arca*, Terra eſt. Quare crediderim Orcum vocem fuiſſe Punicam. Bax.

50 *In vacuum, in poſſeſſionem vacuam bæredc.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Hæc alea; hoc genus technæ, vel ludi. Bax.

51 *Cumque* refertur ad *Qui*. Zeun.

53 *Limis rapias, obliquis oculis raptim legas.* Vet. Schol. Bax.

Quid prima ſecundo; bene hoc & juxta ordinem, quia primo verſu teſtatoris nomen eſt, ſecundo heredis. Vet. Schol. *Prima cera, prima tabula.* Vet. Schol. Cruq. Nam diptychæ erant ejuſmodi tabulæ, & aliquando polyptychæ. Bax.

54 *Verſu*, linea. Bax.

55 *Pler. recoct. Scriba.* Coranum ſignificat, qui ex ſcriba quinqueviratum adeptus mox ex quinqueviro, ſcriba iterum factus erat. Ita dicuntur autem quinqueviri, ut duumviri, triumviri, decemviri, & ſimiles. Recoctum igitur ſcribam appellat, vel quod ex quinqueviro refectus erat ſcriba, quod munus ante quinqueviratum geſſerat: vel quia hic Coranus, quamvis aliquantum eſſet ætate provecta, ita firmus erat tamen & validus, ut recoctus eſſe videretur: vel quia erat callidus, atque aſtutus, multis in negotiis exercitatus, tritus, ac verſatus veterator: vel per recoctum, ſimpliciter ætate grandem ſignificat. quod videtur Servius velle, qui hunc locum profert ad illum Virgilii locum Aeneid. 11. 553. *ſolidum nodis, & robur cocto.*

Scriba ex quinqueviro corvum deludet hiantem,
Captatorque dabit risus Nasica Corano.
¶ Num furis? an prudens ludis me, obscura canendo?
¶ O Laërtiade, quidquid dicam, aut erit, aut non:
Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.
¶ Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, ede.
¶ Tempore

56 Scribes quinqueviro *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 60 mihi donat magnus *Mſ. Mus. Br. D.*

cocto. Nota autem est omnibus de Æsone a Medea recocto fabula: itemque de Pelia, quam sic explicabat Diogenes Cynicus, ut diceret, Medeam non fuisse veneficam, sed eruditam & sapientem fœminam. illam enim sumere solitam homines molles, & desidia, luxuria, voluptate fractos: eosque labore & exercitatione fatigare, atque ita validos & robustos efficere. unde hanc opinionem famamque de ea fluxisse, illam hominum carnibus coctis, eos juvenes reddere consuevisse. Plaut. in Pseud. 3, 2, 79. *Quia sorbitione faciam ego te hodie mea, Item ut Medea Peliam concoxit senem: Quem medicamento, & suis venenis dicitur Fecisse ex sene adolescentulum.* M. Tull. in Catone Maj. 23, *quo quidem me proficiscentem haud sane qui facile retraxerit, neve tamquam Peliam, recoxerit.* Varro Marc. 2, 688. *Peliam Medeæ permisse, ut se vivum degluberet, dummodo puellum redderet.* Ita Catullus 54, 5. Suffecium quendam, senem recoctum dicit, quasi iterum juvenem factum. Quod si per recoctum vafrum, & callidum intelligemus, erit translatio a rebus coctis, & recoctis. sententia autem hujus loci hæc est: Sæpe accidet, ut senex aliquis dives & astutus a captatore insidiis appetitus, ejus spem fallat, ut Coranus Naficam delusit. Simile exemplum commemorat Cornelius Tacitus 13, 52. Annalium de Pomponio Silvano, repetundarum accusato, & absoluto loquens, *valuitque pecuniosa orbitate & senecta: quam ultra eorum vitam produxit, quorum ambitu evaserat.*

Lam.

Recoctus, sæpe refectus & per hoc astutus: recocti autem dicuntur scribæ, qui sæpius cum Proconsulibus missi exercitatiores facti sunt usu ipso & frequentia: solent autem mitti quinque viri, qui cum rediissent, vendebant Decurias suas & Quinqueviri dicebantur. Vet. Schol. Cruq. Coranum significat. Vid. 2, 6, 36. Humilis curatio Quinquevirorum & vix magistratus. Cic. Acad. 2, c. 44 *Neminem esse Prætorem, Imperatorem, nescio an ne Quinquevirum quidem, nisi sapientem.* Ges.

56 Corvi inhiant cadaveribus, ut Captatores divitum funeribus. Bax.

58 *Ludis*, παίζεις. Bax.

59 *Quicquid dicam, aut.* videtur divinatores & vaticinia irridere, atque adeo ipsum Apollinem: si intelligamus, hoc eum dicere, divinos, & vates ambigua lŏqui, & quæ in hanc, vel in illam partem trahi possint Alii non putant esse jocum, sed serio dici a Tiresia, quicquid dicturus sit, id aut fore, aut non fore, fore, si fore dixerit: non fore, si negarit fore. qui fortasse falluntur. Nam Horatius ubique sui similis est: id est, comis, facetus, & urbanus. Verum tamen utatur suo quisque judicio. Lam.

Quidquid dicam. Dico habent meliores codices. Torr.

Aut erit, aut non; Jocatur in Apollinem, ut Satyricus. Vet. Schol. Bax.

61 *Si licet, ede.* sic habent omnes libri vulg. cum quibus consentiunt plerique manuscripti, pauci quidam discrepantes habent, *si licet, edam*, quam scripturam si quis forte probabit,

¶ Tempore quo juvenis Parthis horrendus, ab alto
Demiſſum genus Ænea, tellure marique
Magnus erit, forti nubet procera Corano
Filia Naſicæ, metuentis reddere ſoldum.
Tum gener hoc faciet; tabulas ſocero dabit, atque
Ut legat orabit: multum Naſica negatas
Accipiet tandem, et tacitus leget; invenietque
Nil ſibi legatum, præter plorare, ſuiſque.
Illud ad hæc jubeo; mulier ſi forte doloſa
Libertuſve

65. Virgil. Georg. 1. 246.

66 faciam *Mſ. Mus. Br. D.*

probabit, ea ſic mihi videtur explicanda. ſed tamen (inquit Ulyſſes) quid ſibi velit iſta fabula, ſubintellige, *ede*. cui reſpondens Tireſias, *edam*, inquit. Tale eſt illud apud Ciceronem de P. Victorii ſententia libr. 4. epiſt. ad famil. epiſtola 12. *poſtea ſe a Marcello ad me miſſum eſſe, qui hæc nuntiaret, & rogaret, uti medicos. Coëgi, & e veſtigio, &c.* ſic enim legendum putat vir ille doctiſſ. ex auctoritate codicis antiquiſſimi: non, ut vulgo, *uti cogerem medicos*. Nam verbum *cogerem* dicit ille natum eſſe ex annotatione, atque ſubintelligendum. LAM.

Si licet, h. e. niſi ſecretum ſit quod prodere nefas. BAX.

62 *Juvenis*, Perpetuum Auguſti & Apollinis Epitheton. BAX. Si recte ſe habent rationes Bentleii, & nondum video quod impediat; *juvenis* etiam ſtilo Romano tum erat Cæſar, qui *Parthis horrendus* ſpe atque omine dicitur. GES.

64 *Forti*, Dilogως & ſtrenuo militi & ingenio prompto & libero. Etiam Juvenalis 16, 55. *caſtrorum comitem* appellat. BAX.

Nubet modo poſuit pro coibit, vel concumbet: & mecum ſentit Dacerius. BAX. Nemme videtur; cum ſcriberet iſta Flaccus, recens fuiſſe hiſtoria illi affinis, quam habent fragmenta Petro. c. 140. de Philumene *filiam ingerente* orbis ſenibus. GES.

Procera nimis, nec ſatis lepida. BAX. Igitur ingenioſe poeta vaticinari illam Tireſiam inducit, ut ſimul egregie laudetur Auguſtus. ZEUN.

65 *Metuentis*, bene de avaro. BAX. *Metuens reddere*, qui non ſolet reddere, certe non *ſolidum*, de quo, ſi toto defraudare non poſſet, certe quamcunque particulam abraderet. *Metuens* ut Car. 2, 2, 7. GES.

Soldum; aſſem, ſive totum debitum: ſpe novarum tabularum [teſtamenti] proſtituebat filiam. BAX.

66 *Gener*, ſic & ſupra S. 1, 2, 64. *Villius in Fauſta Sullæ gener*. BAX.

68 *Acc. tandem & tac.* Nonnulli M.S. *Accipiet tandem tacitus, leget, invenietque.* Placet. Volebat autem vivens adhuc Coranus eam decepti infidiatoris voluptatem capere. TORR.

69 *Plorare*, αἰμώζειν: ita enim Græci. BAX.

Suiſque; nil enim reliquerat ipſi amatæ. BAX.

70 *Illud ad hæc*, Hoc inſuper. BAX.
Jubet qui fidenter dat conſilium. BAX.
71 *Libertus*, diſpenſator. BAX.

Temperet,

Libertuſve ſenem delirum temperet, illis
Accedas ſocius: laudes, lauderis ut abſens:
Adjuvat hoc quoque; ſed vincit longe prius ipſum
Expugnare caput: ſcribet mala carmina vecors?
Laudato: ſcortator erit? cave te roget: ultro
Penelopen facilis potiori trade. ¶ Putaſne,
Perduci poterit tam frugi tamque pudica,
Quam nequiere proci recto depellere curſu?
¶ Venit enim magnum donandi parca juventus,
Nec tantum Veneris quantum ſtudioſa culinæ;
Sic tibi Penelope frugi eſt: quæ ſi ſemel uno
De ſene guſtârit tecum partita lucellum,
Ut canis, a corio nunquam abſterrebitur uncto.

Me

76 tolle, *Mſſ. Mus. Br. D.* 79 Venit *(venalis eſt)* enim *Penelopa* magno: donandi *eſt p. i. Sim. Boſius apud Lambi.* Ven. en. (indignum!) *Bentl.* Venit, Enim *vero id* magnum! *iron. Tunſtall. Epiſt. ad Middleton.* p. 82.

Temperet, ad arbitrium ſuum regat. Vet Schol. Cruq. Tanquam fræno ſcilicet. Bax.

72 Mire *ſocius*, ſubjecturus *vincit* & *expugnat:* nam ſocii ſunt in bello. Bax.

73 *Vincit*; præſtat. Bax.

74 *Caput*, ipſum ſenem, Patronum ſcilicet. Bax.

75 *Ultro*, tua voluntate non rogatus. Bax.

76 *Penelopam* poſuit Bentleius pro *Penelopen*, uti mox *Penelopa*, affectato ſcilicet Æoliſmo, quod nimis putidum videtur. Notiſſimum eſt Horatium modo hoc, modo illo modo declinare. Putidior etiam videtur iſta Emendatio Bentleii, *Venit enim (indignum) donandi parca juventus*, pro *magnum donandi*, quam neminem probaturum ſcio. Bax.

Facilis potiori trade: Facilis pronus eſt obſequio: *Trade potiori*, h. e. commenda veluti digniorem illo. Bax.

77 *Perduci* ad crimen, unde *Perductores* dicuntur, lenonibus etiam pejores. Ges.

78 *Curſu*, propoſito vitæ: nam vita curriculum eſt: *a diſciplina morum.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

79 Nihil plane cauſæ videre poſſum, cur omnium librorum conſentientem lectionem mutare opus ſit. Satiricum oximorum *parca magnum* quid *donandi juventus.* Sunt homines liberales promiſſis, nugis; parci ubi magnum quiddam exſpectatur. Od. Σ, 290. enarrantur dona procorum, quæ tandem, præſente jam Ulyſſe, aſtu elicuit ab illis Penelope. Ges.

Comice protulit *magnum* pro magni pretii donum, vel quod illa magni faceret. Bax.

Enim, refertur ad ellipſin, more Græcorum, *non eſt mirum: nam &c.* Zeun.

82 *Guſtarit*, uti canis de cadavere. Nam lucri bonus eſt & odor & ſapor ex re qualibet. Bax.

83 *A corio, Proverbialiter.* Vet Schol. χαλιπὸν χοείων κύνα γεῦσαι Theocritus, admonente Lambino. Et mire *corium* de ſene. Bax.

Me ſene quod dicam, factum eſt; anus improba Thebis
Ex teſtamento ſic eſt elata: cadaver
Unctum oleo largo nudis humeris tulit hæres:
Scilicet elabi ſi poſſet mortua: credo,
Quod nimium inſtiterat viventi. Cautus adito:
Neu deſis operæ, neve immoderatus abundes.
Difficilem et moroſum offendet garrulus: ultra
Non etiam ſileas. Davus ſis comicus, atque
Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti.

Obſequio

84 quid *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 87 ſic *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Nunquam abſterrebitur. Libri duo antiquiſſimi *exterrebitur*. Vide librum 1. Sat. VIII, 6.

——*Volucres in vertice arundo*
Terret fixa—— TORR.

Abſterrebitur, abigetur, depelletur. BAX.

Uncto Dilogus poſuit, pro ſpurco ſcilicet & lauto. BAX. Quin ſimpliciter proverbium applicat, ut ſolet. Habemus etiam Germani adagium, *In parvulis loris condiſcunt canes vorare corium.* GES.

84 *Improba*, mala falſa, aſtuta. BAX. Impudens. Quod dicit *Thebis*, Tireſiæ perſonæ ſervit, qui Thebanus fuerit. Utrum tale quid vel Romæ vel ubicunque contigerit, non dixerim: ſed in fine fragmentorum Petronii turpius etiam teſtamentum, certe horribilius, jubente teſtatore ſe mortuum comedi ab heredibus. GES.

85 *Elata*, ſepulta. Euphemiſmo uſitato. BAX.

87 *Si poſſet*; Comica Ellipſis pro *ut videret ſi poſſet*. BAX. Haud dubie hæc addita erat conditio, ut heres excideret ex hereditate, ſi illi corpus elapſum eſſet. ZEUN.

88 *Inſtiterat*, *ſe ingeſſerat*. Vet. Schol. Cruq. BAX.

Cautus adito; *nolito eſſe odioſus importuno acceſſu*. Vet. Schol. Cruq. BAX. Nimia moleſtia & intempeſtivo officio iſtam coluerat. ZEUN.

89 *Neu deſis &c.* Cave ne pecces in alterutram partem, vel negligentiâ, vel odioſa ſedulitate. ZEUN.

90 *Difficilis* dicitur cui vix quidquam placet; *Moroſus* autem cui nunc hoc, nunc illud, etiam contraria. BAX.

Bentleius ex conjectura ſua fruſtra repoſuit *offendes* pro *offendet*. Demiror doctiſſimo viro diſplicuiſſe Perſonæ Enallagen: Neque enim intelligo quid ſit *garrulus ultro*. Certe per totam iſtam Satyram cæcutire videtur vir magnus, vel ſaltem dormitare. BAX.

Optimi Cruquii Codices & nonnulli Lambini pro *ultro* legerunt *ultra*, quam ſcripturam & Vetus Interpres ſequutus eſt, nam *nimis* exponit, h. e. *Ultra quam ſatis eſt*, ut Epiſt. 1, 6, 16, expreſſum legimus. BAX.

90—91 *offendes* garrulus ultro,
non etiam ſileas.

Offendes non *offendit* legit vetus commentator *apud auſterum & taciturnum ne nimis loquare*; & ita quoque Juvencius in interpretatione *homini tetrico atque aſpero* diſplicebis, *ſi loquax ſis, at non ſilebis tamen*. CUN.

92 *Capite obſtipo*. incuruato, inflexo, inclinato: qui geſtus eſt hominis animum demittentis

Obſequio graſſare: mone, ſi increbruit aura,
Cautus uti velet carum caput: extrahe turba,
Oppoſitis humeris: aurem ſubſtringe loquaci.
Importunus amat laudari? donec Ohe! jam
Ad cœlum manibus ſublatis, dixerit, urge; et
Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem.

Cum

93 increbruit *Mſs. Cruq. Mediol.* 1477 *&c. al.* increbuit. Increpuit, *Mſs. Mus. Br. B. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 97 *ſine* ET *in Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Br. in Bib. Reg. Br.*

mittentis, & ad palpandum parati. M. Tull. de Nat. Deor. lib. 2, 43. in Arato, *Obſtipum caput & terreti cervice reflexum, Obtutum in caudam majoris figere dicas.* Lucret. libr. 4, 516 & ſqq. *Deniq. ut in fabrica, ſi prava eſt regula prima: Normaque ſi fallax rectis regionibus exit: Et libella aliqua ſi ex parti claudicat hilum: Omnia mendoſe fieri, atque obſtipa neceſſum eſt, Prava, Cubantia, prona, ſupina, atque abſona tecta.* quem Lucretii locum teſtem producens Feſtus, legit *obſtita*, in voce *obſtitum*, ſed puto, Feſtum eo loco eſſe mendoſum, & legendum, *obſtipum*, & *obſtipa*. nam aliud eſt *obſtipum*, aliud *obſtitum*. Sueton de Tib. 68. *Incedebat cervice rigida & obſtipa, adducto fere vultu.* Lam.

Obſtipo; *ut Scaurus dicit, inclinato in alterum humerum.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

93 *Graſſari eſt impetu aditum aperire.* Torrentius. Suavi Oxymoro atque Dilogia uſus eſt, ut ſit, etiam ſpolia & denuda. Bax.

Si increbruit au. hæc lectio ſervata eſt illæſa in antiquiſſimo Blandin. Buſlid. Diu. reliqui vero omnes habent, *increpuit*, minus recte, ut arbitror: nam licet increpare nonnumquam ſit idem quod ferite, ſonituque aureis verberare, auctore Nonio, tamen hoc alio quodam modo denotat, quam increbeſcere, quod vehementioris eſt venti, & increſcentis auræ, quæ corpora plerumque gravius percellit afficitque, quod ne contingat, movendum ſenem præcipit Ulyſſi, ut in tempore caput regat. Cruq.

Si increbruit aura. hæret etiam nunc in nonnullis libris impreſſis hæc mendoſa ſcriptura *increbuit*: uſque adeo difficile eſt inveterata vitia exſtirpare. Nos autem multis verbis docuimus ἐν παρόδῳ in annotationib. ad lib. Ariſtot. de moribus, ad Nicomac. hoc verbum ſic eſſe ſcribendum, non, ut vulgo, *increbuit*. libri autem calamo exarati alii habent *increbruit*, ut & nos curavimus excudendum: alii *increpuit*, quæ ſcriptura corrupta eſt. *ſi increbruit aura*, id eſt, ſi ventus factus eſt acrior, ac vehementior. ſic loquitur & M. Tull. lib. 7, 20. epiſt. ad Trebat. *ventus increbreſcit. cura ut valeas.* & Virgil. Aeneid. 3, 530. *Crebreſcunt optatæ auræ, portuſque pateſcit, Jam propior.* Lam.

95 *Subſtringe*, acumina, contrahe & ſubrige, quod faciunt aſini atque jumenta ſonum captatura. Bax. *Subſtringe* picturam velut habet, certe metaphoram ſimilem illi, qua *Subſtricta aluus* canum venaticorum dicitur. Ges.

96 *Importunus pro importune.* Vet. Schol. Bax.

Ohe vox eſt ſatietatis, autore Donato. Bax.

97 *Manibus ſublatis ad cœlum*, admirantis & ſtolide prægeſtientis geſtus. Bax.

Urge & Cr. Multo plures & meliores libb. ſine particula *&*——*urge*,

Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem. *Tumidos* autem *ſermones* appellat, quibus auditor ille intumeſceret: ut Epiſt. 1, 1, 36.

Laudis amore tumes.—— Torr.

Urge, inſta. Bax.

Cum te ſervitio longo curaque levarit:
Et certum vigilans, Quartæ eſto partis Ulyſſes,
Audieris, hæres: Ergo nunc Dama ſodalis
Nuſquam eſt? unde mihi tam fortem, tamque fidelem?
Sparge ſubinde: et, ſi paulum potes, illacrimare. Eſt
Gaudia prodentem vultum celare. Sepulcrum
Permiſſum

100 eſto *Bentl. e Mſs.* 103 *Bentl. poſt varios conatus aliorum conj.* Sit *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Et ſic p. p. illacrimare, & Gaudia prudenter vultu celare.

99 *Cura*, ſolicitudine, metu. BAX.

100 *Et certum vigilans*; *jucunde, quia ſolent homines quod cupiunt per ſomnum videre: ergo noli te hæredem factum credere, niſi illud vigilans videris.* Vet Schol. BAX.

Quartæ ſit partis Ulixes. Lege ex noſtris Magdalenenſi & Colbertino, & Lambini quibuſdam.

Et certum vigilans, Quartae ESTO *partis Ulixes, Audieris heres.*

Imitatus eſt ſcilicet Teſtamentorum formulam; Seneca Controv. XV. *Sola mihi heres* ESTO.———*Omnis pecuniae mea eſola heres* ESTO. ———*Uxor mea heres* ESTO. Juſtin. Inſtit. II, 13, 14, 15, 16. *Titius filius meus exheres* ESTO.———*Uſque ad calendas illas heres* ESTO. Digeſt. 1, 16, 142. *Titius & Maevius ex parte dimidia heredes* SUNTO.———*Sempronius ex parte dimidia heres* ESTO. BENTL.

Vigilans *eſto quadrantis* Ulixes. CUN.

101 *Ergo nunc*, pathos amariſſimæ recordationis. BAX. Vid. Car. 1. 24, 5. GES.

Bellus ſane *ſodalis*, quem corvis toties mandaverat. BAX.

102 *Fortem*, liberalem & generoſum. BAX.

103 *Sparge*, parci et tenuis in ſumtu eſt ſpargere vel piper, vel ejuſmodi alia in convivia ſua manu. BAX. *Sparge* hic eſt dic, interpone aliis ſermonibus. GES.

Eſt ἔϛι, licet. BAX. Ut Epiſt. 1, 1, 32. Potes lacrimando celare & intus continere vultum [conformationem oculorum, frontis, genarum] gaudia prodere alias ſolentem, & hic etiam conantem erumpere. Circumpone tibi fletum tanquam perſonam, ſub qua ridere poſſis. *Prodens gaudia vultus* hic dicitur, ut mox *ſeu fundi* ſit *emtor*, h. e. eſſe velit. Emendando excæcant & interficiunt Venerem hujus loci. GES.

104 *Gaudia prodentem vultum celare.* Locus ſane ſcaber & moroſus; etſi interpretes ſecure illum praetervolent:

Sparge ſubinde: & ſi paullum potes, illacrimare. eſt
Gaudia prodentem vultum celare.

Ita nunc vulgo diſtinguunt, ut *illacrimare* ſit modi imperativi ab *illacrimor*: tum autem *Eſt* valebit *licet*, ἔξεϛι, δυνατόν ἐϛι. Quidni autem *poſſibile* eſt *vultum celare?* dubiumne id cuiquam eſt? putida quidem ſententia & Horatio indigna. Quare aliae editiones ſic interpungunt,

&, ſi paullum potes, illacrimare, eſt
Gaudia prodentem vultum celare.

ut ordo ſit, Et illacrimare, ſi paullum potes, eſt celare vultum prodentem gaudia. Ita *illacrimo* uſurparunt Livius, Virgilius, Valerius Flaccus aliique. Melius profecto hoc quam alterum. Fictis enim lacrimis commodiſſime celantur incluſa mentis gaudia. Lucanus IX. 1040. de Caeſare loquens, Pompeii caput abſciſum ſpectante,

lacrimas non ſponte cadentes
Effudit, gemituſque expreſſit pectore læto;
Nan aliter manifeſta putans abſcondere mentis
Gaudia, quam lacrimis.

Tamen, vel hac ſententia, ſic potius ſcripſerim, nitidius paullo & clarius;

Sparge

Permiſſum arbitrio, ſine ſordibus exſtrue: funus
Egregie factum laudet vicinia. Si quis
Forte cohæredum ſenior male tuſſiet, huic tu
Dic, ex parte tua, ſeu fundi ſive domus ſit
Emtor, gaudentem nummo te addicere. Sed me
Imperioſa trahit Proſerpina: vive valeque.

SATIRA VI.

HORATII VOTUM.

Hoc erat in votis; modus agri non ita magnus,
Hortus ubi, et tecto vicinus jugis aquæ fons,
Et paulum ſilvæ ſuper his foret: auctius atque
Dî melius fecere: bene eſt: nil amplius oro,

Maja

3 nihil, *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Sparge ſubinde: & sic paullum potes illacrimare, ET *Gaudia prodentem vultum celare.* Bentl.

105 *Sine ſordibus, ſine tenacitate.* Vet. Schol. Bax.

107 *Male*, graviter, ſeu periculoſe. Bax.

109 *Gaudentem*, contentum. Bax. *Nummo; & uno nummo, quæ erat imaginaria venditio pro donatione.* Vet. Schol. *Hoc modo invidiam donationis vitabant.* Cruquius. Bax. Non defuere qui mallent jungere *gaudentem nummo*, quo magis evitaretur invidia. Sed ſic etiam nihil ſe debere ſentiret ſenex, qui captatur. Et eſt formula ſolennis de qua Bentl. ad Sat. 1, 4, 14. Ges.

Addicere, vendere, in alienum jus tradere. Bax.

110 *Imperioſa trahit; Nam poſt mediam noctem die adventante per Proſerpinam nihil umbris fari concedebatur*, ut docte Cruquius. Et mire *trahit* de mortuo. *Imperioſa* eſt in imperio inexorabilis: oportet enim parere imperioſo. Bax.

1 *In votis*, ſupple præcipium, vel ſummum: ſic & Perſius 3, 48. *Scire erat in votis quid dexter ſenio ferret.* Bax.

Modus; menſura, quantitas. Bax.

3 *Super his*, ἐπὶ τούτοις. Bax.

4 Comice dicit *bene* pro ſatis: vulgo ſic dicimus pro contentus ſum. Bax.

Nil,

Virgil. Ecl. IX. 126. –

Maja nate, niſi ut propria hæc mihi munera faxis.
Si neque majorem feci ratione mala rem,
Nec ſum facturus vitio culpave minorem;
Si veneror ſtultus nihil horum; O ſi angulus ille
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum!
O ſi urnam argenti fors quæ mihi monſtret, ut illi,
Theſauro invento qui mercenarius agrum

Illum

10 quæ etiam *Mſ. Boſ. in Animadv. & G.*

Nil, quod in Libris eſſe oſtendit Bentleius, concinnius & nobis videtur. Bax.

5 *Maja nate:* Horatius in tutela erat Mercurii. Bax. Vid. Car. 2, 7, 13. & 17, 29. Ges.

Propria, *perpetua*. Vet. Schol. Bax.

6 *Ratione*, arte. Bax.

7 *Culpa*, negligentia, Bax. De re ipſa vid. Sat. 2, 3, 177. Ges.

Veneror, religioſe exopto. Cruq. Bax.

Si veneror. &c. Jam inde a puero vidi hanc locutionem prorſus inſolentem eſſe, & nullo modo ſtare poſſe recto talo: Quis enim in toto Latio unquam audivit "veneror" pro "efflagito" "impenſe opto?" Et uſitatus vocis ſenſus multo minus tolerari poteſt. Tum conjeceram legendum eſſe "venor:" quam pro varia lect. poſtea inveni in Ed. Delph. ille tamen Editor nullâ in medium latâ ratione temere & inſulſe damnat: vide L. 1. Epl. 19. V. 37. & ad Heſen. L. 4, 3. Wakef. *(Obſ. Crit.)*

9 *denormat ag.* ſic habent omnes cod. præter Diu. qui legit deformat: verum quod τὸ denormat, rectius legi debeat, oſtendit illud Vitruvii lib. 7. Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. Itaque denormari, eſt ad normam non reſpondere. Cruq.

Denormat, decurtat & inæqualem facit. Eſt autem norma ad quam menſores fines æquales diriguntur, habita perpendicula ratione. Vet. Schol. Cruq. Bax.

10 *O ſi urnam argenti fors qua mihi monſtret.* Ita libri poſt Aldum excuſi; qua, id eſt, *ſi quo pacto, ſi qua ratione:* unde dormitantibus hic interpretibus, etiamnum circumfertur. At priſcae editiones tres, & Pulmanni Berſmannique plures, omnes denique a nobis viſi codices;

O ſi urnam argenti fors QUAE *mihi monſtret:* praeterquam quod Regius habet QUAM: *O ſi quam urnam argenti fors mihi monſtret.* Sed placet *Quae*, quod plurium auctoritate fulcitur. *O ſi quae fors urnam argenti mihi monſtret. Si quae fors*, ut alibi *ſi quis caſus.* Serm. II, 5, v. 49. Bentl.

Ex vetuſtis Libris Bentleius bene repoſuit *fors quæ*: hoc eſt, aliqua. Bax.

Ut illi; mercenario cuidam per quietem traditur Hercules theſaurum demonſtraſſe. Vet. Schol. Bax. Perſ. 2, 10. *O ſi ſub raſtris crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule.* Ges.

11 *Theſauro invento*, theſaurum ſic definit Paullus Juriſconſultus lib 41. Digeſtor. tit. 1. de acquir. rer. domin. *Theſaurus eſt quædam vetus depoſitio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. Sic enim fit ejus, qui invenerit, quod non alterius ſit. alioquin ſi quis aliquid vel lucri, vel metus, vel cuſtodiæ cauſa condiderit ſub terra, non eſt theſaurus: cujus etiam furtum fit.* Lame.

12 *Amico*

Illum ipſum mercatus aravit, dives amico
Hercule. Si, quod adeſt, gratum juvat; hac prece te oro,
Pingue pecus domino facias, et cætera, præter
Ingenium: utque ſoles, cuſtos mihi maximus adſis.
Ergo ubi me in montes et in arcem ex urbe removi,
(Quid prius illuſtrem Satiris, Muſaque pedeſtri?)
Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auſter,
Autumnuſque gravis, Libitinæ quæſtus acerbæ.
Matutine

13 Oro te, *Mſ. Mus. Br. C.*

12 *Amico Hercule*; *Ideo quia theſauris Præeſt*; *& ſunt qui eundem Incubonem eſſe velint, unde putant quod Res ruſtica in tutela ſit ejus: nam illi ſacrificia reddunt ruſtici cum juvencos demuerint.* Bax.

13 *Si* cauſam & conditionem impetrandi continet. Ges.

Gratum modo Paſſive pro *grate acceptum.* Bax.

14 *Præter ingenium:* ludit in gemino ſenſu: nam pingue dicitur ingenium quod non ſubtile, ſed veluti craſſo filo: ſic & togam dicimus pinguem. Bax.

16 Hinc indicare incipit felicitatem ſuam ruſticantis, quam auget comparatione vitæ urbanæ. Ges.

In montes; in Sabinos meos. Bax.

Dilogus *arcem* poſuit pro montis ſummitate & pro regia. *In arcem belle dixit, velut rex in villula mea.* Vet. Schol. Bax.

17 Perentheſi incluſi verſum, ne interpellet nexum ſententiæ. Ges.

Illuſtrem, illuminem; *exſequar.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Muſaque pedeſtri. Muſam pedeſtrem, verſus, quibus utitur in Satyris, et in epiſtolis appellat, quia ſolutæ orationi ſunt ſimillimi. infra epiſt. ab Auguſt. 2, 1, 250. *nec ſermones ego mallem Repenteis per humum, quam res componere geſtas.* & Ode 12. lib. 2, v. 9. hiſtorias pedeſtreis dicit quæ ſunt oratione ſoluta conſcriptæ, *tuque pedeſtribus Dices hiſtoriis prælia Cæſaris, Mæcenas, melius* πεζὸν λογόν appellant Græci. Lam.

18 *Mala*, moleſta: *ambitio, viſitatio amicorum.* Vet. Schol. Bax.

Perdit, enecat, ineptiendo ſcilicet & potando. Bax.

Nec plumbeus Auſt. inſalubris, peſtilens, & quo corpora ingraveſcunt. M. Tull. per tranſlationem ſermonis *plumbeos* appellat, tardos & hebetes lib. 1. Tuſcul. 29, *niſi plane plumbei ſumus in philoſophicis.* vel refer ad colorem oris, & corporis, quæ efficiuntur pallida Auſtri flatu. ſupra Ode 14. lib. 2, 15. *Fruſtra per auctumnos nocentem Corporibus metuemus Auſtrum.* Lam.

Plumbeus, quod plumbeos reddat. Bax.

19 *Gravis*, ſævus, peſtiferus. Bax.

Labitina locus eſt in urbe quo conſtituuntur qui efferenda corpora conducunt, & præbent funeribus neceſſaria. Vet. Schol. *Sub tutela Libitinæ erant Deſignatores, Pollinctores, Uſtores, Sandapilarii, Veſpillones, Præficæ, & Buſtuarii.* Torrent. Bax.

Janus & Jana; Sol & Luna, Κόρος & Κόρη, ab ἰάνειν juveneſcere. Unde *Divus Janus & Diva Jana:* quod ſint perpetuo Juvenes; & per hoc æterni. *Tu puer æternus——deus temporum & dierum dicitur hic præeſſe rebus incipiendis.* Vet. Schol. Bax.

20 Vitam

Matutine pater, ſeu Jane libentius audis,
Unde homines operum primos vitæque labores
Inſtituunt (ſic diis placitum) tu carminis eſto
Principium. Romæ ſponſorem me rapis. ¶ Eia
Ne prior officio quiſquam reſpondeat, urge:
Sive Aquilo radit terras, ſeu bruma nivalem
Interiore diem gyro trahit, ire neceſſe eſt.
¶ Poſtmodo,

20 Vitam urbanam deſcripturus incipit a prima parte diei, matutino, cui, ut omnium rerum initiis *Janus*, reſpectu diei *Matutinus* dictus præeſt. Ges.

Libentius audis; omnia deorum nomina citabant in hymnis, quod neſcirent quibus gauderent potiſſimum. Bax.

21 *Unde*, quo invocato. Bax.

22 *Inſtituunt*, ordiuntur, ineunt. Bax.

23 *Romæ, ad tuum Forum.* Vet. Schol. Bax. Cum Romæ ſum, mane me in forum tuum invitum etiam rapis, & ſic mihi imperas, *Eia* &c. Ges.

Principium: *Romam* ſponſorem me rapis: Eia. Romam, quæ eſt emendatio Marcilii, inſcitiſſime adſciviſti. Nam primo Flaccus hic urbis incommoda recenſet, ut bene obſervavit Turnebus, cujus verba adponam. *Etenim quibus Romæ negotiis implicatus & impeditus ſoleat eſſe, ſcribit: quibus ruri quod careat, ſe fœlicem & beatum putat. Romæ* autem recte interpretatur Lambinus *cum Romæ ſum*; atque hoc per ellipſin participii verbi ſubſtantivi dixit Horatius. De qua ellipſi vide *Sanctii Minerv.* p. 572. Edit. A. 1714. Cun.

24 *Eia, Ne prior officio.* ſi legemus *urge*, ut habent omnes libri vulgati: horum verborum hæc mihi videtur fore ſententia. eia (inquit Horatius) Matutine urge, atque impelle me acriter ad hoc officium ſpondendi alicui amico præſtandum, ne quis me officioſior exiſtat, atque hanc mihi laudem præripiat. Sin, ut nonnulli libri manuſcripti, *urges*: quam ſcripturam ego magnopere probo: hujus loci hæc erat ſententia: tu Matutine me ſic hortando urges: eia, Horati noli committere, ut quiſquam officio ſatisfaciat prior, quam tu. poteſt & ſic explicari, ſervata vulgata, & communi ſcriptura, ut intelligamus, Horatium ſeipſum hortari, eia: urge quod agis, urge officium tuum, nequis te ſit officioſior. ſed ego *urges* legi malo. Lam.

Officium eſt quo perſona noſtra damus operam amicis. Bax.

Quiſquam, quidam alius. Bax.

Reſpondeat, ſatisfaciat. Vet. Schol. Cruq. h. e. fide juſſorem ſe præbeat. Bax.

Urge, propera. Vet. Schol. Cruq. Bax.

25 *Radit, ſtringit.* Vet. Schol. Bax.

Aquilo radit terras. Sic Epod. XVI, 53.

——— *Ut neque largis*
Aquoſus Eurus arva radat imbribus.

eadem, ni fallor, ratione, qua *verrentes aquora venti*, & *remis vada livida verrunt*, Lucret. 5, 267. & Virg. Æn. 6, 320. dixere. Torr.

terras radit. Cun.

26 *Interior gyrus* eſt, quem equi faciunt prope metam circi: a qua quo magis ſe removent, tanto majorem faciunt gyrum, ſ. anfractum &c. Ges. *Interiore gyro*, breviore circulo, h. e. facit diem breviorem. Cf. Broukhuſ. ad Tib. IV, 1, 93. Zeun.

27 Cogitavit de Græco Proverbio, Ἔγγυα πάρα δ' ἄτη. Bax. Similiter Germani *ſpen-*

ſpren-

¶ Poſtmodo, quod mihi obſit, clare certumque locuto,
Luctandum in turba; facienda injuria tardis.
¶ Quid vis inſane? et quas res agis improbus? urget
Iratis precibus; tu pulſes omne quod obſtat,
Ad Mæcenatem memori ſi mente recurras.
¶ Hoc juvat, et melli eſt, non mentiar. At ſimul atras
Ventum

28 Et facienda, *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 29 Quid tibi v. i. & quam rem agis *Bentl. Illud tibi habent MSS, etiam G. Sed potius eſt, illud* tibi *improvide aſſumtum a librariis, quam dediſſe Flaccum, ut vult Bentl. vel ut Cun.* & quæ agis. Quid tibi *ſine* agis, *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 32 mentior *Sax. & Mſ. Mus. Br. F.*

ſorem obtorto collo rapi proverbio dicunt. Ges.

Clare certumque; ſatis ancipiti diſcrimine. Bax. Verba ſponſionum quam clariſſime concipiuntur, & adhibita ſtipulatione certa redduntur. Ges.

28 *Luctandum in turba*; *facienda*. Scribe ex Berſmanni Pulmannique codicibus, noſtriſque ad unum omnibus, & tribus editionibus vetuſtis;

Luctandum in turba, ET *facienda injuria tardis*. Bentl.

29 Bentleius de ſuo poſuit *quam rem agis*, nimis ſcabre uti ego ſentio. Bax.

Mutavi diſtinctionem, ut *improbus* fiat convicium cujuſcunque cubito demoti ab Horatio, in ipſum Horatium. *Urguet* poſitum abſolute, ut *inquit*, de quo Bentl. Ser. 1, 4, 79. *Urguet tardus* aliquis, *cui facta injuria, iratis precibus*, imprecationibus, diris, ac dicit, Tu, Horati, *pulſes* &c. Ges.

Improbus, impudens, maledicus: *urguet*, inſtat. Bax.

Quid tibi vis, inſane? quæ agis rerum. Cun.

30 *Improbus urget Iratis precibus.* Daniel Heinſius, *Omnino*, ait, *ſcribendum eſt, Improbus urget*, Iratus, *precibus:* infeliciter ſane, neque pro cetera ingenii & eruditionis fama. Nihil ejus correctione deterius, nihil recepta lectione elegantius. Sic Tacitus, *preces contumaces*. Annal. II, 57. *Reſponſum a Piſone* precibus contumacibus; *diſceſſeruntque apertis odiis*. *Iratis* autem figurate dictum; ut Martialis XI, 85, 15. *Iracundis unguibus*, Juvenalis XIII, 93. *irato ſiſtro*, Propertius III, 25, 10, *irata manu*; & IV, 10, 62, *iratam ſitim*; & alii alia. Bentl.

Precibus, imprecationibus. Vet. Schol. Bax.

Tu pulſes; Comice de ſe loquitur ſecunda perſona, & Emphaticωs, quaſi dicat, Oportet tamen me ſurdum eſſe & properare. Bax.

31 *Memori mente*; promiſerat enim ad cœnam. Bax.

32 *Hoc juvat*; pulſare ſcilicet plebeculam. Bax. Quin juvat ad Mæcenatem ire. Ges.

Hoc juvat & melli eſt, *ne* mentiar: at ſimul atras.

Quidam codd. legunt *non mentior*, quod tu exemplis ex Apulcio & Plauto petitis recte dici probas. Sed codex Petrenſis paullo, inquis, melius *ne mentiar*, quod recte quoque dici exemplis ex Cicerone, Plauto, Terentio allatis probas. Deinde addis *placet tamen recepta lectio non mentiar*. Plautus Menaech. II, 1, 3. *Major non dicam dolo.* Atqui hujus loci lectio non exemplis ſed artis præcepto dijudicatur. Neque enim ex eo quod Plautus dixerit *non dicam dolo*, legendum eſſe *non mentiar* concludi neceſſe eſſe. Verum quoniam perſæpe te ſimiliter peccaſſe oſtendi in notis, inde ratio critica, qua ſuffulcitur

Ventum eſt Eſquilias, aliena negotia centum
Per caput et circa ſaliunt latus. Ante ſecundam
Roſcius orabat ſibi adeſſes ad Puteal cras.
De re communi ſcribæ magna atque nova te
Orabant hodie meminiſſes, Quinte, reverti.
Imprimat his cura Mæcenas ſigna tabellis.
Dixeris, Experiar: Si vis, potes, addit, et inſtat.
Septimus octavo propior jam fugerit annus,
Ex quo Mæcenas me cœpit habere ſuorum
In numero, duntaxat ad hoc, quem tollere rheda
Vellet, iter faciens, et cui concredere nugas
Hoc genus; Hora quota eſt? Threx eſt Gallina Syro par?
Matutina

42 ad hæc, *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 44 *Sine* eſt, *Mſs. Mus. Br. B. D.*

vulgata lectio *non mentiar* petenda eſt. CUN.

Atras, exſecrando dicit *atras*, quaſi infelices, & horrendas. BAX. Immo, nuper atras, funeſtaſque. Vid. Ser. 1, 8, 14 ſqq. GES.

33 *Eſquilias*, ad domum Mæcenatianam. BAX.

34 *Per cap. & circa ſal.* negotia quamplurima me omni parte adoriuntur, & circumveniunt. illuſtris hypotypoſis, ſeu ſubjectio, per quam negotiorum multitudo hac & illac Horatium urgentium & circumvenientium, exprimitur, & quaſi oculis ſubjicitur. Videre enim videmur negotia quamplurima, tanquam animantia quædam, circum Horatium per caput, & per latus ſalientia, eumque moleſte inſectantia, & vexantia. ſic idem ſupra de curis Od. 16. lib. 2, 11, *& curas laqueata circum Tecta volantes.* ſic Juvenalis de morbis Sat. 10, 218. *circumſilit agmine facto Morborum omne genus.* LAM.

Ante ſecundam; nam *Exercet raucos tertia cauſidicos*, ut ait Martialis IV, 8, 2. *Tertia* autem nobis Nona eſt. BAX.

35 *Sibi adeſſes*; h. e. advocatus ſis, vel etiam teſtis. BAX.

Ad Puteal; *in quo Tribunal ſolebat eſſe Prætoris.* Vet. Schol. Vid. Epiſt. 1, 19, 8. BAX.

36 *De re communi*; *hoc loco ſignificat ſe Horatius Decuriam habuiſſe.* Vet. Schol. BAX. Vid. ad Sat. 2, 5, 55. In Decurias diviſi ſcribæ, decuriam i. jus illud collegii & poteſtatem adeo ſcriptum faciendi emere vendere poterant. GES.

Nova, inexſpectata. BAX.

37 *Reverti*; ad curiam ſcilicet ſcribarum, quorum erat de numero. BAX.

38 *Signa* Auguſti ſigillum quod cuſtodiebat. BAX.

39 *Dixeris*, imperſonaliter, & negligenter: debebat enim *ſi dicam*, vel *dixerim*. GES.

43 *Nugas*; *Hoc non ſine tacita nota Mæcenatis, qui nihil ſerii communicabat Horatio.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

44 Torrentii & Cruquii Codices legerunt *Threx*

Matutina parum cautos jam frigora mordent:
Et quæ rimoſa bene deponuntur in aure.
Per totum hoc tempus ſubjectior in diem et horam
Invidiæ. Noſter ludos ſpectaverat una;
Luſerat

48 Invidiæ noſter. Ludos ſpectaverit—Luſerit *Bentl.*

Threx pro *Thrax*, quod perinde eſt. Thrax parmula Thracica & gladiolo falcato depugnabat. Bax.

45 De frigoris noxa Sat. 1, 1, 80. Ceterum juvabit cum hoc charactere componere illum quem ex Ennio refert Gell. 12, 4. Ges.

48 *Noſter ludos ſpectaverat una, Luſerat.* Locum hactenus male acceptum ſic lego & diſtinguo:

Per totum hoc tempus ſubjectior in diem & horam Invidiae noſter. ludos SPECTAVERIT *una:* Luserit *in campo: Fortunae filius, omnes.*

Ubi primo, *ſubjectior invidiae*, ut Juvenalis X, 56.

Quoſdam praecipitat ſubjecta *potentia magnae.* Invidiae.

Deinde *noſter* ad *ſubjectior* referendum; alioquin ambiguum foret, utrum ſe an (quod ineptum eſt) Maecenatem dicat invidiae obnoxium. Eleganter autem *noſter* cum verbo tertiae perſonae perinde eſt ac *ego*. *Ego*, inquit, *per totum hoc tempus ſubjectior ſum invidiae: ſi ludos una cum Mæcenate ſpectavero, ſi in Campo Martio una luſero; omnes illico qui adſtant, Fortunae filius, ſecum aiunt taciti.* Plautus Rudente IV, 7. v. 19.

Egone ut quod ad me adlatum eſſe alienum ſciam,
Celem? minime iſtuc faciet noſter Daemones. At ibi Daemones ipſe loquitur, ut hic ipſe Horatius: ergo *noſter faciet* eſt idem plane quod *ego faciam.* Idem Epidico I, 2. v. 44.

Facile tu iſtuc, ſine periclo & cura, corde libero,
Fabulare: novi ego noſtros: *mihi dolet, cum ego vapulo.*

ubi *noſtros* recte, opinor, interpretantur *nos:* niſi potius emendandum ſit, *Novi ego noſtrum*, id eſt, *me:* ut in ſimili fere periculo Antipho ait apud Terent. Phorm. I, 4, 30. *Egomet me novi & peccatum meum.* Ceterum pro *ſpectaverat, luſerat*, quae in vulgatis hactenus obtinuerunt, repoſuimus ex Galeano noſtro. Lambethano, & Collegii Trinitatis codice, SPECTAVERIT; & ex poſtremo eorum, LUSERIT. *Ludos ſpectaverit una*, hoc eſt, *Si ſpectaverit*; ut ſupra v. 39. *Dixeris, experiar*, pro *ſi dixeris:* & Serm. ſequente, v. 32. *Juſſerit ad ſe Maecenas*, pro *Si juſſerit.* I, 3, v. 15. *Decies centena dediſſes Huic parco*, pro *Si dediſſes.* Perſius Sat. V. in fine;

Dixeris *haec inter varicoſos centuriones.*

Virgil. Aen. VI. v. 31.

tu quoque magnam
Partem opere in tanto, ſineret *dolor, Icare, haberes.*

Omnia, opinor, jam plana ſunt & extra aleam conſtituta. Aliorum hic explicationes in tenebris ceſpitantium parco exagitare: tute jam facile per te videris, ut omnes in nervum denique erumpant. Bentl.

Noſter; Ethopœia Invidorum. Bax. V. Schol. ad vocem *Noſter, Ita dicebant*, inquit, *invidi.* Nempe invidorum de ſe Sermones poeta refert hos: Noſter Flaccus ludos ſpectaverat una cum Mæcenate—Luſerat cum Mæcenate: omnes ſubjiciunt, Fortunæ filius eſt hic homo. Illud *ſpectaverat—luſerat* indicio eſt, has eſſe quaſi de medio ſermone excerptas particulas: alias enim poſuiſſet *ſpectavit, luſit.* Si probaſſet Bentleius, vel probari poſſe putarem, *Noſter* poni poſſe pro *ego*; plane probarem illius lectionem: *Per totum—invidiæ noſter. Ludos ſpectaverit una, Luſerit* &c. Ges.

Luſerat in campo; Fortunæ filius, omnes.
Frigidus a Roſtris manat per compita rumor:
Quicunque obvius eſt, me conſulit; ¶ O bone (nam te
Scire, Deos quoniam propius contingis, oportet)
Num quid de Dacis audiſti? ¶ Nil equidem. ¶ Ut tu
Semper eris deriſor! ¶ At omnes Dî exagitent me,
Si quicquam. ¶ Quid? militibus promiſſa Triquetra
Prædia Cæſar; an eſt Italа tellure daturus?
Jurantem me ſcire nihil mirantur ut unum

Scilicet

Ludos, Comœdias. BAX.

Miror placuiſſe Bentleio *ſpectaverit* & *luſerit* pro *ſpectaverat* & *luſerat*, autoritate rariorum Codicum tantum. Pluſquam perfecto modo utitur Horatius pro Recordativo Tempore. BAX.

49 *In Campo* Martio ſe exercuerat. BAX.

Fortunæ filius; ſic & Græci παῖδα τῆς τύχης fortunatum dicunt, uti Sophocles. BAX.

Omnes, ſupple dicunt. BAX.

50 Omiſſum *ſi* vel quoties. GES.

Frigidus rumor; rumor ſurdus, vel nullo, vel incerto autore. BAX. Fortaſſis *rumor frigidus* eſt triſtior, qui frigore ſ. metu percellit animos hominum. ZEUN.

A Roſtris; Roſtra erant in Foro: In Foro autem & Compitis maxima hominum frequentia. BAX.

51 *O bone!* Frigida compellatio. BAX.

52 *Deos* dicit *Auguſtum & Mæcenatem*, non tamen ſine mixtura Ironiæ, ex invidi perſona. BAX.

53 *De Dacis, qui tunc rebellabant Romanis.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

54 *Deriſor*, Εἴρων. BAX.

Exagitatur a diis, qui ob ſcelus perpetratum furore concutitur. Vet. Schol. Cruq. BAX. Puto in tali contextu non elidi vocalem contractam in DI, ſed legi *DI'xagitent me*, Græco more. GES.

55 *Poſt bellum Philippenſe metationem agrorum promiſit Cæſar.* Torrentius. Sed probabilius eſt accidiſſe poſt bellum Actiacum, de quo nunc agit Horatius. BAX. Ex Bentleianis rationibus, quæ mihi videntur veriores, ad A. V. 718 ubi Sexto Pompeio, devicto, exuto Lepido, agros diviſit: de qua re Dio, 49, 14. GES.

Triquetra, Sicula, Trinacria. *Militibus emeritis vel dabatur ſtipendium ex ærario, vel aſſignabantur agri quos colerent.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

57 *Mirantur ut unum Scilicet.* Praeceſſerat, *Quicumque obvius eſt, me convenit:* nunc ſequitur numero mutato, *Mirantur:* quod etſi multis aliorum exemplis defendi poteſt, placet tamen magis Batteliani codicis lectio, MIRATUR. Quippe *convenit* ſupra dixerat; non, ut potuit, *conveniunt*. Et neſcio quomodo ſingulari numero delectatur Horatius, ut ſaepe diximus, & praeſertim ad Carm. I, 24, v. 8. BENTL.

Non placet Bentleii *miratur*, nam de pluribus agit. Quin & *Quicunque obvius eſt* [v. 51. ſupra] vim habet Pluralis Numeri, neque

Scilicet egregii mortalem altique ſilentî.
Perditur hæc inter miſero lux, non ſine votis:
O rus quando ego te aſpiciam? quandoque licebit,
Nunc veterum libris, nunc ſomno et inertibus horis
Ducere ſolicitæ jucunda oblivia vitæ?
O quando faba Pythagoræ cognata, ſimulque
Uncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo?
O noctes cœnæque deûm! quibus ipſe meique,
Ante larem proprium veſcor, vernaſque procaces
Paſco libatis dapibus. Prout cuique libido eſt,
Siccat inæquales calices conviva ſolutus

Legibus

67 prout *omn.* cum, ut *Bentl. ex uno MS.*

neque in tali caſu Singulare Verbum ſatis videtur convenire. Bax.

Unum, unicum. Bax.

58 *Scilicet*, plane, pro certo. Bax.

Altique ſilenti. ſic Virg. Æneid. 10, 63. *quid me alta ſilentia cogis Rumpere?* Lam.

62 *Ducere oblivia*, tanquam hauſtu Lethæo: & mecum eſt Torrentius *Ducere, id eſt, potare.* Vet. Schol. Bax.

63 *Cognata*; Pythagoras credebat fabarum cauliculis aſcendere animas hominum ex Orco, quod faba genitale caput referret. Inferorum portas etiam appellabat fabarum caules, quod geniculis carerent. Vide & alias rationes in Rutgerſii Venuſinis Lectionibus c. 24. Bax.

64 *Simulque Uncta ſatis p. p. o. l.* ſignificatur his omnibus tenuis, & minime ſumtuoſus, minimeque exquiſitus apparatus. *ponentur* autem, id eſt, apponentur. Et animadverte, oluſcula ſemper locum habere in tali apparatu ſignificando. Lam.

65 *Deûm*; *Namque deos didici ſecurum agere ævum*, ut noſter alias. Bax.

66 *Ante larem*, focum ſcilicet: nam focus ara eſt larium. Bax.

Veſcor proprium. Cun.

Vernaſque. Vernas (inquit Nonius) appellabant veteres, qui vere ſacro fuerint nati: & habebatur nomen hoc pro vitabili maledicto. Feſtus, *Vernæ appellabantur ex ancillis civium R. vere nati.* Lam.

Procaces, qui confidenter loquuntur & libere. Vet. Schol. Cruq. Bax.

67 *Libatis*; *deguſtatis, diminutis.* Vet. Sch. Bax.

Libatis paſco. Cun.

Bentleius de ſuo pro *Prout* poſuit *Cum.* Diſplicuit illi ſonus vocis *Prout.* Nimis hic videtur delicatus pro Satyrico ſtilo. Bax.

68 *Siccat inæquales calices.* bibit quiſque quantum libet, ſive multum ſive parum. nemo cogitur a bibendi magiſtro calices æquales exhaurire, ſed ſuo quiſque arbitratu bibit. nemo neceſſe habet ex magiſtri præſcripto bibere. Solebat autem magiſter ille, quem alio nomine regem appellabant, convivis omnibus æquales calices ebibendos dare, & bibendi leges ferre, quas inſanas proximo verſu

Legibus insanis; seu quis capit acria fortis
Pocula, seu modicis uvescit lætius. Ergo
Sermo oritur non de villis domibusve alienis,
Nec male necne Lepos saltet; sed quod magis ad nos
Pertinet, et nescire malum est, agitamus; utrumne
Divitiis homines, an sint virtute beati?
Quidve ad amicitias, usus rectumne trahat nos?
Et quæ sit natura boni? summumque quid ejus?
Cervius hæc inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas. Si quis nam laudat Arellî

Solicitas

69 caput, *Mſ. Mus. Br. B.* 70 humescit, *S. Z. F.* Fabric. 1555. & *Mſs. Mus. Br. B. C. F.* 72 Nepos. *Mſs. Mus. Br. B. C. D.* 78 Nam si quis, *Mſ. Mus. Br. F.*

su vocat. LAM.

69 *Insanas Leges dicit Archipoſian, quando capaces calices ebibunt ad æquales hauſtus.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Capit acria, potest bibere grandia, quod acris potatoris est. BAX.

70 Comice *Ergo* pro deinde. BAX.

72 *Lepos.* Nonnulli codices *Nepos* habent: quod Cæciliæ gentis cognomen. mihi non displicet; ut alibi. Sat. 2, 1, 24.

Quid faciam? ſaltat Milonius.——

In veteri tamen libro adscriptum, *Lepos Cæſaris archimimi nomen.* TORR.

Lepos, nomen ſaltatoris opinatiſſimi. Vet. Schol. BAX. Videtur ex re impositum nomen. GES.

73 *Agitamus, diſquirimus.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

75 *Uſus, utilitas; rectum, honeſtas.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

76 *Natura, Definitio.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

77 *Cervius hæc inter.* hic versus varie legitur. Sil. codex habet, Cervius has inter vicinos garrit aniles, &c. Mart. legit, Cervius hic inter vicinos, &c. alii omnes, Cervius hæc inter, &c. præterquam quod omnes Blandin. habeant, vicinos. qui nominandi casus est (ut mihi videtur) antiquo more scriptus, pro vicinus: quæ scribendi ratio in iis codicibus frequens est, præcipue in vultus, & vulgus. talem ego nominativum fuisse censeo vivos, in eo versu Ennii, per elisionem s litteræ, quem recitat Cato Major, cur? volito vivos per ora virum. de quo perpulchre disputat vir doctissimus Suffridus Petrus. in suis castigationibus in Caton Major. Quare vulgatam lectionem ceteris prætulerim, inducit enim Cervium vicinum ex convivis urbaniorem garrire, hoc est, lepide, voceque satis clara recitare fabellas aniles, non futiles, nulliusve pretii aut frugis, sed non plane philosophicas cognituque difficiles, at ex te tamen natas, hoc est, argumento quod controvertitur a convivis: idque ad gravitatem propositi thematis condiendam, deliniendosque incalescentes animos. CRUQ.

Garrire est jucunde narrare. Cruq. BAX.

78 *Ex re; ad exemplum rei propoſitæ pertinentes.* Vet. Schol. Nam ex re præsenti eas in memoriam revocabat. BAX.

Nam

Solicitas ignarus opes, sic incipit. ¶ Olim
Rusticus urbanum murem mus paupere fertur
Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum;
Asper et attentus quæsitis, ut tamen arctum
Solveret hospitiis animum. Quid multa? neque ille
Sepositi ciceris, nec longæ invidit avenæ:
Aridum et ore ferens acinum, semesaque lardi
Frusta dedit, cupiens varia fastidia cœna
Vincere tangentis male singula dente superbo:
Cum pater ipse domus palea porrectus in horna
Esset ador loliumque, dapis meliora relinquens.

Tandem

81 casa, *Mss. Mus. Br. D.* 83 Ille *etiam, G. S. Bos. F.* 92 Vis tu *probat Bentl. & sic G. Z. &c.* Vin' tu *al.*

Nam si quis laudat Arelli. Sic editiones priscae: unde dissimulata ab Interpretibus lectionis varietate, perpetuum obtinuit. At enim, quod in suis invenit Bersmannus, ego etiam reperi in Leidensi, Reginensi, Batteliano, Petrensi, Magdalenensi, Regio, Regiae Societatis, aliisque. Si quis nam laudat: duo soli eique omnium recentissimi habent *Nam si quis.* Egregii scilicet correctores conjunctionem illam non nisi primo loco stare posse crediderunt. Atqui & secundum interdum locum sortita est, ut Sat. II. 3 v. 20. *Olim nam quaerere amabam.* v. 41. *Primum nam inquiram.* v. 302. *Ego nam videor mihi sanus.* Epist. II, 1. v. 186. *His nam plebecula gaudet.* & alibi. Ergo & hic in secunda sede est collocanda; sic enim lenior fluit versus; & numquam tam rarum hoc dedissent Librarii, nisi de manu auctoris accepissent. Bentl.

Bentleius in vetustissimis reperiri scribit *Si quis nam*, inversim [pro *Nam si quis*] Lucilliana constructione. Bax.

Arelli, prædivitis & avari. Probabile est colonum hunc fuisse non longe ab Horatii villa, & prædivitem. Bax.

82 *Asper*, alienus a deliciis. Bax.

Attentus, admodum cautus circa sumtus. Bax.

83 *Solveret*, laxaret, aperiret. Bax.

Optime Bentleius ex Libris *ille* posuit pro *illi*. Bax.

84 *Longæ*; *habent enim glumum longum.* Vet. Schol. Cruq. Forte legendum *glumam longam*. Bax.

Avena sativa. Linn.

85 *Acinum*, pro *racemo ponitur*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

87 *Male, vix.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

88 *Cum pater ipse domus*, mus rusticus sat. 8, 7, *at aiebat cenæ pater.* Lam.

Cum pater ipse; Ridicula Stili gravitas. Bax.

Horna, hujus anni, sive Horæ; ὥρινη. Bax.

89 *Esset.* ederet, ab edo, es, est. Epist. 2. lib. 1, 39, *si, quod Est animum, differs curandi tempus in annum.* sic es pro edis. Catull. ad Aurel. 21, 4. *Pædicare cupis meos amores, Nec clam: nam simul*

Tandem urbanus ad hunc, Quid te juvat, inquit, amice,
Prærupti nemoris patientem vivere dorſo:
Vis tu homines urbemque feris præponere ſilvis?
Carpe viam (mihi crede) comes, terreſtria quando
Mortales animas vivunt ſortita, neque ulla eſt
Aut magno aut parvo leti fuga: quo, bone, circa,
Dum licet, in rebus jucundis vive beatus;
Vive memor quam ſis ævi brevis. Hæc ubi dicta
Agreſtem pepulere, domo levis exſilit: inde

Ambo

95 Bene, *G. F.*

mul es, jocaris una. ubi vulgo legitur, *ſimul &.* LAMB.

Ador, far, zea, vel ſpelta. Torrent. BAX.

90 *Quid te juvat*, cur adeo delectaris. BAX.

91 *Patientem*, durum atque aſperum. BAX.

Dorſo nemoris, villa erat Horatiana. BAX.

92 *Vin' tu homines urbemque. Sic habent*, inquit Lambinus, *ſex codices, quos ſecutus ſum: vulgati*, VIS TU, *minus concinne.* Hinc adeo eſt, quod *vin' tu* in pleriſque editionibus hodie comparet. At de codicibus ipſe viderit: nos in omnibus noſtris, ut & Cruquius, Pulmannus, Berſmannuſque in ſuis, VIS TU reperimus: neque aliter habent Venetae & Loſcheriana. Utra autem lectio *minus concinna* ſit, jam poteris judicare. Siquidem *Vis tu* elegantiſſimus Idiotiſmus eſt, acutiſſimo Gronovio patri obſervatus & copioſe enarratus ad Senecam De Ira III, 38. & Epiſt. LVIII. & Praefat. ad IV. Natur. Quaeſt. Martialis, X, 83, 1 & 9.

Raros colligis hinc & hinc capillos ——
Vis tu *ſimplicius ſenem fateri?*

Juvenalis V. v. 74.

Vis tu *conſuetis, audax conviva, caniſtris*
Impleri, paniſque tui noviſſe colorem?

Seneca de Conſtantia XV. Vis tu *fortius loqui, & illam Fortunam ex toto ſubmovere?* De Brevitate Vitae XIX. Vis tu, *relicto ſolo, mente ad iſta caeleſtia reſpicere?* Vide multo plura apud Gronovium. In illis omnibus τὸ VIS non interrogantis modo eſt ut VIN; ſed orantis, hortantis, flagitantis, jubentis. *Vis tu homines urbemque feris praeponere ſilvis?* hoc eſt. *an dubitas praeponere? non pudet non praeponere? praepone, amabo, ſi ſapis.* Et ad haec exempla, etiam invitis codicibus, repoſuimus Serm. I, 9. v. 69. VIS *tu curtis Judacis oppedere?* hoc eſt, *Non tu vis oppedere? an tu metuis oppedere?* Quare valeat Lambinus, cumque ſuis *codicibus*, cumque ſua *concinnitate.* BENTL.

Vis tu homines; callide extorquet inſinuando. BAX.

93 *Carpe viam*; heroicum charactera affectat in re ridicula. BAX.

94 *Mortales animas*; Urbani mures Epicurei ſunt. Vult autem ſignificare ſolis aſtris animas eſſe immortales. *Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæque deorum.* Ovid. Met. 1, 73. BAX.

96 *Dum lic. in rec. jug. v. b.* creber eſt in hac ſententia Hor. vide exempla, quæ collegimus ad illum locum, *Donec virenti canities abeſt Moroſa, nunc & campus, & arcæ, &c.* Oda. 9. libr. 1, 17. LAMB.

97 *Vive memor*, h. e. carpe diem. BAX.

98 *Pepulere*, impulerunt, ut vitæ genus, & lo-

Ambo propoſitum peragunt iter, urbis aventes
Mœnia nocturni ſubrepere. Jamque tenebat
Nox medium cœli ſpatium, cum ponit uterque
In locuplete domo veſtigia; rubro ubi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos,
Multaque de magna ſupereſſent fercula cœna,
Quæ procul exſtructis inerant heſterna caniſtris.
Ergo ubi purpurea porrectum in veſte locavit
Agreſtem, veluti ſuccinctus curſitat hoſpes,
Continuatque dapes; nec non vernaliter ipſis
Fungitur officiis, prælambens omne quod affert.
Ille cubans gaudet mutata ſorte, boniſque
Rebus agit lætum convivam; cum ſubito ingens
Valvarum ſtrepitus lectis excuſſit utrumque.

Currere

108 vernal. *etiam*, G. Z. F. verniliter *Bentl. & Mſ. Mus. Br. C. auctoritas hic & alias fere par.* 109 prælibans *Bentl. Cun.*

& locum commutaret. Lam.

Pepulere, attigit ejus aures. Bax.

Levis exſilit; Enargia ſive Iconiſmus. Bax.

99 celerant iter. Cun.

101 *Medium cœli ſpatium.* Metaphora a Circo, qui templum erat cœli & imago mundi. Bax.

102 *Cocco*, coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Luſitaniæ, in maxima laude eſt, inquit Plin. lib. 16. cap. 12. Lam.

103 *Canderet.* Notanda verbi proprietas. *Candere* enim & *candeſcere* non ad colorem tantum referuntur; ſed & ad igneum illum ſplendorem, qui in accenſa quavis materia cernitur. ut *candens ferrum, carbo, ſcintilla, lamina, favilla*, ac ſimilia. Pulcre igitur Flaccus *candentem rubro cocco veſtem* depingit, ob ardorem ſcilicet purpuræ. Torr.

Canderet, rubore fulgeret. Bax.

104 *Fercula, vaſa quæ plena pulmentariorum ſunt, & ponuntur in caniſtris cum his quæ ſuperfuerunt.* Vet. Schol. Bax.

105 *Procul*, in altum, quomodo & Virg. Ecl. 1, 83. *Et jam ſumma procul villarum culmina fumant.* Bax.

108 *Vernaliter*: ad inſtar urbani & delicati miniſtri. Bax.

109 *Officiis*, miniſtrandi. Bax.

Prælambens, deridet lautorum ſervos. Minus placet Bentleii *prælibans*, quod in rariore reperit Exemplari. Certe *prælambere* magis erat vernæ quam *prælibare*. *Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſervo.* Juvenalis 9, 5. Bax.

112 *Excuſſit*, exterruit. Bax.

Currere per totum pavidi conclave; magiſque
Exanimes trepidare, ſimul domus alta Moloſſis
Perſonuit canibus. Tum ruſticus, Haud mihi vita
Eſt opus hac, ait, et valeas: me ſilva cavuſque
Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur ervo.

SATIRA VII.

Omitt.

JAMDUDUM auſculto; et cupiens tibi dicere ſervus
Pauca, reformido. ¶ Davuſne? ¶Ita, Davus, amicum
Mancipium domino, et frugi quod ſit ſatis; hoc eſt,
Ut

113 *Currere*, ſupple *cœperunt*. BAX.

114 Exanimi trepidare. CUN.

Moloſſis, *Epiroticis*. Vet. Schol. Cruq. BAX.

116 Omnes Cruquii Codices legerunt *valeas*, pro Lambini *valeat*. BAX.

Ervo Ὀρόβῳ. *Ervum* agreſtis eſt vicia. BAX.

ARG. Lepide ſe ipſe carpit ex perſona ſervi: & oſtendit liberum eſſe ſolum ſapientem. B. (Sequitur hic quoque morem ſuum, & ſeveriora præcepta, quæ approbare ſe aulicis ſuis poſſe vix ſperat, ex perſona Criſpini proponit (ut in Damaſippo ſ. 2, 3) quæ venuſta quadam Oeconomia hic a ſervo ſibi ſuo fingit ingeri. G.)

1 *Aſculto*, auditor ſum tuarum Satyrarum doctique ſermonis. Rutgerſius tamen hæc verba Horatio tribuit, quod non placet. BAX. Neque his poſſum aſſentiri, neque Bentleio, qui putat his verbis continuari Satiram præcedentem. Sed puto ſervulum introduci, qui dicat, ſe jam diu auribus captare, & velut venari opportunitatem loquendi. GES.

Tibi, h. e. in te. *Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?* Juv. Sat. 1, 1. BAX.

Servus, ſupple *quia*. BAX.

2 *Reformido*. non ignorabat enim domino ſuo eam vitæ & morum turpitudinem auditu fore injucundam: iccirco ait, ſervus, id eſt, in ſervitute exiſtens, reformido: perinde ac ſi velit ſignificare libertate ei opus eſſe ad libere loquendum. CRUQ.

Reformido, præ formidine me contineo. BAX.

Davuſne? Inducit ſervum, tanquam Satyricum hypocritam, ridentem omnia quæ de virtute ſplendide dixerat. BAX.

Ita, Davus; Comica confidentia reſpondet. BAX.

3 *Mancipium*, viliſſimum ſervi nomen.

Frugi, h. e. frugi bonæ; non adeo nequam. BAX.

Quod ſit ſatis, *hoc eſt*, *ut vit. p.* id eſt, tanta frugalitate præditus, quanta in ſervo poſtuletur, id eſt, ita frugi, ut in vita retinendum,

Ut vitale putes. ¶ Age, libertate Decembri
(Quando ita majores voluerunt) utere ; narra.
¶ Pars hominum vitiis gaudet conſtanter, et urget
Propoſitum ; pars multa natat, modo recta capeſſens,
Interdum pravis obnoxia : ſæpe notatus
Cum tribus anellis, modo læva Priſcus inani,
Vixit in-æqualis, clavum ut mutaret in horas,

Ædibus

dum, ac ſervandum, minimeque occidendum eſſe putes. Conſtat autem, dominis in ſervos olim fuiſſe vitæ, neciſque poteſtatem. ſervum frugi igitur dominus non temere occiderit: inutilem autem, & nequam, non mirum ſi occiderit. vel ſic: frugi, quantum ſatis ad bonam valetudinem, & ad ſalutem. nam ut edaces, & intemperantes, & nequam homines corrumpunt valetudinem, nec diu vivunt: ſic & qui nimis tenui, & præparco victu utuntur, quique ad rem domini familiarem bene gerendam nimis attenti ſunt, nimis vigilantes, nimium diligenter domino conſulentes: quaſi hoc, jocans cum domino, ſignificet Davus, ſe non præſtare ceteris ſervis frugalitate, neque immoderato frugalitatis ſtudio immori velle, ſed ſatis habere, ſi tam frugi ſit, quam vulgus ſervorum eſſe ſolet. vel ſic: mediocriter, & intra modum frugi: non immoderate, neque ſupra modum. ut ſpes ſit me diu victurum. Nam contra, opinio eſt hæc omnium animis inſita, eos qui frugalitate, aut alia aliqua virtute præſtant, non diu in terris ætatem agere, tamquam Diis immortalibus omnem præſtantiam, utpote a ſe profectam, ſuo jure repetentibus. Omnino locus eſt, mihi quidem, perobſcurus. Sed non diſſimulabo quibuſdam videri ita legendum, *frugi, quoad ſit ſatis*, &c. hoc ſenſu, uſque eo frugi, quoad ſit ſatis. Nam, *quoad*, unius ſyllabæ eſt etiam apud Lucret. 2, 849. & 5, 1432. Lam.

4 *Ut vitale putes ; etenim qui nimii ſunt in bonis, eos vitales non eſſe prædicimus.* Vet. Schol. *Eximie boni cito moriuntur.* Torrentius. Bax.

Libertate Decembri ; convenienter hæc aguntur Saturnalibus, quo tempore ex imitatione aurei ſæculi omnes exæquabantur. Bax.

6 *Conſtanter*, perſeveranter. Bax.

Propoſitum curſum *urguent* nautæ. Bax.

7 *Pars multa natat.* Sic Tibullus, lib. 4, 1, 44. ad Meſſalam.

Inſtabilis natat, alterno depreſſior orbe.
Torr.

Natat, fluctuat, & per hoc curſum mutat. Bax. Hanc inconſtantiam deſcribit pulchre Ser. 1, 3 pr. Ges.

8 *Pravum*, inhoneſtum eſt & contrarium recto. Et rectum & pravum ad rationis normam exigimus. Bax.

Obnoxia, prona, proclivis. Bax.

9 Pro *annellis* veteres MSS. legunt *anellis*. Lambinus. Sic & Vet. Schol. Bentleius prave *annellis*. Bax.

Modo læva Priſcus in. prior ætas in ſiniſtra manu, ejuſque digito medico, ſeu παραμέσῳ, geſtare ſolebat anulum ferreum ; non tam ornatus quam ſignandi cauſa. verum de anuli dignitate, jure, geſtatione, numero, materia, videto. Plin. lib. 33. cap. 4. Alexand. ab Alexand. lib. 2. cap. 19. Cruq.

10 *Inæqualis*, ſibi non conſtans : ſupra ſat. 3. lib. 1, 9. *Nil æquale homini fuit illi.* ibid. v. 18. *nil*

Ædibus ex magnis ſubito ſe conderet, unde
Mundior exiret vix libertinus honeſte.
Jam mœchus Romæ, jam mallet doctor Athenis
Vivere, Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis.
Scurra Volanerius, poſtquam illi juſta cheragra
Contudit

13 Doctus, *Mſ. Mus Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 15 chiragra *Vulg.* cheragra *poſt alios accuratiores etiam Cun.*

fuit umquam Sic impar ſibi. inæqualis igitur, in victu, & cultu, & conſiliis omnib. LAM.

Clavum, propoſitum vitæ. Vet. Schol. Et bene perſeverat in Metaphora. Fruſtra ſunt Interpretes qui clavos veſtium crepant. BAX. Oblitus videtur vir doctus loci, qui hunc illuſtrat Ser. 1. 6, 17. Et *clavus* ille veſtis inſigne demum per metaphoram inſtitutum vitæ notare poteſt. Natat Priſcus, fluctuat, cum domo prodeundum eſt clavum ne latum ſumat, an anguſtum, an togam puram? GES.

11 *Ædibus ex magnis* intell. migrans. GES.

Se conderet, abderet ſe in cœnaculum aliquod. BAX.

Apte dixit, pro migraret in parvam domum, quæ vix libertino digna eſſet. ZEUN.

12 *Mundior*; *paulo liberalior.* Vet. Schol. BAX.

13 *Doctus Abb.* Vatic. cod. unus Torneſ. Morellianus, Nicotianus, Clericanus, habent, *doctor:* quæ lectio mihi vehementer placet, ut intelligamus Horatium dicere, hunc Priſcum modo Romæ mæchari ſolitum, modo Athenis docere. *doctus* tamen ferri poteſt. LAM.

Jam mallet doctus Athenis Vivere. Sic veteres editiones: at ex codicibus alii *doctus*, & totidem fere DOCTOR. Quorum quid verius ſit, neſcire contenti erimus; cum nihil nunc aliunde de Priſco hoc diſcere liceat. Si *doctor* potius arridet; erit aut Grammaticae, aut Rhetoricae, aut Philoſophiae praeceptor. Si *doctus*; tum ſic accipies, Inconſtantem hunc & inaequalem homuncionem nunc Romae voluptatibus & libidini, nunc Athenis *doctrinae* & ſtudiis operam dediſſe. BENTL.

Quinque Lambini & totidem Cruquii Codices legerunt *Doctor* pro *Doctus. Dicitur enim Priſcus Oratoriam docuiſſe.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

14 *Vertunnis, quotquot ſunt, nat. iniqu.* Vertunnum ei iratum eſſe dicebant veteres, vel eum irato Vertunno natum, qui mobili eſſet ingenio, qui ſecum pugnaret, qui ſententiam mutaret in horas. vide plura de Vertunno ad epiſt. ultim. lib. 1, v. 1. LAM.

Vertumnus deus eſt naturæ. Vet. Schol. Cruq. BAX. Deſcribit pulchre Prop. 4. 2. GES. —*Natus vertumnis iniquis* eſt, qui levi & inconſtante eſt ingenio. ZEUN.

Quotquot ſunt; fere in omnibus municipiis Italiæ conſecrabantur ejuſmodi ſimulacra. Vet. Schol. BAX.

Iniquis, iratis. Vet. Schol. Quod vim ſuam ei incuſſerint omnes iſti Protei, ſive Vertumni. BAX.

15 *Scurram*, urbanum dicit aliena viventem quadra. BAX.

Juſta chiragra. juſtam chiragram dixit magnam, & gravem, ut ſuis (ut ita dicam) numeris omnibus abſolutam: quemadmodum dicimus. *juſtum exercitum, juſtum poëma, juſtum iter, juſtam victoriam:* non (ut alii) debitam, aut, quæ merito ei accidiſſet. LAM.

Bene juſta quæ ejus puniret inſaniam. Vet. Schol. *Et nunquam dixi, juſtior unda fuit.* Ovid. Triſt. lib. v. 8, 12. citante Henrico Stephano. BAX. *Juſtam* alii de magna & gravi interpretantur. ZEUN.

Nam

Contudit articulos, qui pro ſe tolleret atque
Mitteret in phimum talos, mercede diurna
Conductum pavit: quanto conſtantior idem
In vitiis, tanto levius miſer ac prior illo,
Qui jam contento, jam laxo ſune laborat.
Non dices hodie, quorſum hæc tam putida tendant,
Furcifer? Ad te, inquam. Quo pacto, peſſime? Laudas
Fortunam et mores antiquæ plebis; et idem,
Si quis ad illa deus ſubito te agat, uſque recuſes;
Aut

17 pyrgum *G. marg. S. Z.* fimum *G. Med.* 1477 *&c.* 19 Acrior ille, *Mſs. Mus. Br. C. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 20 Quam laxo, *Mſs. Mus. Br. C. D.*

Nam *chiragra*, ſive χειράγρα primam producere debet. Bentl.

Bentleius in uno reperit *cheragra*, atque ita ipſe edidit, nec male. Bax.

16 *Contudit*, edomuit, fregit. Contundendo fere domantur inſani, & feroces equi. Bax.

17 *Pyrgum*. pyrgus non eſt tabula, luſoria, ſeu alveus, ut quidam putant: ſed vaſculum in turriculæ figuram conformatum ex quo tali in alveum conjiciebantur, ne ſi manu jacerentur, fraus a luſoribus admitteretur. turriculam appellat Martialis Latino nomine, quod Græco πύργος fere æqualiter reſpondet XIV, 16. *Quærit compoſitos manus improba mittere talos: Si per me miſit, nil niſi vota facit.* dicitur & fritillus. [Sed non celabo lectorem, me reperiſſe ſcriptum in aliquot libris manu ſcriptis partim, *mitteret in ſimum:* partim, *mitteret in phimum*. Eſt autem phimus vox Græca φιμὸς quam uſurpavit Æſchines in oratione κατὰ τιμάρχου, octava fere pagina orationis, cum ea oratio in exemplo meo Aldino viginti quattuor paginas compleat. Ex quo loco licet intelligere, φιμόν, vas luſorium fuiſſe, in quod aleatores cubos conjiciebant. Lam.

Phimus inſtrumentum eſt ligneum ſtricti oris ex quo conjiciuntur teſſeræ; fritillus, pyrgus. Vet. Sch. Cruq. Martiali *turricula* eſt, XIV, 16. *Pyxis erat ſine fundo.* Alter Schol. Bax.

19 *Levius*, tolerabilius. Bax.

Ac prior ille. Mallem, *ac prior illo*. Nec filere poſſum in melioribus codicibus legi *acrior illo*, ut cauſſam reddat, quare *levius miſerum* dixit, nempe qui alacrior in propoſito perſiſtat. Torr.

Cum Turnebo & Lambino pro *prior ille*, repoſuimus *prior illo*, quod & Scholiaſtæ probant. Bentleius retinuit *prior ille*, quod mirum videtur. Bax.

20 *Jam contento, jam laxo ſune; Tranſlatio eſt a colligata fera.* Landinus. Nam modo modo indulgent ſibi nihil, modo omnia. Bax.

Laborat; & contento tamen & laxo ſibi diſplicet: nam ſemper relicta quærit. Bax.

21 *Non dices hodie*; ad Emphaſin poſuit impatienter exſpectantis reſponſionem. Bax.

Putida; *rancida, inepta, odioſa.* Vet. Sch. Bax.

23 *Fortunam*, ſupple *humilem*. Bax.

24 *Si quis deus*; etiam impoſſibilia divinæ potentiæ fuiſſe antiquitus creditum eſt. Bax.

25 *Clamas*,

Aut quia non ſentis quod clamas rectius eſſe,
Aut quia non firmus rectum defendis, et hæres,
Nequicquam cœno cupiens evellere plantam.
Romæ rus optas, abſentem ruſticus urbem
Tollis ad aſtra levis. Si nuſquam es forte vocatus
Ad cœnam, laudas ſecurum olus: ac, velut uſquam
Vinctus eas, ita te felicem dicis, amaſque,
Quod nuſquam tibi ſit potandum. Jufſerit ad ſe
Mæcenas ſerum ſub lumina prima venire
Convivam; Nemon' oleum fert ocius? ecquis
Audit? cum magno blateras clamore, furiſque.

Milvius

30-31 uſquam in-Vitus *conj. Marcil.* 34 Hæc quis, *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 35 fugiſque *S. Z. Med.* 1477. *Mſs. Mus Br. B. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

25 *Clamas*, ad ravim uſque moleſtus: ac ſi doceret, quod non crederet ipſe, ſtudio contradicendi. Bax.

26 *Non firmus*; præ mollitia non vales exſequi quæ decreveras. Bax.

27 *Cœno cupiens*; expreſſit Græcum Ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχειν, quod Torrentius monuit poſt Cruquium. Bax.

e cœno. Cun.

30 *Securum olus*; *domeſticam cænam*. Vet. Schol. *Securum* dicit nullis turbis vel ineptiis interpellatum, & quo quis placide fruatur, & ſine aliquo incommodo ſuo. Bax. *Velut uſquam vinctus eas*, quaſi ſemper ad cœnam eas coactus, invitus, quaſi vinculis tractus. Zeun.

33 *ſub lumina prima*. paullo ante ſtellarum exortum. Tale eſt illud ultim. Epiſt. 2. lib. 2, v. 97. Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem lento Samnites ad lumina prima duello, id eſt, ad noctem uſque. Cruq.

34 *Nemon oleum feret ocyus? ecquis Audit?* Mira hic ſcriptionis varietas. Sunt qui pertinaciter cum hiatu, *Nemo oleum*; & mox, *audiet* pro *audit*, legi debere affirment. Ego abſque contentione in uno atque altero vetuſtiſſimo codice ſic ſcriptum atteſtor;

——— *Nemon' oleum fert ocyus? en quis*
Audit.———

pro *etquis*, vel *ecquis*, aut *hæc quis*: quam ſcripturam veram puto, ut *ennam* pro *etiamne* apud Feſtum. Atque ita Virg. Ecl. 1, 68.

En umqnam patrios longo poſt tempore fines.

Torr.

Oleum petit ut lotus & unctus abeat cœnatum. Vet. Schol. Cruq. Ego Lucernarium oleum dici puto, nec dubitabit lector: Satis erat olei balnearii apud Mæcenatem.

Bax.

Rectius Bentleius *fert* in Præſenti [pro *feret*] ex plurimis Libris. Bax.

fers. Cun.

35 Audis? Cun.

Blateras, incondite clamas. Bax.

Fugiſque. cod. Jann. & unus Vat. *furiſque* quod ſi cui probabitur, *furis* interpretabor furenter iraſceris, inſanis, ut apud Ter. Adelph. 4, 7, 9. *non inſanis?* Nam ira, furor brevis eſt:

Milvius et ſcurræ tibi non referenda precati
Diſcedunt. Etenim fateor me, dixerit ille,
Duci ventre levem; naſum nidore ſupinor;
Imbecillus, iners, ſi quid vis, adde, popino.
Tu, cum ſis quod ego, et fortaſſis nequior, ultro
Inſectere, velut melior? verbiſque decoris
Obvolvas vitium? quid ſi me ſtultior ipſo
Quingentis

42 ipſe, *Mſ. Mus. Br. C. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

eſt: ut eſt in epiſt. 1, 2, 62. ſic hæc duo conjunxit Varro, *blaterare*, & *rabire*. *Quid eſt? quid blateras? quid rabis? quid vis tibi? fugis* autem, quod, quamquam in pluribus libris veteribus reperitur, minus probo tamen, interpretor, ad cenam properas. Lam.

Pro furiſque Bentleius auſus [eſt] reponere de ſuo *fugiſque*. Bax.

36 *Milvius & ſcurræ*; Vafre Milvium Horatii clientem ſcurris annumerat, urbanum ſignificans parafitum, magis quam commodum ſodalem. Et *Milvius* ſcribebatur & *Mulvius* in pluribus Libris. In cauſa fuit quod (ut ſæpius dictum eſt) Vocales *i*, *u* & *y* fere ejuſdem fuerint prolationis. Bentleius in Editio ſuo poſuit *Mulvius*. Bax.

Tibi non ref. pr. tibi multa mala precati: quæ tibi referre vel nolo, vel non debeo, vel non audeo. Lam.

37 *Dixerit ille*, h. e. poſſe aliquem dicere. Bax. Dicere poteſt Milvius. Ges.

38 *Levem*, cupidum. Bax. Pictura lepida auram & nidorem culinarum captantis, cujus ab ipſo reſpiritu tollatur & velut ſuſpendatur naſus. Ges.

39 *Imbecillus*, *iners*, libidini obnoxius & ceſſator. Bax.

Si quidvis, *adde*, *popino*. libri vulgati, nulli fere manuſcripti habent *ſim quidvis*, *adde popino*, id eſt, ſim etiam quodvis: ſim popino. popinones a popina ſunt appellati: qui popinas conſectantur. ſed non eſt reticendum ſcriptum eſſe in duobus codicib. Vatic. Jannoct. Faërn. Torneſ. Clericano, Nicotianis duobus Ruſſard. *ſi quidvis*, non *ſim quidvis*, ut habent vulgati. ego tamen olim hanc ſecutus eram, ut ſit hæc ſententia, ego nidore ciborum moveor, (inquit Davus) fateor: naſus mihi excitatur nidoribus, ut imbecillo, & infirmo. iners ſum & ignavus, & ſim quicquid aliud voles: adde, ſi tibi videtur, me eſſe popinonem, &c. ſic loquitur epiſt. 6. lib. 1, v. 54. *frater*, *pater adde*. nunc autem hac editione ſcripturam veterem ſequi malui: quam ſic explico: naſum nidore ſupinor: ſum imbecillus, ſum iners, adde ſi quid aliud vis, ſum popino. licet etiam conjungere hæc nomina *Imbecillus*, *iners* cum verbo *ſupinor*, hoc modo, naſum nidore ſupinor ego imbecillus, iners, &c. ut verbum *ſum*, non ſit neceſſe foris aſſumere. Lam.

Si quid vis, h. e. Si qua cupis. Et Comicum eſt & Morale. Bax.

Popino, popinarum & ganearum conſectator & amator. Zeun.

40 *Ultro*, nulla alia cauſa niſi quod ita velis: ſola voluntate. Bax.

42 Verba *Obvolvas vitium* ſunt ultima eorum quæ tribuuntur Milvio. Nunc addit de ſe Davus, *Quid ſi me ſtultior ipſo*, non modo Milvio, tui ordinis homine, ſed me, ſervo. Ges.

43 *Auger terrere*. h. e. Vide ne terreas; Comica elocutio. Bax. Hic nempe fingitur

Aut quia non ſentis quod clamas rectius eſſe,
Aut quia non firmus rectum defendis, et hæres,
Nequicquam cœno cupiens evellere plantam.
Romæ rus optas, abſentem ruſticus urbem
Tollis ad aſtra levis. Si nuſquam es forte vocatus
Ad cœnam, laudas ſecurum olus: ac, velut uſquam
Vinctus eas, ita te felicem dicis, amaſque,
Quod nuſquam tibi ſit potandum. Jusſerit ad ſe
Mæcenas ſerum ſub lumina prima venire
Convivam; Nemon' oleum fert ocius? ecquis
Audit? cum magno blateras clamore, furiſque.

Milvius

30-31 uſquam in-Vitus *conj. Marcil.* 34 Hæc quis, *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 35 fugiſque *S. Z. Med.* 1477. *Mſs. Mus Br. B. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

25 *Clamas*, ad ravim uſque moleſtus: ac ſi doceret, quod non crederet ipſe, ſtudio contradicendi. Bax.

26 *Non firmus*; præ mollitia non vales exſequi quæ decreveras. Bax.

27 *Cœno cupiens*; expreſſit Græcum Ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχειν, quod Torrentius monuit poſt Cruquium. Bax.

e cœno. Cun.

30 *Securum olus*; *domeſticam cænam*. Vet. Schol. *Securum* dicit nullis turbis vel ineptiis interpellatum, & quo quis placide fruatur, & ſine aliquo incommodo ſuo. Bax. *Velut uſquam vinctus eas*, quaſi ſemper ad cœnam eas coactus, invitus, quaſi vinculis tractus. Zeun.

33 *ſub lumina prima*. paullo ante ſtellarum exortum. Tale eſt illud ultim. Epiſt. 2. lib. 2, v. 97. Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem lento Samnites ad lumina prima duello, id eſt, ad noctem uſque. Cruq.

34 *Nemon oleum feret ocyus? ecquis Audit?* Mira hic ſcriptionis varietas. Sunt qui pertinaciter cum hiatu, *Nemo oleum*; & mox, *audiet* pro *audit*, legi debere affirment. Ego abſque contentione in uno atque altero vetuſtiſſimo codice ſic ſcriptum atteſtor;

——— *Nemon' oleum fert ocyus? en quis Audit.*———

pro *etquis*, vel *ecquis*, aut *hæc quis*: quam ſcripturam veram puto, ut *ennam* pro *etiamne* apud Feſtum. Atque ita Virg. Ecl. 1, 68.

En umqnam patrios longo poſt tempore fines.

Torr.

Oleum petit ut lotus & unctus abeat cænatum. Vet. Schol. Cruq. Ego Lucernarium oleum dici puto, nec dubitabit lector: Satis erat olei balnearii apud Mæcenatem.

Bax.

Rectius Bentleius *fert* in Præſenti [pro *feret*] ex plurimis Libris. Bax.

fers. Cun.

35 Audis? Cun.

Blateras, incondite clamas. Bax.

Fugiſque. cod. Jann. & unus Vat. *furiſque* quod ſi cui probabitur, *furis* interpretabor furenter irafceris, inſanis, ut apud Ter. Adelph. 4, 7, 9. *non inſanis?* Nam ira, furor brevis eſt:

Milvius et ſcurræ tibi non referenda precati
Diſcedunt. Etenim fateor me, dixerit ille,
Duci ventre levem; naſum nidore ſupinor;
Imbecillus, iners, ſi quid vis, adde, popino.
Tu, cum ſis quod ego, et fortaſſis nequior, ultro
Inſectere, velut melior? verbiſque decoris
Obvolvas vitium? quid ſi me ſtultior ipſo
Quingentis

42 ipſe, *Mſ. Mus. Br. C. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

eſt: ut eſt in epiſt. 1, 2, 62. ſic hæc duo conjunxit Varro, *blaterare*, & *rabire*. *Quid eſt? quid blateras? quid rabis? quid vis tibi? fugis* autem, quod, quamquam in pluribus libris veteribus reperitur, minus probo tamen, interpretor, ad cenam properas. Lam.

Pro furiſque Bentleius auſus [eſt] reponere de ſuo *fugiſque*. Bax.

36 *Milvius & ſcurræ*; Vafre Milvium Horatii clientem ſcurris annumerat, urbanum ſignificans parafitum, magis quam commodum ſodalem. Et *Milvius* ſcribebatur & *Mulvius* in pluribus Libris. In cauſa fuit quod (ut ſæpius dictum eſt) Vocales *i*, *u* & *y* fere ejuſdem fuerint prolationis. Bentleius in Editio ſuo poſuit *Mulvius*. Bax.

Tibi non ref. pr. tibi multa mala precati: quæ tibi referre vel nolo, vel non debeo, vel non audeo. Łam.

37 *Dixerit ille*, h. e. poſſe aliquem dicere. Bax. Dicere poteſt Milvius. Ges.

38 *Levem*, cupidum. Bax. Pictura lepida auram & nidorem culinarum captantis, cujus ab ipſo reſpiritu tollatur & velut ſuſpendatur naſus. Ges.

39 *Imbecillus*, *iners*, libidini obnoxius & ceſſator. Bax.

Si quidvis, *adde*, *popino*. libri vulgati, nulli fere manuſcripti habent *ſim quidvis*, *adde popino*, id eſt, ſim etiam quodvis: ſim popino. popinones a popina ſunt appellati: qui popinas conſectantur. ſed non eſt reticendum ſcriptum eſſe in duobus codicib. Vatic. Jannoct. Faërn. Torneſ. Clericano, Nicotianis duobus Ruſſard. *ſi quidvis*, non *ſim quidvis*, ut habent vulgati. ego tamen olim hanc ſecutus eram, ut ſit hæc ſententia, ego nidore ciborum moveor, (inquit Davus) fateor: naſus mihi excitatur nidoribus, ut imbecillo, & infirmo. iners ſum & ignavus, & ſim quicquid aliud voles: adde, ſi tibi videtur, me eſſe popinonem, &c. ſic loquitur epiſt. 6. lib. 1, v. 54. *frater*, *pater adde*. nunc autem hac editione ſcripturam veterem ſequi malui: quam ſic explico: naſum nidore ſupinor: ſum imbecillus, ſum iners, adde ſi quid aliud vis, ſum popino. licet etiam conjungere hæc nomina *Imbecillus*, *iners* cum verbo *ſupinor*, hoc modo, naſum nidore ſupinor ego imbecillus, iners, &c. ut verbum *ſum*, non ſit neceſſe foris aſſumere. Lam.

Si quid vis, h. e. Si qua cupis. Et Comicum eſt & Morale. Bax.

Popino, popinarum & ganearum conſectator & amator. Zeun.

40 *Ultro*, nulla alia cauſa niſi quod ita velis: ſola voluntate. Bax.

42 Verba *Obvolvas vitium* ſunt ultima eorum quæ tribuuntur Milvio. Nunc addit de ſe Davus, *Quid ſi me ſtultior ipſo*, non modo Milvio, tui ordinis homine, ſed me, ſervo. Ges.

43 *Auger terrere*. h. e. Vide ne terreas; Comica elocutio. Bax. Hic nempe fingitur

Quingentis emto drachmis deprênderis? aufer
Me vultu terrere; manum ſtomachumque teneto,
Dum, quæ Criſpini docuit me janitor, edo.
Te conjux aliena capit, meretricula Davum:
Peccat uter noſtrûm cruce dignius? acris ubi me
Natura incendit, ſub clara nuda lucerna
Quæcunque excepit turgentis verbera caudæ
Clunibus, aut agitavit equum laſciva ſupinum,
Dimittit neque famoſum, neque ſolicitum, ne
Ditior, aut formæ melioris meiat eodem.
Tu, cum projectis inſignibus, annulo equeſtri,
Romanoque habitu, prodis ex judice Dama
Turpis

45 Chryſippi *F.*

tur frontem contrahere, & minacem digitum tollere Horatius. At ſervus poſtulat ut ſibi liceat, ſalvis cruribus, recitare quædam de Criſpini diſputationibus ſublecta, non in Horatium dicta, ſed in vitioſos, quæ tamen vernili quadam malignitate torquet in herum. GES.

45 *Janitor*; ſcite Poetæ ſervus Philoſophi ſervum audit. BAX.

47 *Acris*, calida, vel ardens. BAX.

48 *Sub clara nuda lucerna*, in lupanari ſcilicet: etiam Juvenalis Meſſalina erat *fumo lucernæ fœda*. BAX.

49 *Excepit*. excipere, præter illam, quam ſupra notavimus, ſignificationem, valet etiam idem fere, quod *recipere*, & id, quod intrinſecus venit, aut objectum eſt, capere: ut *verba loquentis excipere, excipere ſanguinem patera, excipere tela, excipere pericula*. Nonnulli libri tamen manuſcript. habent, *accepit*. LAM.

52 *Meiat eodem*; projecte loquitur ut verna. BAX.

53 Non objicit hæc ſervus Horatio: ſed, uti dixerat, de Criſpini declamationibus quædam repetere ſe ait, (qua œconomia Horatius alium mordere voluit, arbitror) unde etiam v. 72 *Non ſum mœchus* &c. Et perpetuo hoc gloriatur, ab illicitis ſe purum. Quæ fuiſſet impudentia, hæc de ſe ſcribere? Taceo, quod non conſtat, an anulo equeſtri uſus, an judicium decuriæ alicui adſcriptus unquam Flaccus fuerit: licet Tribunatus ei locum in equeſtribus, (unde una cum Mæcenate ludos ſpectare potuit, Ser. 2, 6, 48.) Auguſti gratia cenſum forte equeſtrem dederit. GES.

Annulo equeſtri; vaferrime tanquam de perſona ſua inſignem aliquem mœchum percutit. BAX.

54 *Romano habitu*; Toga Romanorum propria. BAX.

Prodis ex jud. dama. ſumis veſtitum ſervilem, ne ab aliis agnoſcaris, poſito judicis habitu, ac veſtitu, prodis ſervus ex eo, qui eras, nempe ex judice, & equite. hoc tempore etiam equites judicabant. LAM.

Notum

Turpis, odoratum caput obſcurante lacerna,
Non es quod ſimulas? metuens induceris, atque
Altercante libidinibus tremis oſſa pavore.
Quid refert, uri virgis, ferroque necari
Auctoratus eas; an turpi clauſus in arca,
Quo te demiſit peccati conſcia herilis
Contractum, genibus tangas caput? Eſtne marito
Matronæ

55 lucerna, *Mſs. Mus. Br. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 61 ut genibus *Mſ. Mus. Br. B.*

Notum eſt tunc temporis judices electos fuiſſe ex Equeſtri & Senatorio Ordine. Bax. Dama ſervile nomen etiam Ser. 2, 5, 18. Ges.

55 *Lacerna*; ruſticorum Lacerna cucullata erat, & a ſervis geſtata, uti hodie a mulierculis noſtris. Bax.

56 *Quod ſimulas*, h. e. revera ſervus es. Bax.

Induceris; *in domum adulteræ*. Vet. Schol. Bax.

57 *Altercante*, h. e. metu pugnante cum cupiditate. Zeun.

58 *Quid refert*, Quid intereſt? *Refert tanquam Rei fert*. Donatus. Verum nil opus, cum prima ſyllaba ſit communis. Bax.

Uri virgis; *Gladiatores ita ſe vendunt, & cautiones faciunt, Uri virgis*; *ferro necari*. Vet. Schol. Cruq. Bax. Petro. 117 *In verba Eumolpi ſacramentum juravimus*, uri, vinciri, verberari,—*tanquam legitimi gladiatores domino corpora animaſque religioſiſſime addicimus*. Ges.

59 *Auctoratus eas*; Qui neque vires oſtentandi cauſſa, neque pœnæ nomine in arenam deſcendebant, ſed accepta mercede ſe laniſtæ ad ferrum dabant, inſtar militum, proprie *auctorati* dicebantur: & *auctoramentum* tam ipſe actus ille, quam inde nata obligatio, ac merces etiam qua conducti tenebantur. varie etenim hoc vocabulo uſi ſunt auctores; non de gladiatoribus tantum, ſed quavis etiam alia ſimili pactione. exempla brevitatis cauſſa omitto. Erant autem leges duriſſimæ, ut non ex hoc tantum Poëtæ noſtri, ſed & Petronii Arbitri loco perſimili apparet, *uri, vinciri, verberari, ferro necari*, & ſi quid aliud adjiceretur. Hinc Juven. Sat. xi, 8.

Scripturus leges & regia verba laniſtæ.

& eleganter Plinius 14,3. *auctoratum vindemiatorem* vocat, qui ad omne periculum conductus ſit. Nec mirum repertos fuiſſe, qui in tantam ſervitutem ſe venderent. ingenti enim pretio ſæpe conducebantur: præſertim notiores, & qui jam rude donati fuerant: uti & milites, ſi emeriti forte repoſcebantur. Suet. Tiberio c. vii. *Gladiatorium munus dedit, rudiariis quibuſdam revocatis auctoramento centenûm millium.* Corruptus autem Senecæ locus Epiſt. xxxvii. ait enim: *Promiſiſti virum bonum, ſacramento obligatus es.* & mox: *Eadem honeſtiſſimi hujus & illius turpiſſimi auctoramenti verba ſunt, uri, vinciri, ferroque necari. Ab illis qui manus arenæ locant, & edunt ac bibunt quæ per ſanguinem reddant, cavetur ut iſta vel inviti patiantur: a te, ut volens libenſque patiaris.* Torr.

Auctoratus; *qui ſe vendunt ludo, auctorati vocantur*. Vet. Schol. Auctoramentum pretium erat, quo accepto gladiatores & milites addicebant ſe. Bax.

60 *Conſcia*, ancilla cf. ſupra Serm. 1. 2. 130. Zeun.

62 *Juſta poteſtas*; *Lex fuit apud Athenienſes, ut adulterum cum adultera deprehenſum marito licet*

Matronæ peccantis in ambo juſta poteſtas?
In corruptorem vel juſtior: illa tamen ſe
Non habitu mutatve loco, peccatve ſuperne,
Cum te formidet mulier, neque credat amanti.
Ibis ſub furcam prudens, dominoque furenti
Committes rem omnem, et vitam, et cum corpore famam.
Evâſti? credo metues, doctuſque cavebis.
Quæres quando iterum paveas, iterumque perire
Poſſis. O toties ſervus! quæ bellua ruptis,
Cum ſemel effugit, reddit ſe prava catenis?
Non ſum mœchus, ait: neque ego, hercule, fur, ubi vaſa

Prætereo

62 *Mſs. Mus. Br. D. F.* 64 peccatque *coll. Sax. & Mſ. Mus. Br. B.* 67 quoque corpore *Mſ. Mus. Br. C.* Vitam, cum *ſine* et. *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 71 erupit *Mſ. Mus. Br. F.* 72 ais, *Mſs. Mus. Br. B. C. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

ret occidere; hæc Lex abolita eſt Lege Julia, quæ juſſit cognitionem adulterii ad Judices referri. Vet. Schol. **Bax.** *Juſta poteſtas* lege naturali, & conſuetudine Romana, de qua etiam pluſcula Sat. 1, 2, 37 it. 127 ſqq. Lex Julia formam & modum præſcripſit ultioni maritorum, ſed poſt hujus Satiræ tempora. **Ges.**

64 *Non habitu*; *non deponit ingenuitatis inſignia.* Vet. Schol. Cruq. **Bax.**

Mutatve loco; vel gerit ſe pro ancilla, ut tu pro Dama. **Bax.**

Peccatve ſuperne; inferne tantum meretrix eſt, neque enim cucullata incedit ut tu, & lacernata proſtibula. Cæcutiunt hic doctiſſimi & monſtra fingunt, dum non advertunt hæc dici πρὸς ταὐταντία, ut ait Cruquianus Interpres, qui eo dicto facem nobis prætulit. **Bax.**

Fateor etiam me hic non eſſe Lynceum: niſi quod placet comparari peccatum adulteræ humilioris conditionis cum adulteri altioris loci turpitudine. Modeſtior illa eſt, cautior eſt, non ſe permittit adultero, ut hic committit ſe adulteræ & illius viro. **Ges.**

65 *Cum*, etſi. **Bax.**

Mulier, quia mulier. **Bax.**

66 *Ibis ſub furcam*; *in ſervitutem.* Vet. Schol. Nam furcæ ferendæ obnoxii erant ſervi. *Eſt autem furca lignum plauſtri cui temo affigitur*; ut monuit Landinus ex Plutarchi Coriolano. Quin & verniliter jocatur in muliebrem furcam quam ſubit mœchus. **Bax.** Hoc vult, quid cauſæ dices, perſonate ſerve, ſi pro ſervo te tractet maritus, in crucem te agat? **Ges.**

Libidinem dicit *dominum*. **Bax.** Minime vero, de marito ſermo eſt, quem dominum ſibi adulter conſtituit, ut is poſſit in vitam, corpus, famam, rem ipſius graſſari. **Ges.**

67 *Corpore*, ea parte corporis qua vir es.

68 *Doctus*, monitus. **Bax.**

69 *Perire*, Hyperbole pro ingens adire periculum. **Bax.**

71 *Reddet*. ſive legas *reddit*, ſive *reddat*, nihil refert. & utraque ſcriptura codicum manu ſcriptorum auctoritate nititur. **Lam.**

Prava, ſtolide perverſa. **Bax.**

72 *Non ſum mœchus, ais.* ſi dices, te non

eſſe

Prætereo ſapiens argentea: tolle periclum,
Jam vaga profiliet frænis natura remotis.
Tune mihi dominus, rerum imperiis hominumque
Tot tantiſque minor; quem ter vindicta quaterque
Impoſita haud unquam miſera formidine privet?
Adde ſuper, dictis quod non levius valeat; nam
Sive vicarius eſt, qui ſervo paret (uti mos
Veſter ait) ſeu conſervus; tibi quid ſum ego? nempe
Tu, mihi qui imperitas, aliis ſervis miſer, atque
Duceris ut nervis alienis mobile lignum.
Quiſnam

76 quaterve *Mſ. Mus. Br. F.* 77 privat, *Mſ. Mus. Br. B.* 78 Adde ſuper, dictis *etiam G.* ſupra dictis *al. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

eſſe mœchum, licebit mihi quoque dicere me non eſſe furem. nam quemadmodum ego me a furtis abſtineo, neque vaſa argentea tango metu pœnæ: ſic tu propter periculum ab uxoribus alienis te abſtines, non conſilio, aut ratione. Lam.

73 *Tolle pericl.* cf. de re infra Epiſt. 1, 16, 53. Zeun.

75 *Tune mihi dom. rerum imp.* &c. cum tot tibi res, atque homines imperent, videlicet pecunia, libido, gloria, metus, viri potentiores, et locupletiores, tune te mihi dominum eſſe dicis? Lam.

Rerum imperiis; cui pecunia, amor, libido, homines tot tantique imperant, dignum eſt te imperare mihi? Vet. Schol. Cruq. Bax.

77 *Vindicta, virga Prætoris qua percutiebantur ſervi dum liberi fiebant, manumittebanturque capiti impoſita: tribus namque rebus fit manumiſſio, Vindicta, Cenſu, Teſtamento.* Vet. Sch. Cruq. Bax.

78 Melior Lectio eſt Bentleii ex Libris, *Adde ſuper* [quam *Adde ſupra*] h. e. *Super adde.* Luciliano puto ſtilo. Bax.

79 *Nam, ſive vicarius eſt.* ſervorum alii erant ordinarii, alii vicarii. vicarius erat is, qui in alterius erat peculio, & pæne dicam, ſervi ſervus ordinarius, qui ſervum habebat in peculio ſuo. Lam.

Uti mos veſter ait; h. e. ut vos ingenui ridentes nominare conſueviſtis. Bax.

80 *tibi quia ſum ego? nempe.* Unus codex Blandin. habet, tibi quod ſum ego, ſine interrogationis nota. verum ſecutus ſum vulgatam lectionem. Cruq.

nempe. ſubjectionis ſpecies: ſibi namque reſpondet Davus, & aſſerit ſe eſſe heri ſui vicarium: ea enim hujus adverbii, nempe, vis eſt præcipua, ut affirmet interrogationem: teſtimonio Vallæ, Linacri, & aliorum. Sic & Epiſtol. 1, 16, 31. Reſpondeſne tuo dic ſodes nomine? nempe. Cruq.

81 *alii ſervis miſer.* ſic codex Blandin. antiquiſſimus, cum duobus aliis, non etiam, ut ceteri omnes, aliis. quem nos ſecuti ſumus, ita ut ſententia ſit, alii ſervis miſer, nimirum domino furenti libidini, ut ſupra: & paulo poſt, v. 93. Urget enim dominus mentem non lenis. Cruq.

82 *Mobile lignum; plerumque ſimulacra de ligno facta nervis moventur.* Vet. Schol. Νευρόσπαστα Græcis appellabantur iſta. Apage

Quiſnam igitur liber? Sapiens, ſibi qui imperioſus:
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula ter-
85 Reſponſare cupidinibus, contemnere honores [rent;
Fortis; et in ſeipſo totus teres atque rotundus,
Externi

83 ſibi qui *etiam G. S. & primæ editt.*

Bentleii *mobile ſignum*. Majus quid eſt moveri *lignum* quam *ſignum*. Quid quod in nullo Libro legatur *ſignum*? Bax.

83 *Sapiens, ſibique imperioſus*. Ita poſt Lambinum omnes, credo editiones dederunt. At Antiquiores, Venetae & Loſcheriana, cum pleriſque Codicibus, ex noſtris certe novem, QUI habent non QUE:

Quiſnam igitur liber? Sapiens: ſibi QUI *imperioſus*;
Quem neque pauperies, neque mors, nec vincula terrent:

Rectiſſime: non enim *Que* hic locum habet; quaſi *imperioſus ſui* alius eſſet a *ſapiente*. Davus a Criſpini janitore doctus, Stoicorum hic doctrinam ſequitur. *Quiſnam liber? Sapiens ille Stoicus:* cetera autem, quae ſequuntur, deſcriptio eſt Sapientis, quantum ad libertatem illam attinet. Sapiens, inquit, ſolus eſt liber: quippe *qui* imperioſus ſibi, *quem* nihil terret, *qui* fortis reſponſare cupidinibus &c. *Imperioſus* autem *ſibi* eſt, qui ſibi imperat, qui ſui poteſtatem habet, vel qui ſe habet in poteſtate. Seneca de Beneficiis, V, 7. *Quem magis admiraberis, quam* qui imperat ſibi, *quam* qui ſe habet in poteſtate? Idem Epiſt. LXXV. de ſummo Sapientiae gradu loquens, *Quaeris quae ſint iſta? non homines timere, non deos; nec turpia velle, nec nimia*; in ſe ipſum habere maximam poteſtatem: *ineſtimabile bonum eſt* ſuum fieri. Epiſt XC. *Feliciſſimum eſſe cui felicitate opus non eſt; potentiſſimum eſſe*, qui ſe habet in poteſtate. Bentl.

Sibi qui imperioſus; qui imperat affectibus. Lege cum Bentleio *ſibi qui* [pro *ſibique*.] Bax.

85 *Reſponſare*, cum vultu negare, & obſiſtere. Bax. *Reſponſare* eſt detrectare imperium. Ges.

86 *& in ſe ipſo totus teres atque rotundus.* Quid enim, amabo, eſt *totus rotundus*? utique qui ſimpliciter rotundus eſt, totus ſit rotundus neceſſe eſt, quid autem *rotundus in ſeipſo*? quaſi aliquis *extra ſe* rotundus eſſe poſſit. Tu, ſi ſapis, ſic diſtingue,

& in ſe ipſo totus; teres atque rotundus,
Externi nequid valeat per leve morari:

ut ex una non bona ſententia duae exoriantur longe optimae. Primo enim, *ſapiens in ſe ipſo totus eſt*, hoc eſt, in ſe uno ſua ponit omnia; non quaerit ſe extra ſe: nihil ſuum niſi ſe, eſſe exiſtimat. Cicero Paradox II, 1. *Non poteſt non beatiſſimus eſſe*, qui totus aptus eſt ex ſeſe, qui in ſe uno ſua ponit omnia. Idem Tuſcul. V, 10. *Nec dolore neque paupertate terreri*, omniaque ſibi in ſeſe eſſe poſita. Et ibidem: *Cui viro* ex ſe ipſo apta ſunt omnia, *quae ad beate vivendum ferunt.* Seneca Conſol. ad Helviam XIII. *Ignominia tu putas quemquam Sapientem moveri poſſe, qui* omnia in ſe repoſuit? De Conſtantia cap. V. *Sapiens autem nihil perdere poteſt*, omnia in ſe repoſuit. Et cap. VI. *Nec* quicquam ſuum, niſi ſe, putet eſſe, *ea quoque parte qua melior eſt.* De Vita beata XVI. *Quid enim deeſſe poteſt extra omne deſiderium poſito? quid extrinſecus opus eſt ei, qui* omnia ſua in ſe collegit? Epiſt. CXXIV. *Animus ſupra humana ſe extollens*, nihil extra ſe ſui ponens. Secundo, *Sapiens teres eſt & rotundus, ne quid externi per leve morari valeat*; alterum hoc Stoicorum effatum. Auſonius Idyll. XVI, 1.

Vir bonus & ſapiens, qualem vix repperit unum
Millibus e multis hominum conſultus Apollo,
Judex

Externi ne quid valeat per leve morari;
In quem manca ruit ſemper fortuna. Poteſne
Ex his, ut proprium, quid noſcere? Quinque talenta
Poſcit te mulier, vexat, foribuſque repulſum
Perfundit gelida: rurſus vocat: eripe turpi
Colla jugo: liber, liber ſum, dic age: non quis;
Urget enim dominus mentem non lenis, et acres
Subjectat laſſo ſtimulos, verſatque negantem.
Vel cum Pauſiaca torpes, inſane, tabella,

Qui

Judex ipſe ſui totum ſe explorat ad unguem;
Quid proceres vanique ferat quid opinio vulgi,
Securus; mundi inſtar habens, teres atque rotundus,

Externae nequid labis per levia ſidat. Qui locus pene ad verbum ex Horatio expreſſus, vel ſolus admonere potuit interpretes, haec a prioribus disjungenda eſſe. Sapiens *totus in ſeipſo eſt:* idem eſt *rotundus & teres*, hoc eſt, levis & minime ſcaber, adeo ut nihil vitii aut labis adhaerere ei poſſit extrinſecus. Erudite autem Auſonius, *mundi inſtar habens*; quippe ex ſphaerica Mundi figura haec metaphora traducta eſt. Quod Empedocles de Mundo dixerat, id Sapienti adaptarunt Stoici, Σφαῖρον κυκλοτερῆ *Sphaeram eum eſſe rotundam.* Inde Marcus Antonin. VIII, 41. *Mentem nihil impedit aut attingit,* ὅταν γένηται Σφαῖρος κυκλοτερής, *ubi facta fuerit, ſphaerae inſtar, teres & rotunda.* Et XII, 3. *Tranquille generoſeque vitam tranſiges,* ἐὰν ποιήσῃς σεαυτὸν, οἷος ὁ Ἐμπεδόκλειος.

Σφαῖρος κυκλοτερὴς, δίνῃ περιηγέϊ γαίων:
ſi feceris te talem, qualis mundus hic Empedocli dicitur,
Orbis habens inſtar, jugi vertigine gaudens.
Bentl.

Et in ſeipſo *totus*; teres—diſtinguis poſt *totus*; & ita Edd. Baſill. 1545, 1555, 1580. & Colon. 1562. Cun.

Stoicus ſapiens deo Stoico ſimilis, h. e. mundo, rotundus eſt, ut ad centrum, ad animum & felicitatem illius, introrſum velut nutu ſuo ferantur quæ agit omnia; a ſeipſo ſuſpenſas ut habeat bene vivendi rationes. V. Cic. Fam. 5, 13. pr. Globus marmoreus ob ipſam levitatem non poteſt facile ſuflaminari. Ges.

Teres; *æqualis.* Vet. Schol. *Levis.* Bax.

87 *Externi nequid*, τὰ τῶν ἐκτός. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Per leve, propter levigationem ejus, h. e. perfectam ſapientiam, qua veluti marmorarii manu ad unguem perpolitur Stoicus. Bax.

88 *Manca*, *inefficax.* Vet. Schol. Bax.

89 *Noſcere*, *agnoſcere.* Vet. Schol. Bax.

90 *Vexat*, inquietat dictis, laceſſit. Bax.

91 *Gelida*, *ſupple aqua.* Vet. Schol. Per iſtam contumeliam ſignificare voluit amoris extinctionem. Bax.

93 *Urget*, impellit. Bax.

Mentem, dominus. Cun.

94 *Laſſo*, inerti. Bax.

Stimulos, urticas. Bax.

Verſat, agitat, quieſcere non finit. Bax.

95 *Vel cum Pauſiaca*, alium domini ſui morbum commemorat, nempe immoderatum tabularum

Qui peccas minus atque ego, cum Fulvi Rutubæque,
Aut Placideiani contento poplite miror
Prælia, rubrica picta aut carbone; velut si
Re vera pugnent, feriant, vitentque moventes
Arma viri? Nequam et ceſſator Davus; at ipſe
Subtilis

97 Placideani, *Mſ. Muſ. Br. C.*

tabularum pictarum ſtudium: quod item reprehendit M. Tull. 5, 2. parad. ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, his verbis, *Aetionis tabula te ſtupidum detinet, aut ſignum aliquod Polycleti. omitto unde ſuſtuleris, & quomodo habeas: intuentem te, admirantem, clamores tollentem cum video, ſervum te eſſe ineptiarum omnium judico*, &c. Ver. de ſignis, 1. *Venio nunc ad iſtius quemadmodum ipſe appellat, ſtudium, ut amici ejus, morbum, & inſaniam.* fuit autem Pauſias pictor inſignis, de quo Plin. lib. 21. cap. 2. & Varro de re ruſtica lib. 3, 17, 4. LAM.

Pauſias nobilis Pictor fuit. Vet. Schol. De quo adi Plinium, 21, 2. BAX.

Torpes, præ nimia admiratione obſtupeſcis, & per hoc multa impendis. BAX.

96 *Cum Fulvi. Rut.* de Fulvio & Rutuba equidem nihil me legiſſe fateor: ſed Placideianum, ſeu Pacidianum (nam ſic reperio ſcriptum in codicibus Ciceronianis excuſis) conſtat fuiſſe gladiatorem, & eum quidem præſtantiſſimum, ex Lucilii verſibus, quos profert Nonius Marcellus in declaratione verbi *compono* verſus ſunt hi, *Samnis, ſpurcus homo vita illa dignus locoque, Cum Placidiano componitur; optimus longe Poſt homines natos gladiator qui fuit unus.* eundem commemorat M. Tull. lib. 3. epiſt. 3. ad Q. frat. & de optimo gen. orat. 6. & Tuſcul. lib 4. 21. LAM.

Fulvi Rububæque; inſignes erant gladiatores: de Placideiano Lucilius: (apud Non. 4, 64.)

Cum Placideiano hic componitur optimus longe
Poſt homines natos gladiator qui fuit unus.

BAX.

97 *Contento poplite*, Μίμησις eſt. nam ad decertantium geſtus refero. Sic enim & Virgilius x, 587.

———*Projecto dum pede lævo*
Aptat ſe pugnæ.———

projecto enim *pede* idem ferme quod *contento poplite*, ſeu *extento*. ut,

Contenta cervice ferunt ſtridentia plauſtra. Virg. Georg. III, 536. &,

Contenta cervice ferunt———

pro alta atque erecta. Auſon. Epiſt. XXIV. 22. *Amore contentis & tumentibus oculis.* Sueton. Tib. c. VII. *Et onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſos opprimunt.* Cic. Tuſc. II, 23. Vetuſti codices fere *contento* habent male. TORR.

Contento poplite, gladiator, dum pugnat, extendit poplitem. Vet. Schol. Cruq. BAX.

98 *Rubrica picta*; an in taberna aliqua vinaria, ubi ceſſator iſte potabat? BAX.

Velut ſi, ridicula laudatio plebeii artificis. BAX. Forte ne artificis quidem, ſed otioſi hominis, qui qualemcunque delineandi facultatem a natura habeat, eaque petulanter utatur. GES.

99 *Feriant vitentque.* Cum feriunt proprie *petere* dicuntur: cum vitant, *declinare* aut declinatione defugere. unde & *petitiones*. Qua de re eleganter M. Tullius in Oratore 68: *Ut enim athletas, nec multo ſecus gladiatores videmus, nihil nec vitando facere, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæſtram quamdam: ſic oratio nec plagam gravem facit, niſi petitio fuerit apta.* Sic ille. Pingi autem gladiatoria munera ſolere atque proponi publice docet nos Plinius lib. XXXV. c. VII. TORR.

100 *Arma*

Subtilis veterum judex et callidus audis.
Nil ego, ſi ducor libo fumante; tibi ingens
Virtus atque animus cœnis reſponſat opimis?
Obſequium ventris mihi perniciosius eſt: cur?
Tergo plector enim; qui tu impunitior illa,
Quæ parvo ſumi nequeunt, opſonia captas?
Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ,
Illuſique pedes vitioſum ferre recuſant
Corpus. An hic peccat, ſub noctem qui puer uvam
Furtiva mutat ſtrigili? qui prædia vendit,
Nil ſervile, gulæ parens, habet? Adde, quod idem

Non

102 Nil ſum ego *Mediol.* 1477. ductor *Boſs. Animadv.* 107 immarceſcunt. *G.*

100 *Arma viri*, ſuaviſſima Parodia Æneadis. Bax.

101 *Audis*; famam tu trahis unde ego infamiam. Bax.

102 *Nil ego*; *homo nihili*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

libo ducor. Cun.

Libum, panis erat dulciarius ex oleo, melle & farre. Bax.

103 *Virtus* eſt qua viri ſumus, & *ſpiritum* hoc loco ſignificat. Bax.

Reſponſat; verbis Herculis obſiſtit. Bax.

Vid. v. 85. Baxterus reſpicit ad Prodicium illum Herculem Xenophontis, voluptate conculcata virtuti ſe tradentem. Ges.

104 *Cur?* cur gravius plector, cum ventri morem geſſero, quam tu? quaſi dicat non eſt ita. Lam.

Obſequium ventris: veluti Subjectio eſt; ex perſona enim ſua & interrogat et reſpondet. Bax.

105 *Tergo plector*, h. e. ego quidem vapulo, tu cruditatibus laboras. Bax.

106 *Sumi*, edi, vorari, uſitato Charientiſmo. Bax.

Captas, piſcaris, venaris, aut ſequeris. Bax.

107 *Inamareſcunt*, aceſcunt: vomiturientibus commovetur bilis. Bax.

108 *Illuſi pedes*; *qui cum ſtare ſe poſſe credunt, vacillant*. Landinus. Bax.

Vitioſum, ægrotum. Bax.

110 *Furtiva Strigili*, ea lectio eſt omnium meliorum Codicum, pro *Furtivam ſtrigilem*, eſtque Hypallage. *Strigil eſt inſtrumentum æneum quo ſudorem in balneis ſolent homines tergere, hodieque in campſariis multæ ſunt ſtrigiles Romæ.* Vet. Schol. Legendum puto *capſariis:* nam Balneorum erant capſæ, ſeu loculi ad res balnei reponendas. Bax. Mihi videbantur *campſariæ* eſſe tabernæ, ubi varii *generis* ſcruta venduntur, emuntur, *permutantur*, unde nomen: eſt enim *campſare*, mutare. Ges *Furtiva Strigili*, ſenſus eſt: Quod ſi Servus peccat, qui Strigili furto ablata emit ſibi uvam; nonne is magis peccat, qui prædia vendit ad opſonia emenda? Zeun.

112 *Non*

Non horam tecum esse potes; non otia recte
Ponere; teque ipsum vitas, fugitivus ut erro,
Jam vino quærens, jam somno fallere curam:
Frustra: nam comes atra premit sequiturque fugacem.
¶ Unde mihi lapidem? ¶Quorsum est opus? ¶Unde [sagittas?
¶Aut insanit homo, aut versus facit. ¶Ocius hinc te
Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

SATIRA VIII.

112 *Non otia recte Ponere*, nulla in re seria, atque honesta otium tuum ponere potes. [Non esse autem cujusvis hominis, neque cujuslibet civitatis otium recte ponere, & bene otiari, ostendit Aristoteles lib. 1. Prolit & hac de re extant Ennii versus elegantes. apud Aull. Gell. lib. 19. cap. 10.] LAM.

Recte, cum ratione, sapienter. BAX.

113 *Ponere*, impendere. BAX.

Fugitivus ut erro, sic legimus cum optimis Cruquii MSS. pro *Fugitivus & erro. Est autem erro servus nugator vagabundus, sed tandem ad dominum rediens.* Ulpianus, citante Cruquio. BAX.

114 *Fallere curam*, obliviscí solicitudinis. BAX.

115 *Atra*, infelix, dira. BAX. Car. 3, 1, 40. *Post equitem sedet atra cura.* GES.

116 Fatigatus Horatius longa disputatione Stoica, lapidem quærit, vel sagittas, quibus importunum servum abigat. GES.

Unde mihi lapidem, supple comparem. BAX.

117 *Aut versus f.* furit. Cic. 2. de natura Deorum, jam Apollo versus facere desierat: alludit ad furorem divinum ἐνθουσιασμὸν. CRUQ.

Aut versus facit; Dilogus & παρὰ προσδοκίαν: nam & potentes læsisse significat, & cum furentis gestibus versus suos componere consueviſse. Rodebat ungues & cædebat pluteum. BAX. Cum *sanos* arceat Helicone poetas Democritus, &c. Vid. Ars Poet. in fine. GES.

118 *Accedes opera agro n. S.* Sententia est, nisi citius hinc abeas, tantum abest, ut te libertate donem, ut ex servo urbano & honorario efficiam te vilem & abjectum. In ea namque significatione τὸ opera, usi sunt optimi quique auctores, Cic. præcipue. qui pluribus in locis contumelioſe satis appellitat operas, sordidos abjectosque & vilis condicionis homines; ut pro Sextio 27: Cum per tribunum aliquem & sexcentas operas se fortunis spoliari videant. & alibi, Operarum inquit, suarum gladiis & lapidibus objecerit. Item pro Flacco 38: operæ facessant, servitia fileant. CRUQ.

Opera, operarius. BAX.

Nona; *quasi octo servos Horatius miseris in ergastula agri Sabini.* Vet. Schol. BAX.

1 *Ut Nasidieni juvit te cena beati?* Cum *Nasidienus* syllabam secundam corripiat, (ut ostendunt versus 75. & 84,

Nasidienus *ad haec: tibi di quaecumque precaris:*

Nasidiene, *redis mutatae frontis, ut arte:*

& illud Martialis VII. 54, 8.

Aut vigila aut dormi, Nasidiene, *tibi:*

& Lu-

SATIRA VIII.

IN NASIDIENUM RUFUM CONVIVATOREM VAPIDE GARRULUM. (*Pluſcula his ſimilia ſunt. ſer.* 2, 4: G.)

UT te Naſidieni juvit cœna beati?
Nam mihi quærenti convivam, dictus here illic
De

1 Ut Naſidieni *cum Bentl. etiam G. H. & Mſs. Mus. Br. B. C. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*
2 convivam quær. *Bentl. Cun.*

& Lucani IX. 790.

Naſidium *Marſi cultorem torridus agri)*

miras hic turbas dederunt Librarii, ut pro peritia ſua verſui conſulerent. Quidam ſic interpolarunt,

Ut te Naſidieni juvit cena beati?

alii ſic:

Naſidieni qui te juvit cena beati?

& alii aliter: ſed omnes inepte & abſone prae illo, quod & priſcae editiones & membranae meliores exhibent, & Priſcianus p. 1055. Nimirum I littera, ut alias U, conſonantis hic vice fungitur; quaſi more hodie uſitato ſic ſcribas,

Ut Naſidjeni *juvit te cena beati?*

Sic apud Virg. Æn. 2, 492, *labat arjete crebro*; XI, 890. *Arjetat in portas*; IX, 674. *Abjetibus juvenes patriis*; Geor. 4, 296. *Parjetibuſque premunt artis*; I. 482. *Fluviorum rex Eridanus*; Æn. 5. 432. *Genva labant*; Geor. I, 397. *Tenvia nec lanae:* & Propertium, III. 19, 12.

Induit abjegnae cornua falſa bovis.

& Silium VI. 226.

Cetera ſinvatis glomerat ſub pectore gyris.

& ita paſſim apud alios. BENTL.

Cum duobus Cruquii Codicibus, & Deſpauterio Grammatico repoſui *Ut te*, cum alii ponant *te* poſt *juvit*. In cauſa fuit Rhythmi confragoſitas ex nimia imitatione Lucilii. BAX. Si hoc placeat, *Naſidieni* nomen ſemper incipiet a Dactylo; qui alterum præfert, *i* inter *d* & *e* conſonantem faciet, ut in *abiete*, *pariete*, cum Dactylum faciunt. Ceterum *Ruſi* cognomen, quod v. 58 habet Naſidienus, favet conjecturæ, Horatio hic propoſitum fuiſſe *Salvidienum*, de quo Sueto. Aug. 66. Fingit autem Horatius ſe agere cum Fundanio, vid. v. 19. GES.

Beati, ſibi videntur ineptuli. BAX.

2 *Nam mihi qtaerenti convivam.* Ita libri, opinor, omnes, tam ſcripti quam editi: ſed alio verborum ordine Priſcianus p. 1011. *Heri*, inquit, *adverbium*; *dicitur tamen & Here. Horatius* Serm. II, 8, 2.

Nam mihi CONVINAM QUAERENTI *dictus here illic*

De medio potare die.

Atque ita quattuor ibi codices, quorum copia mihi obtigit. Quod qui vulgato venuſtius & ποιητικώτερον eſſe non per ſe videt, is ne me quidem dicente credere volet. BENTL.

Dictus here illic De m. p. d. Here pro *heri* citatur a Priſciano p. 1011, atque ita Juvenalis Sat. III, 23.

Res hodie minor eſt here quam fuit. TORR.

Ep. I. 14. 34.

De medio potare die. ¶ Sic, ut mihi nunquam
In vita fuerit melius. ¶ Da, ſi grave non eſt,
Quæ prima iratum ventrem placaverit eſca.
In primis Lucanus aper: leni fuit Auſtro
Captus, ut aiebat cœnæ pater; acria circum
Rapula, lactucæ, radices, qualia laſſum
Pervellunt

4 Melius fuerit, *Mſ. Mus. Br. D.* Dic *omnes ante Ald. it. Torr. Bentl. Cun. G. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 5 pacav. *G. S.*

Here pro *heri*. Vet. Schol. Bax.

3 *De medio pot. d.* ridicule hoc ſubjicit: quid enim illic de medio die potare liceret, ubi id ne cœnanti quidem conceditur ſine pallore parochi? ut ait Fundanius. Cruq.

De medio, feſtis diebus maturi cœnabant Veteres. Bax. Seu feſtus dies fuerit ſeu profeſtus; cœna certe hæc tempeſtiva. Ges.

4 *Da, ſi grave non eſt.* Omnes omnium codices DIC habent, non *da:* neque aliter éditiones principes, Venetae binae cum Loſcheriana. At pexus neſcio quis magiſtellus, qui Virgilii credo Bucolica pueris praelegerat, interpolare hoc auſus eſt ex Ecloga prima, v. 19.

Sed tamen iſte deus qui ſit, da, *Tityre, nobis.*

Quid ergo? an, quia ſemel apud Virgilium *Da* occurrit pro *dic*; ut ſaepe alias *accipe* pro *audi*, idcircone, vel invitis codicibus, illud ſubſtituere licebit, ubicumque in hoc incidimus? jocularem ſane audaciam. Et tamen per bina ferme ſaecula editiones omnes impune contaminavit. Quouſque tandem ignoti homuncionis temeritatem graſſari hic patiemur? Bentl.

Da, dic. Vet. Schol. Cruq. Omnes tamen Cruquii atque Torrentii Codices legerunt *Dic:* ex gloſſemate ut puto. Sic & Virg. Ecl. 1, 19. *qui ſit da, Tityre, nobis.* Et magis Comice & blande dicitur *Da* quam *Dic.* Bentleio tamen magis placet *dic*, quod ex interpretamento eſt. Bax.

5 *Quæ prima irat. vent. plac.* ſupra ſat. 2. v. 17. *cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet.* Ulyſſes apud Alcinoum ait ventre nihil eſſe impudentius, qui etiam in luctu, ac mœrore, ſui meminiſſe jubeat. ſic Hom. ὀδ. η. v. 215. Ἀλλ' ἐμὲ μὲν δορπῆσαι ἐάσατε κηδόμενον περ. Οὐ γὰρ τι σύγερῃ ἐπὶ γαστέρι κυντερον ἄλλο Ἔπλετο, ἥτ' ἐκέλευσεν ἑο μνήσασθαι ἀνάγκη, Καὶ μάλα τηρομένου. id eſt, ſed me cenare ſinitote quamvis mœrentem. Non enim quicquam aliud ventre improbius eſt: qui jubet, ſui meminiſſe neceſſario etiam eum, qui malis conficitur ac vexatur. Lamb.

Bene *placaverit* cum præmiſerit *iratum*. Bax.

6 *Lucanus, valentiſſimus.* Vet. Sch. Cruq. Bax.

Leni fuit Auſtro. Amœno tempe ra toque cælo, non exæſtuante Auſtro, quo non molleſcere tantum, verumetiam ferina facile putreſcere atque corrumpi ſolet: quemadmodum ait Satyra 2. hujus libri, v. 41. At vos ô Auſtri, coquite horum opſonia: quare leni Auſtro captum dicit, quo celet ejus fœtorem. Cruq.

Leni Auſtro; non æſtuoſo. Vet. Sch. Cruq. Ne fœteret ſcilicet; auſtro tamen flante, quod *affirment laſſam carnem aprinæſſe meliorem.* Alter Schol. Bax. Pro *laſſam* forte legendum *laxam.* Forte ita excuſavit Naſidienus *rancidum aprum.* Vid. Ser. 2, 2, 41. Ges.

7 Ridicule *patrem* nominat quem puerum putabat. Fidem facit pater cum docet. Bax. Simpliciter *cœna pater* eſt pater familias, qui etiam *dominus cœnæ* vel *epuli* vocatur. Ges.

Rapula, Raphanus ſativus? Linn. Vet. Schol. Cruq. Bax.

8 *Rapula, Diminutive pro rapis, ſeu napi. Radices,*

Pervellunt ſtomachum, ſiſer, halec, fæcula Coa.
His ubi ſublatis, puer alte cinctus acernam
Gauſape purpureo menſam perterſit, et alter
Sublegit quodcunque jaceret inutile, quodque
Poſſet cœnantes offendere: ut Attica virgo
Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus Hydaſpes,
Cæcuba vina ferens; Alcon, Chium maris expers.
Hic herus; Albanum, Mæcenas, ſive Falernum
Te magis appoſitis delectat, habemus utrumque.
¶ Divitias miſeras! Sed queis cœnantibus una,
Fundani,

10 His ut *Sax. Cun.*

Radices, Ῥάφανοι. Vet. Schol. Cruq. Sic & Ovidius Met. VIII, 666. *Intubaque & radix*. Bax.

9 *Pervellunt*, pertinaciter vellicant, & bene de laſſo ſive pigro. Bax.

Siſer, Tiberio Cæſari erat in deliciis: Galli vocant *Cheruy*. De Halece & Fæce vide ſupra 2, 4, 73. Bax. Hic dubium non eſt, e vino Coo paratam. Ges.

10 *Alte cinctus*, quo expeditior eſſet. Cruquius legit *alter* ex tribus MSS. quod non probo. Bax.

Acernæ menſæ prima poſt citream gloria. Torrentius ex Plinio. XIII, 29 & XVI, 26. Bax.

11 *Gauſape*, *mappa villoſa*, *hic Gauſapes*. Vet. Schol. *Nobilius villoſa tegant tibi gauſapa citrum*. Martialis XIV, 138. Uſus eſt ipſo gauſape pro peniculo Lucilius. *Purpureo terſit tum latas gauſape menſas*. Bax.

13 *Attica virgo*, Κανηφόρος, quæ lento paſſu progreditur; Proverbialiter, quale Ἡρακλῆν βαδίζειν. Bax. In ſolennibus pompis ſacras ciſtas aut caniſtra ferebant virgines, κανηφόροι. Vid. ad Ser. 1, 3, 11 & Spanhem. ad Callim. p. 731 ſq. Ges.

14 *Fuſcus Hydaſpes*, ſervulus Indus. Bax.

15 *Chium*. in nomine Chium, i, producitur, cum Chium primitivum ſit breve: docet Priſcia. libr. 2. Lamb.

Maris expers, aquæ marinæ expers. ὁ τεθαλασσωμενον. Athen. libr. 1. ſcribit, veteres conſueviſſe aquam marinam in vina infundere, fortaſſe ut eſſent ſalubriora. Nam hujuſmodi vina nullas cruditates gignunt, ventrem ſolvunt ſtomachum aliquantum mordent, atque incitant, flatus non ingenerant, ad cibum concoquendum adjuvant. verba Athen. ſunt hæc, οἱ δ' ἐπιμελέστερον τεθαλατλωμενοι οἶνοι ἀκραίπαλοί τε εἰσι, καὶ κοιλίαν λύουσιν, ἐπιδάκνουσί τε τὸν στόμαχον, ἐμφησήσεις τε οὐκ ἐνεργάζονται, καὶ συγκατεργάζονται τὴν τροφήν. Itaque fugam illam Bacchi ad mare, nonnulli ſic interpretantur, ut per eam ſignificari putent hanc conficiendi vini rationem, & aquæ marinæ infuſionem. nam vinum aqua marina infuſa ſuavius effici: unde Plauti jocus Rudente, 2, 7, 30. *Quaſi vinis Græcis Neptunus nobis ſuffudit mare*. Lam.

Maris expers, h. e. *Factitium de quo Cato*. Cruquius. Bax. Acron, *Cui aqua marina more Græco non eſt adjecta*. Vinum Græco illi ſimile parare docent ex vino Italico, muria affuſa, Cato 24 & 105. it. Colum. 12, 37. *Chium* vinum, cui aquæ marinæ, ut alias ſolet, nihil affuſum eſt. Ges.

18 *Divitias miſeras!* quæ ſcilicet miſerum habebant

Fundani, pulchre fuerit tibi, nôſſe laboro.
¶Summus ego, et prope me Viſcus Thurinus, et infra,
Si memini, Varius; cum Servilio Balatrone
Vibidius, quos Mæcenas adduxerat umbras.
Nomentanus erat ſuper ipſum, Porcius infra,
Ridiculus totas ſimul obſorbere placentas.
Nomentanus ad hoc, qui, ſi quid forte lateret,
Indice monſtraret digito: nam cætera turba,
Nos, inquam, cœnamus aves, conchylia, piſces,

Longe

22 quas. *Mſ. Mus. Br. D.* 23 ſupra *S.* 24 ſemel & ſimul *hic & tantundem auctoritatis habet, & eandem ſignificationem.* Abſorbere, *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F.*

habebant Dominum, *Quis ferat iſtas Luxuriæ ſordes?* Juvenalis 1, 140. Bax. Nihil hactenus ſordidum video equidem. *Miſeræ divitiæ*, quæ ſic ſolicitum habent dominum, quem copia incertum faciat. Ges.

19 *Fundanius* Poeta erat inſignis & Horatio familiaris. Bax.

Laboro, impatienter cupio, geſtio. Bax.

20 *Prope me.* codex Blandinius antiquiſſimus habet, pro me; quam lectionem ego prætulerim uſitatæ, ut ſit pro me, id eſt, ante ſeu ſupra me: ei namque ex oppoſito reſpondet τὸ infra. atque ea lectio clare demonſtrat Fundanium diſcubuiſſe medium. Cruq.

22 Figuram triclinii vid. Geſn. Thes. voc. Triclinii. Zeun.

Umbra joculari nomine dicuntur a vocatis ad cœnam una adducti. Bax. Puto autem Mæcenatis umbras fuiſſe Balatronem & Vibidium, qui cum illo medium triclinii lectum occuparint. Nomentanum & Porcium ſibi quaſi ſubſervituros, & adjutores quoſdam ſibi Nafidienus aſſumſiſſe videtur: inter quos accumbit *ipſe* αὐτὸς, Paterfamilias v. 23. Vibidius & Balathro liberius omnia agunt. Nomentanus deinde ſolatur Nafidienum: ipſe & Porcius convivæ imi lecti v. 40 Fundanius cum Viſco & Vario primi. Ges.

Apud Græcos Ἐφολκίδες vocantur. Suid. V. Ἐφολκίδα, et v. Ἀπίνιος

23 *Super ipſum.* ſic habent libri veteres, non ſupra: quod malim tamen. & ita loquitur M. Tull. Epiſt ad Papirium Pætum lib. 9. 26. *& quidem ſupra me Atticus, infra Verrius familiares tui.* omnino ego ſuſpicor ab Horatio ſcriptum eſſe ſupra, vel certe ſuper, id eſt, ſupera, ſeu ſupra, docent tamen nobiles grammatici, veteres uſurpaſſe *ſuper* & *ſupera*, pro *ſupra* quemadmodum uſurpavit Salluſtius in ſuperiore illo exemplo a nobis modo relato. Lam.

24 *Simul abſorbere pl.* in Buſl. Blandin. uno, & Divæi codice legitur, ſemel: in aliis, ſimul. deinde in Buſlid. & duob. Blandin. ponitur, obſorbere; in reliquis, abſorbere. Cruq.

Meliores Codices pro *abſorbere* legerunt *obſorbere*, quod & Cruquio placuit. Bentleius ſervat *abſorbere*, quod fortaſſe alio tempore non faceret. Bax. *Ridiculus obſ.* qui ridicule obſorbebat. Zeun.

25 *Ad hoc* ſupple *ridiculus.* Bax.

Si quid lateret; erat huic uſus edendi maximus. Bax. Intelligo *erat*, fungebatur hoc officio, ut, ſi quæ deliciæ latuiſſent Nafidienum, is demonſtraret. Zeun.

26 Comice *Nam*, pro *quod attinet ad.* Bax.

Nos

Longe diſſimilem noto celantia ſuccum ;
Ut vel continuo patuit, cum paſſeris atque
Inguſtata mihi porrexerat ilia rhombi.
Poſt hoc me docuit, melimela rubere minorem
Ad lunam delecta: quid hoc interſit, ab ipſo
Audieris melius. Tum Vibidius Balatroni ;
Nos, niſi damnoſe bibimus, moriemur inulti :

Et

29 paſſeris aſſi, & *Bentl. ex MSS. Lambi.* aſſi, atque *Cun.* 30 porrexerit, *G. F. Ed. Pr. in Bib. Reg, Br. &c.* porrexit *conj. Marcilius.* 32 illo, *Mſ. Mus. Br. D.* 34 Moriamur *Mſs. Mus. Br. C. F.*

Nos nihil curamus, quid eſſet, quod appoſitum eſſet, cœnamus taciti. Ges.

28 *Succum, ſaporem.* Vet. Schol. Bax.

29 & 30 *Cum paſſeris atque Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi.* Plures quidem codices cum vetuſtis editionibus PORREXERIT : ſex tamen Lambini, Cruquianus unus, & noſter Magdalenenſis PORREXERAT ; quod jure opinor, Lambinus aliique aliquot in textum receperunt. Non enim tum *ſapor patuit*, cum ille *porrexerit* ; ſed poſtquam *porrexerat*, atque alter acceptum guſtaverat. Ceterum pro *paſſeris atque*, quod & noſtri omnes agnoſcunt, Lambinus in ſuis quibuſdam reperit,

cum paſſeris ASSI, ET
Inguſtata mihi PORREXERAT *ilia rhombi.*

Noli dubitare, quin ab Horatii manu ſit: unde enim indoctis Librariis tam elegantem lectionem ? at illud *atque* facile obrepere potuit dormitantibus. Nempe paſſerem piſcem & rhombum, non elixos, ſed *aſſos* exhibuit Naſidienus : idque pro hujus Sermonis indole minime hic tacendum erat. Quippe ex praecepto Catii, Naſidieni credo hujus aſſeclae, Serm. II. 4. v. 38.

Non ſatis eſt cara piſces *averrere menſa,*
Ignarum quibus eſt jus aptius, & quibus aſſis
Languidus in cubitum jam ſe conviva reponet.

Apuleius in Apologia, p. 471, Edit. Delph. *Alios etiam* piſces *multis verſibus decoravit Ennius ; &, ubi gentium quiſque eorum inveniatur, oſtendit ; qualiter* aſſus *aut jurulentus optime ſapiat.* Plautus Aſinaria I, 3. v. 28.

Quaſi piſcis, *itidem eſt amator lenae, nequam*
eſt niſi recens ;
Is habet ſuccum, is ſuavitatem, eum quovis
pacto condias ;

Vel patinarium ; vel aſſum *verſes, quo pacto lubet.* Inde Pſeudapicius de re Culinaria C. X. *Jus in Mullos aſſos——in Pelamidem aſſum ——in Muraenam aſſam——pro Dentice aſſo——in Auratam aſſum.* Et Platina de tuenda valetudine : Paſſeri *piſci, elixo petroſelinum*, aſſo *malaurantii ſuccum indes.* Bentl.

Inguſtata mihi, h. e. hactenus mihi nunquam guſtata : & cum Lambino et Cruquio *porrexerat* pro *porrexerit* repono. Bax. *Paſſer* hic piſcis eſt : de *aſſo*, quem inculcant, Sat. 2, 4, 38. Ges.

Paſſer, Pleuronectes . . .

Porrexerat. ſic reperi ſcriptum in trib. cod. Vat. & Jann. & Ruſſard. & Cleric. nam vulgati habent, *porrexerit.* Lam.

31 *Melimela* Κυδάνια μηλα. Vet. Sch. Cruq. Plinio xv. 15. *mala muſtea.* Cydonia illarum regionum ſunt omnium ſuaviſſima. Virgilio Ecl. 3, 71. *Aurea mala* dicuntur. Bax.

Minorem ; ad incrementum Lunæ. Vet Schol. Cruq. Bax.

34 *Niſi damnoſe.* Bibamus, inquit, magno convivatoris damno, ne ille odio & moleſtia ſua impune nos enecet. Suet. Nero 31:

Non

Et calices poſcit majores: vertere pallor
Tum parochi faciem, nil ſic metuentis ut acres
Potores; vel quod maledicunt liberius, vel
Fervida quod ſubtile exſurdant vina palatum.
Invertunt Alliphanis vinaria tota
Vibidius Balatroque, ſecutis omnibus: imi
Convivæ

39 Allifanis *ex MSS. Cruq. & N. Heinſ. ad Sil.* 8, 537. *it. Bentl.* 40 imis *Ed. Pr. in Bib Reg Br.*

Non in alia re damnoſior, quam in ædificando. TORR.

Damnoſe, ut damnum ſentiat. Vet. Schol. Cruq. BAX.

Moriemur inulti. jocus: quaſi ita dicat. par eſt nos Naſidieno, qui nos invitavit, tamque ineleganter. & illiberaliter accepit, hanc gratiam referre, ut plurimum bibamus, quod niſi faciemus, Naſidienus nos impune cibis tam vilibus, & vulgaribus, & illotis paverit. vel dic jocum in eo conſiſtere, quod oratio eorum, qui in ancipiti, & adverſo prœlio, quamplurimis hoſtibus interfectis, mori decreverunt, ad certamen poculorum transfertur. Virgil. Æn. 2, 670. *numquam omnes hodie moriemur inulti.* ego illud malo. LAM.

Moriemur inulti: nam enecabit nos. Parodia Virgiliana (Æn. 2, 670.) BAX.

Nunquam omnes hodie moriemur inulti. BAX. Male habet illos loquacitas domini ſua fercula commendantis: hanc ulciſci volunt. GES.

35 *Verrere*, ſupple *cœpit*. BAX.

36 Salſe *Parochum* dicit, ac ſi eſſet caupo ob ſordes. BAX. *Parochi* non ſunt caupones, ſed qui publice præbent hoſpitium: nec *ſordes*, ut jam monui, hic apparent; ſed putida diligentia, et commendatio epularum. Et metuit potores acres Naſidienus non ob ſordes &c. GES.

Acreis, qui largiter, & ſupra modum bibunt. ut ſat. 6. hujus lib. v. 69. *acria pocula.* LAM.

37 *Quod maledicunt*; *metuebat enim ſuas ſordes propalari.* Cruquius. BAX.

Exſurdant, habetant, obtundunt. tralatio eſt ab aurium ſenſu ad guſtatum. palato enim judicantur ſapores. LAM.

38 *Fervida*, acrius potata. BAX.

Exſurdant, ut non poſſit ſentire ſaporem. Vet. Schol. BAX.

39 *Invertunt*; *eſt Hypallage, ut ſit ſententia, invertunt Alliphanos calices, & vinaria tota ponuntur pro vino.* Vet. Schol. Cruq. BAX. Magis placet, quod additur, vel οἰνοφόρα κατὰ κιφαλῆς τρέπονται, *Vaſa vinaria in caput vertunt, ita ut ore terram tangant.* Alliphanis poculis implendis evacuant, ut inverti poſſint, vinaria. GES.

Alliphe oppido Samnii majores calices ficbant. Vet. Schol. Cruq. BAX.

Vinaria, οἰνοφόρα. Vet. Schol. Cruq. h. e. lagenas. BAX.

40 *Secutis omnibus imis.* Hæc vulgata lectio ſcriptis quoque exemplaribus magna ex parte confirmatur: unum tantum vidi codicem, qui pro Cruquio ſtaret;

——*Secutis omnibus, imi*
Convivæ lecti.

Neque ſane negaverim hanc ſcripturam facile defendi poſſe. ceteris enim acriter potantibus, ideo imi lecti convivæ Nomentanus & Porcius abſtinuere, quod Naſidienum timebant offendere: maxime cum Nomentanus, ut ſaporum judex advocatus accumberet, quo munere ebrius non recte fungeretur; alter vero ciborum magis ingluvie quam vini ingurgitatione caperetur: ſic ergo lagenis nihil nocuere. TORR.

Imi

Convivæ lecti nihilum nocuere lagenis.
Affertur ſquillas inter muræna natantes
In patina porrecta. Sub hoc herus, Hæc gravida, inquit,
Capta eſt, deterior poſt partum carne futura.
His miſtum jus eſt, oleo, quod prima Venafri
Preſſit cella; garo de ſuccis piſcis Iberi;
Vino quinquenni, verum citra mare nato,
Dum coquitur (cocto Chium ſic convenit, ut non
Hoc magis ullum aliud) pipere albo, non ſine aceto,
Quod Methymnæam vitio mutaverit uvam.
Erucas virides, inulas ego primus amaras

Monſtravi

Imi convivæ lecti, Porcius & Nomentanus ſtudio parcebant vino, quo gratificarentur domino cui conſueverant parasitari. Erant hi accubitores domini, in imo lecto. Bax.

41 *Convivæ lecti*, convivæ honoratiores, qui ſummi & medii accumbebant, videlicet Mæcenas, Viſcus Turinus, Varius, ego Fundani. Lam.

Nihilum nocuere. Sic Propertius lib. II. 3, 1. *Qui nihilum tibi dicebas jam poſſe nocere.* Torr.

Lagenæ, fictilia erant vaſa anguſtis collis & ventricoſa, quibus hauſtum vinum triclinio inferebant: minores cadi. Bax.

42 *Squillas*, modo cammaros dicit. Bax.

Muræna, anguilla marina in ipſa teſta, qua juſcello ſuo incoquebatur. Bax.

Muræna, Muræna Helena. Linn.

43 *Sub hoc.* cum allata eſſet muræna, atque appoſita. *ſub hoc*, id eſt, hoc ipſo tempore: vel circiter hoc tempus. Lam.

45 *Prima cella, optima olearia cella.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

46 *Garo de ſuccis piſcis Iberi.* De garo ſic Plinius lib. xxxi. c. 43. *Aliud liquoris exquiſiti genus, quod garum vocavere; inteſtinis piſcium, ceteriſque quæ abjicienda eſſent, ſale maceratis, ut ſit illa putreſcentium ſanies: olim quidem ex piſce, quem Græci garon vocabant, nunc e ſcombro. laudatiſſimum in Carthaginis Spartariæ cetariis, quod ſociorum appellatur.* Hæc & plura Plinius; nec minus graviter Seneca Epiſt. xcvi. *Quid illud ſociorum garum, pretioſum malorum piſcium ſaniem, non credis urere falſa tabe præcordia?* neque aliter Suidas: Γάρος· ἀρσενικῶς λέγεται, ἔστι καὶ γάρος ἡ σηπεδών. Torr.

47 *Citra mare nato*; vino Italico uſus eſt dum conqueretur, Chio poſt cocturam. Bax.

48 *Cocto.* juri cocto vinum Chium eſt aptiſſimum. ſed quidem libri calamo exarati habent *coctæ*, videlicet murænæ. Lam.

50 *Vitio*, acore. Male plerique *mutaverit* pro *mutaverat*. Bax. At mihi neceſſarium videtur, quod libri pene omnes agnoſcunt. Acetum alias *vitium* eſt vini; pro vino hic *uva dicitur*. Ges.

51 *Erucas virideis inulas ego pr.* Sic omnes quidem habent libri, præter unum & alterum, in quibus eſt, *inulaſque ego primus amaras*, &c.

Monſtravi incoquere, inlutos Curtillus echinos,
Ut melius, muria, quam teſta marina remittit.
Interea ſuſpenſa graves aulæa ruinas
In patinam fecere, trahentia pulveris atri
Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.
Nos majus veriti, poſtquam nihil eſſe pericli
Senſimus, erigimur. Rufus poſito capite, ut ſi
Filius

52 illotos, *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 53 Remittat, *Mſs Mus. Br. B. F.* 58 Rufus capite hactenus, ut ſi *Cun. ex conj.*

&c. Sed ego olim hunc locum in omnibus libris depravatum eſſe putabam: & duarum litterarum dumtaxat, in duabus vocibus, immutatione emendandum arbitrabar, & pro eo, quod vulgo legitur, *inulas ego Primus amaras*, ego *inulis ego primus amaris*, reſtituendum curaram, conjecturam meam nonnullis viris doctiſſimis approbantibus: ut horum verborum, atque adeo, hujus totius loci hic ordo, hæcque ſententia eſſet. Ego primus omnium monſtravi, hoc eſt, docui incoquere inulis amaris erucas virideis, ut melius, quod Græci dicunt, ὡς ἀμεινόντι, id eſt, tanquam melius quiddam ea muria, quam teſta marina, nempe echinus, remittit. Curtillus autem monſtravit incoquere illotos, ſeu illutos echinos inulis. hæc igitur verba, *illutos Curtillus echinos*, includenda eſſent interpoſitionis nota. Jam hoc loquendi genus, *erucas inulis in coquere*, cum ſit aliis Latinis uſitatum, tum Horatio. Virg. Georg. 4, 279. *Hujus odorato radices incoque Baccho.* Hor. epod. 3, 6. *Num viperinus his cruor Incoctus herbis me fefellit?* Nunc autem mihi videtur antiqua ſcriptura, a qua non diſcrepat vulgata, retinenda, ut intelligamus, erucas virideis, & inulas amaras incoqui juri illi, quod deſcriptum eſt: & *erucas virideis*, *inulas amaras* poſitum eſſe ἀσυνδέτως. Quod autem ad hoc attinet *ut melius*, tale eſt illud, quod eſt in hac eadem ſat. v. 89. *Et leporum avulſos, ut multo ſuavius, mos*, id eſt, ut rem multo ſuaviorem: vel, ut multo ſuavius quiddam. Echinum piſcem porro diximus eſſe ex genere teſtaceorum, ad illum locum, *Horret capillis, ut marinus aſperis Echinis*, epod. 5, 28. Quod autem in nonnullis libris veteribus, ut in duobus Vatic. & in Jann. ſcriptum eſt, *Erucas virideis, inulaſque ego prim. am. &c.* hanc ſcripturam ideo non ſequor: quia fit mihi veriſimile copulationem *que* ab aliquo ſemidocto ſcripturæ receptæ fuiſſe additam. Verumtamen judicet lector eruditus. LAM.

Amaras, auſteras. Torrentius. BAX.

52 Optimi Cruquii Codices legerunt *inlutos* pro *illutos*, & puto dici hoc loco pro intinctos, aut lavatos, etſi diſſentiant omnes. Bentleius *inlotos*. BAX. Nempe Cruquius *illutos* dicit, cum ſua falſugine aſſumptos: Lambinus non tabefactos, ἀτήκτους, integros. Apicius 9, 8. *liquamen* echinis coquendis adhibet. GES.

53 *Ut melius muria*, h. e. quia mea ratione fit melius liquamen, quam muria eſt, quæ ex piſcibus teſtaceis paratur. ZEUN.

Teſta marina, Græca orca, de qua ſupra Sat. 2, 4, 66. Optima muria liquamine conſtat thynnorum. BAX. *Teſtam* non intelligo orcam ſ. dolium, verum ipſos piſces teſtaceos ut oſtreas, mytilos, &c. GES.

54 *Suſpenſa conſuetudo apud antiquos fuit, ut aulæa ſub cameras tenderent, ut ſi quid pulveris caderet ab ipſis exciperetur.* Vet. Schol. BAX.

58 *Erigimur, liberamur a metu.* Landinus

Dilogus

Filius immaturus obîſſet, flere. Quis eſſet
Finis, ni ſapiens ſic Nomentanus amicum
Tolleret; Heu Fortuna! quis eſt crudelior in nos
Te deus? ut ſemper gaudes illudere rebus
Humanis! Varius mappa compeſcere riſum
Vix poterat. Balatro ſuſpendens omnia naſo,
Hæc eſt conditio viyendi, aiebat; eoque
Reſponſura tuo nunquam eſt par fama labori.
Tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni
Sollicitudine diſtrictum? ne panis aduſtus,
Ne male conditum jus apponatur? ut omnes
Præcincti recte pueri comitique miniſtrent?
Adde hos præterea caſus; aulæa ruant ſi,
Ut modo; ſi patinam pede lapſus frangat agaſo.
Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res
Adverſæ

64 Nec poterat *Mſ. Mus. Br. D.* 70 pueri recte *Mſ. Mus. Br. D.* 73 ducis uti, *Mſ. Mus. Br. F.*

Dilogus. Bax. Metu ſe contraxerant ad primum ſtrepitum ac terrorem, Ges.

Rufus, Naſidienus convivator. cenæ pater. Lam.

Poſito capite, demiſſo capite, & ita mæſtus. καταβαλὼν τὴν ὄψιν, ἢ τὴν κεφαλήν. Lam.

Poſito capite; *in lectum*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

59 *Flere*, ſubaudi cœpit. Bax. Vel perrexit; eſt enim infinitum hiſtoricum. Ges.

60 *Sapiens*, amarulenta Ironia. Bax.

62 *Deus*, Epicœno, ſeu promiſcuo Genere, dicitur, ut Græcis Θιός. Bax.

64 *Suſpend. omnia naſo*, omnia deridens. ſup. ſat. 6. lib. 1. v. 5. o *naſo ſuſpendis aduncо Ignotos*. Lam.

Suſpendens omnia naſo; detorto ad rhonchos & ſannas, & identidem excuſſo. *Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo*. Perſius Sat. 1, 118. Bax.

66 *Tuo*; certa Perſona, pro incerta Bax. Putabam, ſermonem directum ad Naſidienum. Ges.

67 *Tene*; ſupple decet, vel æquum eſt. Bax.

68 *Diſtrictum*, divulſum, diſtractum. Bax.

70 *Recte*, ad unguem. Bax.

71 Comice *hos* pro ejuſmodi. Bax.

72 Lapſus pede. Cun.

Agaſo, pertinet ad Naſidienum ridendum, qui ejuſmodi ſervum ſordidum adhibuerit ad cibos apponendos. Zeun.

Certe magis hoc agaſonis erat quam commodi miniſtri. *Agaſo is proprie eſt qui jumenta*

Adverſæ nudare ſolent, celare ſecundæ.
Naſidienus ad hæc: Tibi dii, quæcunque preceris,
Commoda dent; ita vir bonus es, convivaque comis.
Et ſoleas poſcit: tum in lecto quoque videres
Stridere ſecreta diviſos aure ſuſurros.
¶ Nullos his mallem ludos ſpectâſſe: ſed illa
Redde, age, quæ deinceps riſiſti. ¶ Vibidius dum
Quærit de pueris, num ſit quoque fracta lagena,
Quod ſibi poſcenti non dentur pocula; dumque
Ridetur fictis rerum, Balatrone ſecundo;
Naſidiene, redis mutatæ frontis, ut arte
Emendaturus fortunam; deinde ſecuti

Mazonomo

5 preceris *tuetur Bentl.* precaris *vel* precare *al. & Mſs. Mus. Br. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 76 comiſque, *Mſ. Mus. Br. D.* 82 dantur, *Mſs. Mus. Br. C. F.* 85 *Hic v. deeſt Z.*

tractat; *hic autem Satyrice ſignificat eſcarum miniſtrum, quem vulgo nominant Infertorem.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

74 *Nudare*, propalare. BAX.

75 *Ad hæc*, ſupple *dixit*. BAX.

76 *Commoda*, bona, vel animo tuo grata. BAX.

Comis, ſuavis, civilis. BAX.

77 *Soleas poſcit*. Solebant veteres depoſitis cœnare ſoleis, ne lecti ſtragula fœdarent, quibus toralia contecta erant. Terent. in Heaut. I, 1, 72, aſſideo, accurrunt ſervi, ſoccos detrahunt, video alios feſtinare, lectos ſternere, cœnam apparare, &c. Mart. III, 50, 3. Depoſui ſoleas, affertur protinus ingens inter lactucas oxygarumque liber. talis jocus eſt ejuſdem in Cottam, lib. XII, 89, qui ſoleas amiſit dum cœnaret, pueri negligentia. CRUQ.

Soleas, calopodes ad reparandum convivium. Vet. Schol. Cruq. Nam acubituri deponebant ſoleas: erant autem ſoleæ, ſeu crepidulæ, domeſtica calceamenta. BAX. Vult exire, & imperare neceſſaria triclinio reſtituendo, rediturus v. 84. GES.

Tum, poſtquam diſceſſiſſet. BAX.

78 *Stridere*; *notandum eſt quod in ipſo verſu ſit imitatus ſonitum ſuſurri.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Diviſos, diſpertitos. BAX.

80 *Redde*, refer, narra. BAX.

83 *Fictis rerum*; ob res fictas, ne ſcilicet ſentiat Naſidienus ſe a convivis derideri. Helleniſmus, ut alibi *vanis rerum*. BAX.

Secundo; *Hypocritam agente*. Vet. Schol. Cruq. h. e. ſecundarum partium actorem. BAX.

84 *Naſidiene redis mut. fr.* ἀποστροφὴ ad Naſidienum. ſed hoc ſentit: Naſidienus mutatæ frontis redit, id eſt, Naſidienus hilarior & lætior redit. LAM.

Arte, ficta ſcilicet conſtantia. BAX.

85 *Fortunam*, ſupple *malam*. BAX. Reſpicit puto ad illam Platonicam ſententiam de vita aleæ ſimili, quam expreſſit etiam Ter. Ad. 4, 7, 23 *Quod cecidit forte, id arte ut corrigas*. GES.

86 *Mazonomo magna ſcutella*. Vet. Schol. Cruq.

Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes
Membra gruis, ſparſi ſale multo non ſine farre;
Pinguibus et ficis paſtum jecur anſeris albi;
Et leporum avulſos, ut multo ſuavius, armos,
Quam ſi cum lumbis quis edit: tum pectore aduſto
Vidimus et merulas poni, et ſine clune palumbes;
Suaves res, ſi non cauſas narraret earum et
Naturas dominus; quem nos ſic fugimus ulti,
Ut nihil omnino guſtaremus, velut illis
Canidia affiâſſet, pejor ſerpentibus Afris.

86 magni *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 88 albæ *quid MSS. quaſi ſexus referret.* 89 leporis vulſos *Boſ. S. Z.* 90 edit *etiam G.* edat. *Sax.* 91 palumbos *Cun.* 94 veluti ſi *contra omnes libros Bentl.* 95 atris *ex MSS. Bentl.* atris *etiam Mſs. Mus. Br. B. C.*

Cruq. Alteri Scholiaſtæ *grande ſalſare eſt*, quo ſcilicet Mazas vel pultes inferebant Veteres. Ridicule poſitum. Bax. Neque hic ridiculum quid indicari ſentio præter dominum, & credo poetæ v. 92. In Libro Coll. Sax. *Scutula* ex gloſſa pro voce ipſa *Mazonomo* irrepſit. *Salſare* Vet. Schol. a *Salſa* eſt, *Sauce*, majoribus noſtris *Saltze*. *Mazonomo* circumferuntur, de quibus quiſque pro lubitu ſumere partem invitatur, atque eligere, quid vel quantum placeat. Nomen a diſtribuenda maza vel pulte. Ges.

87 *Farre*, micis panis. Bax.

Multo ſparſi ſale. Cun.

88 *Pinguib. & ficis paſt. jec. anſ.* jecur ſaginatum, & auctum pinguibus ficis. Athen. lib. 9. ſcribit, tanto in pretio fuiſſe in veteribus anſeris jecur, ut eſſent apud eos χηνοβοσκοὶ, id eſt, anſerum paſtores, qui anſeres ita alerent, ut eorum jecur mirifice augeretur: quod item tradit Plinius x, 26. Ego in Italia idem vidi factitari. ſed quo modo, aut qua arte id fieret, non admodum quæſivi: niſi quod audiebam, dulcia ad eam rem multum conferre. Itaque hodie in Gallia mulier quædam potens & ſumtuoſa gregem anſerum domi melle paſcit. Martialis lib. 13, 58. *Aſpice quam tumeat magno jecur anſere majus. Miratus dices? hoc rogo, crevit ubi?* Jam pingues ficus dixit, quia ficcis ſunt meliores. Lam.

88 *Ficis paſtum jecur.* Veteres Συκωτὸν, ſive *ficatum*, appellavere, ut oſtendit Cruquius. Bax.

Præcipui honoris erant res albæ. Bax.

89 *Leporum*, fœcundorum ſcilicet; niſi ſuſpicati ſunt delicati omnes lepores parere, ob famam ambigui ſexus. Bax.

90 *Edit:* vetuſte pro *edat*. Bax.

92 *Si non cauſas*, an ſermonem orſus eſt de coitu animalium? Bax.

95 Mire *affláſſet* de venefica & garrulo, ac ſi vel ſpiritu necarent, hæc quidem carminibus, ille autem ineptiis. Bax. *Afflare* etiam dativo jungi, quod dubitare videtur Bentleius, oſtendit Stephanianus Theſaurus. Ges.

Notum eſt Afros ſerpentes eſſe omnium teterrimos. Bax.

Q. HORATII FLACCI

EPISTOLARUM

LIBER PRIMUS.

EPISTOLA I.

AD MÆCENATEM.

PRIMA dicte mihi, ſumma dicende Camœna,
Spectatum ſatis, et donatum jam rude, quæris,
Mæcenas, iterum antiquo me includere ludo.

Non

ARGUMENTUM. Omiſſa re ludicra Philoſophiæ ſe tradit. (Et philoſophemata quædam, tanquam ſpecimina illius, per lancem ſaturam addit. GES.)

* Ut *Satira* prima itemque libellus de arte poetica *Epiſtolæ* vocari poſſunt, propter appellatum ibi Mæcenatem, hic utrumque Piſonem: ita Epiſtolæ hæ *Satirarum* nomen ob varietatem argumenti & vitiorum reprehenſionem ferre poſſunt, *ſermonum* vero propter pedeſtre genus orationis &c. GES.

1 Primus liber Satirarum, primus Horatiani ingenii ſpecimen vulgatum, habet primum ſermonem inſcriptum Mæcenati. Sic etiam prima omnium Odarum Mæcenatem alloquitur. GES.

Tale eſt illud Virgilianum Ecl. 8, 11 *A te principium, tibi deſinet.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Dicende; *videtur Horatius hanc Epiſtolam Mæcenatis hortatu ſcripſiſſe.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

2 *Spectatum*, Dilogus etiam pro *probatum.* Landinus. BAX.

Rudibus batuebant in ludo: Rudis etiam inſigne erat miſſionis a gladiatoria opera, & jam facti laniſtæ. Publice autem alebantur exauctorati. Erat & duplex rudis; ferula ſcilicet & gladius ligneus quo inter ſe batuebant tirones. Vide Lipſii Saturn. Polybio ξυλίνῳ μαχαίρᾳ. BAX.

3 *Ludo*; quia *ſecuit urbem* ut olim Lucilius. BAX. Gladiatorium ludum intelligi, manifeſ-

Non eadem eſt ætas, non mens. Vejanius armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro,
Ne populum extrema toties exoret arena.
Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem;
Solve ſeneſcentem mature ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, et ilia ducat.

Nunc

7 purgata—aure *coll. Sax.*

manifeſtum eſt vel ex *rudis* mentione. Ges.

4 *Mens*, ſtudium. *Mutatione ætatis fit mutatio mentis*, ut ſcite Landinus. Bax.

Vejanius, inſignis gladiator ejus temporis. Bax.

5 *Herculi Fundano conſecravit arma.* Vet. Schol. Gladiatores in tutela erant Herculis. Bax. Vitruv. 1, 7 *Herculi, in quibus locis non ſunt Gymnaſia neque Amphitheatra, ad circum* vult ædem ædificari, ut intelligamus, Amphitheatris vel ſacella Herculis adjuncta, vel tota fuiſſe inſtar templorum Herculis. Hic igitur figunt arma gladiatores. Ges.

6 *Ne popul. extr. toties.* id eſt, ne toties populo ſupplicet, ut eum libertatem exoret. ſed poteſtne ſæpius exorari, ſeu obtineri libertas? eveniebat interdum, ut boni gladiatores, tametſi a populo libertatem obtinuiſſent, tamen propter excellentiam, in ludum iterum, atque iterum revocarentur, atque adeo retraherentur. quam explicationem ſi probabimus, intelligentur hæc eſſe dicta ad laudem Vejanii. tanquam boni gladiatoris: & ita Acro & Porphirio. ſed mihi magis placet Turnebi, viri ingenio & doctrina excellentis, ſententia: qui hunc locum ſic explicat: ne Vejanius a pari ſuo victus, & ita jamjam ab eo jugulandus, a populo ſupplex ſalutem petat: quam quidem ſæpius victus Vejanius, ſæpenumero exoravit. & ita malus gladiator fuit. Jam locus, in quo gladiatores decertabant, arena appellabatur. *extrema* autem dixit, quia ab extrema parte arenæ boni, & victores gladiatores a populo libertatem, mali & victi, ſalutem petere ſolebant. Sed non diſſimulabo lectori, me reperiſſe ſcriptum in pleriſque libris manuſcr. *exornet:* ubi alii habent *exoret.* quæ fortaſſe vera & recta ſcriptura eſt. hanc quidem vulgatæ anteponit Simeo Boſius. *exornet* autem, ut reperi annotatum in duobus libris manuſcr. id eſt, ludo decoret. gladiatores enim dabantur populo: ex quo munus gladiatorium. Lam.

Populum exoret; ſpectatorum clementia prohibebatur victor in victum ſævire. Landinus. Bax.

Extrema arena; cum amplius fugere non poſſet retiarius ſecutorem. Bax.

7 *Eſt mihi; ipſe animus, qui ἐν ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει*, i. e. *qui in auribus hominum habitare dicitur Herodoto*, ut eleganter Cruquius. Ejuſmodi erat Socratis Dæmon. Bax.

Purgatam, quia *Mordaci lotus aceto*, ut ait Perſius 5, 86. nam calido aceti fumo vaporabant aures minus audientes. Bax.

8 *Solve ſeneſcentem; Sicut fortis equus ſpatio qui forte ſupremo Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit:* Ennius apud Cic. de Sen. c. 5. citante Lambino. Bax.

9 *Peccet ridendus*; ridicula peccata committat, ut erat illud in ludis Pompeii, de quo Cic. Epiſt. Fam. 7, 1 *Honoris cauſa in ſcenam redierant ii, quos ego honoris cauſa de ſcena deceſſiſſe arbitrabar:* & quæ de Æſopo addit. Ges.

Ilia

Nunc itaque et verſus et cætera ludicra pono:
Quid verum atque decens curo et rogo, et omnis in hoc
Condo et compono quæ mox depromere poſſim. [ſum:
Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus jurare in verba magiſtri,
Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.
Nunc agilis fio, et merſor civilibus undis,
Virtutis

14 adductus *Mſ. Mus. Br. C.* 16 verſor *MSS. Lambi. & Bos. it. Z. Med.* 1477. *& Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Ilia ducat; *frequenter anhelet*. Vet. Schol. Cruq. *Ilia ſunt inter coxas & pubem*. Celſus Lib. IV, 1, monente Torrentio. Bax.

10 *Verſus* lyricos, *ludicra* ſatiras, illas *illudere* ſe *chartis* dicit Ser. 1, 4, 139. Add. 1, 10, 37. Ges.

11 *Verum animi bonum*. τὸ καλὸν βίῳ. Cruquius. Bax.

Verum atque decens. *Verum* quærere ad eam philoſophiæ partem ſpectat, quæ in contemplatione ac rerum cognitione conſiſtit: *decens* vero ad eam quæ de moribus eſt, & de officiis tractat, ac tota in actione verſatur, ut Ariſtoteles, ut Cicero, et alii diſtinxere. Torr.

Curo, meditor. Bax.

Omnis in hoc ſum, totus in hoc ſum. ſic ſat. 9. lib. 1. v. 2. *Neſcio quid meditans nugarum, totus in illis*. Nam omnem hic poſuit pro toto. Sic Homerus. Il. λ. πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ λάμφ', ἄϊσε ϛεροπή. id eſt, omnis utique ferro Splendebat, ut fulgur. ſic idem Horat. Od. ult. lib. 3. v. 6. *Non omnis moriar, magnaque pars mei vitabit Libitinam, &c*. Lam.

12 *Condo & comp. quæ m. &c*. non dicit ſe ea ſcribere, quæ mox in lucem edere, & divulgare poſſit, ſed ea congerere, & recondere, in animo, quæ mox ad uſum ſuum, & ad recte, ſapienter, & virtuti convenienter vivendi facultatem ſumere, & depromere queat. allegoria eſt ducta ab agricolis, qui fructus perceptos, & frumentum condunt. M. Tull. in Catone maj. c. 7. *non ſerendis non percipiendis, non condendis fructibus:* vel ab iis, qui in penu, ſeu in apotheca recondunt res ad victum neceſſarias, quas ſuo tempore depromant: & quibus, cum opus ſit, utantur. ut epiſt. 2. hujus lib. v. 49. *valeat poſſeſſor oportet, Si comportatis rebus bene cogitat uti*. His adde exemplum formicæ, quod eſt ſat. 1. lib. 1, v. 33. Lam.

Condo & compono,, recondo & in unum congero; tanquam in penum ſcilicet, vel promtuariam cellam. Bax.

13 *Quo lare*; h. e. in cujus Philoſophicæ domus clientela ſim: & bene *tuter*, cum præpoſuerit *duce* ac ſi militiæ operam daret. Bax.

14 *Addictus*, factus alieni juris: Sacramento devovebant ſe clientes et milites pro ſalute ducum, verbis ab ipſis ducibus conceptis. Bax. Gladiatores ſe addicunt ſacramento. Vid. Ser. 2, 7, 59. Medici olim jurant in verba ſui Hippocratis. Ges.

Magiſtri per contemtum dicebantur Philoſophi, Bax.

15 *Tempeſtas*, animus, qui inſtar venti & maris varius eſt. Bax. *Hoſpes* ad varias philoſophorum ſectas, tanquam ad loca aliena, in quibus non habitare, ſed tantum aliquamdiu commorari animi cauſa ſoleo. Zeun.

16 *Agilis fio*; vitam laudo civilem, ut Stoicus: nam Epicurei ſibi vivunt, & curam Reipublicæ, ſi moleſta futura eſt, ſapiente indignam

Virtutis veræ cuſtos rigiduſque ſatelles :
Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor,
Et mihi res, non me rebus ſubjungere conor.
Ut nox longa, quibus mentitur amica, dieſque
Longa videtur opus debentibus ; ut piger annus
Pupillis,

21 Lenta *Bentl. ex MSS.*

indignam putant : Λαθε βιώσας præcipuum horum Dogma eſt. Bax.

Merſor civilibus undis. Vetus haud dubie & germana lectio ; non *Verſor*, ut ante perperam legebatur : atque ita lib. IIII. Od. 4, 65. *Merſes profundo.* & Epiſt. proxima, v. 22.

——*Adverſis rerum immerſabilis undis.*

Virgilius quoque Geor. I, 272.

——*Fluvio merſare ſalubri.* &, Geor. 3, 447.

——*Udiſque aries in gurgite villis*
Merſatur.—— Torr.

17 *Rigidus*, ad utrumque ſubſtantivum refertur. Vid. ad Od. 2, 19, 28. Ges.

18 *Ariſtippus Epicureæ ſectæ princeps fuit.* Vet. Schol. Ges. Falſo : Cyrenaicæ, voluptuariæ magis etiam quam erat Epicurea. Ges.

19 *Et mihi res ; Stoici dicunt, natum hominem ut a Republica regatur. Epicurei vero ut homo Rempublicam regat.* Vet Schol. Quod ſi hoc nequit, ut prorſus eam negligat. Bax.

Subjungere. Verbum elegans, pro quo antea *ſummittere* legebatur. apte quidem, ſed metaphoram malo a bobus ſumtam ; quos *ſubjungere* dicimur cum jugo alligamus, *disjungere*, vero cum jugo ſolvimus : unde *ſubjuges* & *injuges* boves, quæ ſub jugo vel fuerint vel non fuerint. Atque ita Cicero I, 50, de Oratore, *Omnes artes oratori ſubjungere.* & Virg. Æn. VIII, 502.

Nulli fas Italo tantam ſubjungere gentem.

Submittere ex gloſſemate irrepſerat. Torr.

Septem Lambini Codices atque omnes Cruquii cum vetere Scholiaſte legerunt *ſubjungere* pro *ſubmittere.* Subjunguntur vehicula jumentis, non jumenta vehiculis. Bax. Huc pertinet illa nobilis vox Ariſtippi, Ἔχω τὴν Λαΐδα, οὐκ ἔχομαι ὑπὸ τῆς Λαΐδος, *Habeo, non habeor.* Ges.

20 *Ut nox longa*, videtur alludere ad illud Theocriti εἰδύλλιον ιϛ', ἦλυθες ὦ φίλε κῆρε τρίτη σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ, ἦλυθες, οἱ κ' ἐθέλοντες ἐν ἄματι γηράσκειν. hoc eſt, veniſti dilecte puer, jam tertia nox eſt, tertia jam revehit croceos aurora jugales : cum tamen una dies cupidis afferre ſenectam poſſit, & aſſidui depreſſis pondere voti. Cruq.

Mentitur amica. non ſervat promiſſa ſic Satyr 5. lib. I, v. 82. hic ego mendacem ſtultiſſimus uſque puellam ad mediam noctem expecto, &c. Cruq.

21 *Dieſque longa videtur opus debentibus.* Satis inconcinna repetitio, *Nox longa, dies longa.* Quamobrem libens amplector, quod ex vetuſto codice protulit Barthius Adverſ. XXXVII. 19.

Ut nox longa quibus mentitur amica, dieſque
Lenta *videtur opus debentibus, ut piger annus.*

Elegantius enim hoc eſt, quam ut librario cuipiam acceptum referri debeat. Variavit autem Noſter dedita opera, Dies *longa*, nox *lenta*, annus *piger*. Dies lenta hic eſt, quae lente ſive tarde procedere videtur. Ovid. Heroid. I, v. 8.

Nec quererer tardos ire *relicta* dies.

Silius Ital. XIII, 487.

At gente in Scythica ſuffixa cadavera truncis
Lenta dies *ſepelit, putri liquentia tabo.*

Sollemnis autem ſcribarum lapſus a *lentus* ad *longus*. Sic Ovid. Faſt. II, 722.

Et patitur lentas *obſidione* moras.

Ita

Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quæ ſpem
Conſiliumque morantur agendi gnaviter id, quod
Æque pauperibus prodeſt, locupletibus æque,
Æque neglectum pueris ſenibuſque nocebit.
Reſtat, ut his ego me ipſe regam ſolerque elementis:
Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungui;
Nec, quia deſperes invicti membra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere cheragra.

Eſt

25 Deeſt hic verſus in *Mſ. Muſ. Br. A.* 30 *pro* Nec, Et *Med.* 1477. *A. Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Neu *Cun.* 31 cheragra *etiam G.* chir. *al.*

Ita Nic. Heinſius ὁ πάνυ ex melioribus membranis repoſuit; cum prius *longas* circumferretur, Sic Martialis Spectac. XXIII, 3.

I nunc, & lentas *corripe*, *turba*, moras.

Idem tamen alibi inconſulte, ex pluribus licet codicibus, *longa* in contextu edidit, ubi antea recte habebatur *lenta*. Triſt. IV, 1. v. 86.

Hic ego ſollicitae jaceo novus incola ſedis:
Heu nimium fati tempora lenta *mei.*

Queritur poëta diem mortis, quae ſe tantis malis eriperet, nimis lente et tarde accedere; aut certe, verbis Suetonii in Jul. Caeſ. c. 87. *lentum hoc genus mortis* (exilium) *aſpernatus, ſubitam ſibi celeremque optat.* Bentl.

Bentleius ex ingenio *Lenta* poſuit pro *Longa*, quo ſcilicet Horatium ipſum emendaret. Bax.

Opus debentibus; *mercenariis*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

22 *Premit*, compeſcit veluti fræno. Bax.

24 *Conſilium*, propoſitum. Bax. *Id quod*, &c. h. e. ſapientiæ virtutiſque ſtudium. Zeun.

27 *Elementis*, *præceptis primis*. Vet. Schol. Cruq. *Elementa* dicuntur, quaſi quæ ſint *e limine*. Bax.

28 *Non poſſis*; ſecunda Perſona pro prima, Comico ritu, & ſupprimitur *Si*. Bax.

Maluit Bentleius *oculos* Numero multitudinis; ſed *oculos* poſuit ex mera conjectura. Ego nihil moveo. Bax. Tanto minus aliquid mutandum, quod *oculos contendere* videtur ſimpliciter modo hoc ſignificare, verſus aliquem locum dirigere oculos, et velut collineare *oculo contendere* vel *oculis* indicat ſummum conatum efficiendi, & affectum adeo.

Contendere oculo; contento oculo videre. Bax.

29 Ipſe erat *lippus in omnibus fere MSS. legitur inungui*. Torrentius. Bax.

30 *Glycon athleta fuit fortiſſimus*. Vet. Sch. Bax.

31 *Nodoſa*, lapidoſa, tuberibus informis. Bax.

Hoc etiam loco Bentleius poſuit *cheragra*, quod non improbaverim. Bax.

32 Bentleius ex admodum vetuſto Exemplari recte repoſuit *quadam* pro *quodam*. Bax.

Eſt

Eſt quadam prodire tenus, ſi non datur ultra.
Fervet avaritia miſeroque cupidine pectus ?
Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, et magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes ? ſunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Invidus, iracundus, iners, vinoſus, amator,
Nemo adeo ferus eſt, ut non miteſcere poſſit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem.
Virtus eſt, vitium fugere ; et ſapientia prima,
Stultitia caruiſſe. Vides, quæ maxima credis
Eſſe mala, exiguum cenſum, turpemque repulſam,
Quanto

32 quadam *firmat Cruq.* quoddam Z. Med. 1477. *Mſs. Mus. Br. A. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 34 laborem *Cun. poſt Cruq.* 35 depellere, *Mſ. Mus. Br. F.* 40 accommodet *Sax.*

Eſt autem idem quod licet, ut Ser. 2, 5, 103. Ges.

33 *Fervet*, calet uti febre. Bax.

34 *Verba & voces.* id eſt, carmina, & cantiones, &, (ut Græci vocant, ἐπῳδαὶ : ſed ſignificat ἀλληγορικῶς ſermones philoſophicos. M. Tull. ἐπῳδὰς quas appellant Græci, cantiones videtur nominare in lib. de claris orator. c. 60. *Cum ego pro Titinia Cottæ peroraviſſem : ille* [Curio] *contra me pro Servio Nævio diceret, ſubito totam cauſam oblitus eſt, idque veneficiis & cantionibus Titiniæ factum eſſe dicebat.* Horatius hic voces, alibi carmina appellat, ut et Virg. Ecl. 8, 69. *Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.* Tibullus cantus lib. 1. eleg. 9, 19. *Cantus vicinis fruges traducit ab agris : Cantus & iratæ detinet anguis iter.* Lam.

Sunt verba & voces : Εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι, Euripides in Hippolyto, citante Lambino. Notum eſt carminibus demulceri febres conſueviſſe. Bax.

35 morbi magni. Cun.

36 *Laudis amore tumes.* Sic lib. 11. Sat. 111, 213. *tibi cum tumidum eſt cor.* unde et *ſufflati* pro ſuperbis, ut in ejuſdem lib. Sat. v. 98, monuimus,

Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem. Torr.

Tumes, veluti hydrope. Bax. Et alioqui *tumerē* ad morbos animi refertur. Intumeſcunt ſuperbi, irati, cupidi. Vid. Bentl. ad Ar. P. 197. Ges.

Bene *piacula* ; nam veteres morbos omnes ad iram deorum referebant, ut dudum monuit Celſus. Bax.

37 *Ter pure lecto ; ut ſe mergunt qui ſe purgant.* Vet. Schol. Deridet enim piacula ſacerdotum. Bax.

Recreare, levare. Bax.

39 *Ferus*, durus, incultus, indomitus. *Feritatem vocat inſcitiam & animi duritiem.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

40 Animus ſubigitur & purgatur Philoſophia, uti ager *cultura*. Bax.

40 *Virtus eſt* ; bene hæc intulit cum jam culturæ meminerit, qua purgantur agri infelicibus herbis. Bax.

43 *Repulſam, rejectionem ab honoribus.* Vet.

Quanto devites animo capitiſque labore:
Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes:
Ne cures ea, quæ ſtulte miraris et optas,
Diſcere, et audire, et meliori credere non vis?
Quis circum pagos et circum compita pugnax,
Magna coronari contemnat Olympia, cui ſpes,
Cui ſit conditio dulcis ſine pulvere palmæ?
Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.
O cives, cives, quærenda pecunia primum eſt,
Virtus poſt nummos. Hæc Janus ſummus ab imo
Prodocet:

44 animi *Z. Med.* 1477. *Fabric.* 1555, *&c. Jura fere paria.* Animi *etiam Mſs. Mus. Br. A. B C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 48 audere *Z.*

Schol. Cruq. Bax.

44 Tres Cruquii Codices legerunt *Quanto animo* pro *animi*, h.e. quanta audacia. Bentleius cum aliis prætulit Genitivum *animi*, Horatiana varietate parum perpenſa. Bax.

Labore, diſcrimine, vitæque periculo. Bax.

46 *Per mare*; *hoc loco Theognidis verſus imitatus eſt, qui ait:* Ἦν δὴ χρὴ φίυγοντα καὶ ἐς μεγακήτια πόντου Ῥιπτεῖν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠιβάτων. Vet. Schol. Bax.

Per ignes, per torridam Zonam. Bax.

47 *Mirari*, eſt pro magno aut bono aut malo aliquid habere, ut mox Epiſt. 1, 6, 1, *Nil admirari.* Ges.

48 *Diſcere, & audire*; ὕστερον πρότερον. Vet. Schol. Bax. *Audere*, quod prima habet editio, mihi blanditur, ut ſit vehementior & acrior cohortatio. Brevior longe ad tranquillitatem via eſt, ſi audeas contemnere, quæ mirantur alii, quam ſi ea parere ſtudeas. Ges.

Meliori, doctiori. Vet Schol. Cruq. Bax.

51 *Conditio dulcis, non dulcis palmæ.* Satis mirari nequeo Interpretes latuiſſe Interrogative diſtinguendum eſſe poſt *Olympia.* Bax. Ut ſumus homines, mihi contra videtur ſententia huic loco aptiſſima naſci, ſi ita jungas, quis athleta circumforaneus non malit Olympia coronari, ſi ſpes & conditio offeratur ſine labore aſſequendæ illius palmæ? Miratur Horatius, non potius cupidinem malum extirpare homines, & ſic finem bonorum conſequi, quam pugnare cum quotidianis perturbationibus. Qui ἀπάθειαν habet, vicit Olympia: qui ſtudet ſatisfacere cupiditatibus, pugnat quotidie pugnas ignobiles. Ges.

Sine pulvere, Proverbialis elocutio, ἀλκονίᾳ. Eraſmus. Bax.

52 Hinc novo quaſi exordio oſtendit inconſtantiam & ſtultitiam hominum, qui in ore quidem habeant præclaram ſententiam *Vilius argentum* cet. ſed eodem tempore, ſi non totidem verbis, toto tamen vitæ tenore clament, *O cives, cives!* eamque ſententiam legibus etiam ſanciant. Ges.

Bentleius poſuit *Vilius eſt auro argentum.* Verum ejuſmodi errores labenti memoriæ videntur tribuendi. Bax.

53 *O cives*; Ironica Proſopopœia, qua vult ſignificare urbanos pluris facere Arithmeticam quam Philoſophiam. *Romani pueri longis rationibus aſſem Diſcunt in partes centum diducere.* De Arte Poet. 325 ſq. Bax.

54 *Hæc janus ſummus ab imo Perdocet.* Editiones

Sat. I. 6. 74

Prodocet: hæc recinunt juvenes dictata ſeneſque,
Lævo ſuſpenſi loculos tabulamque lacerto.
Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,
Eſt

55 Perdocet Z. *Med.* 1555. *& Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Prædocet 2 *MSS. Cruq. Fl. & Mſ. Mus. Br. F. verſum* 58 *ante* 57 *poſuit, & hunc a* Sed *incepit unius MS. ætate Cruquius, quem ſecuti Bentl. Maitt. Cun. Sanad.* Sed *habent MSS. plures, etiam G. Inde vero tranſpoſitionis neceſſitatem eo minus colligas, quod illud* Sed *poteſt indicare excuſationem avarorum omiſſa per ſolennem ellipſin conditionali particula.* Sed *habent Mſs. Mus. Br. A. B.*

tiones veteres Praedocet; inde Perdocet paullatim obtinuit. At Membranae fere omnes Prodocet, ut praeter alias veterrimae noſtrae Graevianae, Leidenſes, Reginenſes. Quod, etſi haud alibi quod ſciam occurrat, recte tamen admiſiſſe videntur Lambinus Cruquiuſque, ob unanimem tot priſcorum codicum conſenſionem. Ceterum falluntur, qui *Janos* tres hinc ſibi fingunt, *ſummum, medium, imum:* cum unus fuerit vicus, Jani nomine inſignitus. Ovidius Ibide v. 181. de Tityo,

Jugeribuſque novem qui ſummus *diſtat* ab imo,
Viſceraque aſſiduae debita praebet avi.

An & tres Tityos hinc comminiſcentur? Noſter Serm. II, 3. v. 308. de ſeipſo:

ab imo
Ad ſummum *totus moduli bipedalis:*

& Art. Poët. 254. Primus ad extremum *ſimilis ſibi.* Ergo Janus *ſummus ab imo* eſt *totus, univerſus. Medius* autem *Janus* dicitur, quemadmodum *media mulier* Terentio, & alia ſexcenta. Bentl.

Janus ſummus; h. e. Univerſum Forum & Romanus Populus. V. ſ. 2, 3, 18. Bax.

55 *Prodocet, aperte docet.* Vet. Sch. Cruq. Atque hæc lectio eſt plurium atque meliorum Codicum, cum alii habeant *Perdocet.* Mecum ſunt Lambinus & Cruquius, (Bentl. Boſ.) Torrentius contra eſt. Bax. *Recinere* eſt ad moleſtiam uſque audientium aliquid repetere: ita ICtos *cantores formularum* appellat Cicero de Orat. I. c. 55. Origo ab avibus cantatricibus. Ges.

Videtur excidiſſe Conjunctio et:

hæc recinunt juvenes dictata, ſeneſque, ET
Lævo ſuſpenſi loculos tabulamque lacerto.

i. e. *juvenes, ſenes,* et *pueri,* ut I Serm. vi. 74. nam ridiculi forent *ſenes,* Lævo ſuſpenſi loculos, &c. id eſt. οἱ παῖδες οἱ γεροντες. *et,* ut II Carm. xvi. 37.

mihi parva rura, et
Spiritum Graiæ tenuem Camænæ &c.

atque ita forte II Serm. 2. 100

ego vectigalia magna, et
Divitias habeo tribus amplas regibus.

vulgo deeſt *et.* Bowyer.

Seneſque, h. e. æque ac ſenes, vel una cum ſenibus, quos habent præceptores. Bax.

56 Hoc verſu utitur Sat. 1, 6, 74 ubi eſt deſcriptio puerorum ludum literarium frequentantium. Hic illo Satirice utitur, ut indicet, ſenes etiam toto die puerili illa exercitatione computandi, numeros & æra ſuarum rationum tractandi, occupatos eſſe. Ita hic verſus, qui inſiticius videri poterat, & viſus eſt Cuningamo, gratiam & venerem addet orationi. Ges.

57 *Si quadring.* Multo plures & meliores libri:

Sed quadringentis ſex ſeptem millia deſunt.

Quæ ſcriptura recta eſt, ut verba ſint pecuniæ ſtudium excuſantis. Nam cur ni, inquit, properem diteſcere; qui in plebe manſurus ſim, ſi equeſtri ſummæ quadringentorum millium vel minimum aliquid deſit: neque ut aliter fiat, aut animus, aut mores, aut lingua, aut fides denique juvare te poſſit? Simile illud:

At bona pars hominum decepta cupidine falſo,
Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti, quantum habeas, ſis. & pulchre Juvenalis Sat. v, 132.

Quadringenta tibi ſi quis deus aut ſimilis diis,

Eſt animus tibi, ſunt mores, et lingua, fideſque,
Plebs

Aut melior fatis donaret homuncio, quantus
Ex nihilo fieres.

Cum autem veteres pereleganter *ſex ſeptem* ſine copula dixerint; idque Terentii, Lucretii, Ciceronis, aliorumque teſtimoniis conſtet; miror quid Lambino in mentem venerit cum perperam diſtinguentibus aſſenſit. TORR.

Eſt animus tibi, ſunt mores. Vel hic locus documento eſſe poteſt, quam aegre homines ab errore ſemel admiſſo & per manus tradito ad verum revocentur. Et libri vulgati & ſcripti plerique hoc ordine verſus exhibent;

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt;
Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua fideſque;
Plebs eris.

Ubi quis non, vel ſola conjectura fretus, poſteriorem verſiculum loco ſuo motum, atque adeo priori praeponendum eſſe pronunciaverit? Cum ſententia ſatis ſit manifeſta, *Quamtumvis animi dotibus excellas, ingenio, virtute, eloquentia, fide; ſi tamen ſex vel ſeptem millia nummorum de quadringentis millibus tibi deſunt, ſi non integram quadringentorum ſummam in cenſu habes, Plebeius eris, lege Roſcia id ſanciente.* Hoc, inquam, vel ipſius vi ſententiae, pro explorato eſſe poterat cuivis lectori non adeo naris obeſae. Sed ecce tibi Cruquius, qui in vetuſtiſſimo codice Buſlidiano ſic plane ſcriptum invenit, idque optimo jure in contextum recepit: idem poſtea ex duobus ſuis Pulmannus, ex uno ſuo Berſmannus prodidit, neque tamen quiſquam adhuc exortus eſt, qui Cruquium audire & recte monenti auſcultare vellet. In Magdalenenſi noſtro prior ille verſus ultra alium, qui adhinc quartus eſt, rejicitur, hoc exemplo:

Nil conſcire ſibi, nulla pallеſcere culpa,
Sed quadringentis ſex ſeptem millia deſunt.
Roſcia, dic ſodes melior lex, an puerorum.

Unde palam, opinor, fit, jam olim ab oſcitante Librario verſiculum hunc omiſſum fuiſſe; poſteaque in margine, ut fit, appoſitum, per ignorantiam eorum qui exemplar illud deſcripſerunt, in ſedes non ſuas tranſiiſſe. Sed & alia non deſunt argumenta, quae omnem ſcrupulum eximant & nullum dubitationi locum relinquant. Pro *ſi quadringentis* meliores ſcripti SED habent, octo Lambini, plerique Torrentii, tres Pulmanni, Berſmannique totidem, ex noſtris veterrimi Leidenſis, Graevianus, Reginenſis. Unde hoc, ſi iſte verſiculus, quem nunc tenet, locum ſemper occupavit? Nihil utique abſurdius hac lectione; nemo omnium librariorum tam plumbeus, qui hanc comminiſceretur. At eadem longe aptiſſima eſt, ſi modo verſus ad ſedem vetuſtam reducatur; praeſertim ſi pro *deſunt*, cum Leidenſi & Reginenſi noſtris multiſque aliorum ſubſtituas *deſint*. Ne multis morer; ſic totus locus ex membranis legendus eſt,

Eſt animus tibi, ſunt mores, EST *lingua, fideſque:*
SED *quadringentis ſex ſeptem millia* DESINT,
Plebs eris.

Eſt lingua in Lambini quibuſdam extat in uno Pulmanni optimo, & altero Collegii Trinitatis. *Eſto*, inquit, *Vir probus es, & prudens, & diſertus: quis hoc poteſt negare? ſed deſit modo tantillum tibi ad cenſum equeſtrem, ſex puta vel ſeptem millia de quadringentis millibus; plebeius eris.* Quis non videat, SI illud a librariis loco SED tum demum ſubſtitutum eſſe; poſtquam verſibus ſemel luxatis SED nullo ſenſu ſententiam inchoaret? BENTL.

Non eſt mirum homines ita diligenter computare numos. *Si* enim *quadringentis* milibus HS. qui equeſtris cenſus eſt, modo *ſex* vel *ſeptem millia deſunt*; ſi de reliquo *eſt animus tibi — Plebs eris.* Plane hæc verborum ordinatio indignitatem auget, & invidiam facit legi, quod ſibi admovet illa duo *Eſt animus, mores, lingua, & Plebs eris.* Ut non reprehenderim lectionem, quam tranſpoſitio duorum verſuum efficit: ſic receptum ordinem multo digniorem poeta arbitror. GES.

58 *Animus*; ſupple generoſus, vel liberalis. BAX. *Mores*;

Plebs eris. At pueri ludentes, Rex eris, aiunt,
Si recte facies. Hic murus aeneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Roscia (dic sodes) melior lex, an puerorum est
Nænia,

62 *deest* Est *in Mss. Mus. Br. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Mores; supple probi & belli. Bax.

Lingua, eloquentia. Bax.

59 *Plebs eris*; i. e. *in quatuordecim ordinibus non sedebis*. Vet. Schol. Δῆμος ἔσῃ. Bax.

At pueri lud. quidam lib. vet. habent, *ut pueri lud.* Lam.

Rex eris; pueri ludentes magistratus exercent & Reges creant. Bax.

60 *Si recte facies*; si jura servaturus es, nec tuo arbitrio imperabis. Bax. Nihil opus est ut hic peculiarem ludum βασιλίνδαν cogitemus. Olim moris fuit *regem* vocari a pueris & adultis ludentibus, qui optime rem gessit. Locum Platonis in Theæteto, & alium Dionis Chrysost. laudavit hic Lambin. Et quid hodie in German. urbibus notius est *rege jaculatorum?* Similis est hujus loci suavitas Epigrammati primo Callimachi, ubi Pittacus petentem consilium de uxore ducenda ad pueros ludentes ablegat, qui frequentant illud, τὴν κατὰ σαυτὸν ἴλα. Sententiam, *Hic murus* saturæ lege vel licentia intexit poeta, ac statim ad næniam illam puerorum, ejusque interpretationem redit. Ges.

Hic murus aheneus; innocentia sit tibi pro munimento Regi inexpugnabile. Conscii arcibus magis fidunt quam civibus. Proverbiali sermone *aheneum* dicimus quod rumpi nequit; potuit etiam cogitare de muris Troiæ. Bax.

62 *Lex Roscia est qua cavetur, ut proximis ab Orchestra quatuordecim gradibus spectent, quibus est quadringentorum sestertiorum.* Vet. Schol. Bax.

An puerorum est. sic habent duo lib. Vatic. & Faërn. & Torn. & Nicot. & Ruff. in aliis deest verbum *est*. Lam.

An puerorum Naenia. Lege ex membranis potioribus,

Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum EST *Naenia.*

Ita uno demto omnes Cruquiani, Lambini sex, Bersmanni quattuor; Pulmanni omnes, ex nostris Graevianus, Leidensis, Zulichemianus. Deinde versu 65. scribe, *Qui, rem facias, rem*; ejecto illo UT, quod neque in editionibus priscis, nec in membranis comparet. Quin & in v. 67. Pupi lege, non *Puppi:* sic enim libri vetustiores, Leidensis, Graevianus, Reginensis. Ita *L. Pupius primipili centurio*, Caes. Bell. Civil. I, 13, *Cn. Pupius duumvir*, Liv. XXII, 33. *P. Pupius quaestor*, IV, 53. *L. Pupius aedilis*, XXXIX, 45. & XL, 19. Male vero editum *Puppius*, XXXIX, 39. *Cn. Pupius*, Cic. Ep. Fam. XIII, 9. *Pupius Piso*, Cic. orat. pro domo sua, 13. Inde *lex Pupia*, & Imp. Caes. Pupienus in nummis & historiis; in inscriptionibus multi Pupii & Pupiae, nulli *Puppii*. Denique & v. 69. lege, *Hortatur & aptat*, non *optat*. *Aptat scilicet te respondare fortunae*; sive, *aptat te certamini cum fortuna*. Sic. Virg. Aen. X, 588.

Projecto dum pede laevo
Aptat se pugnae.

Quintil. Declam. IV, 4. *Arma ipse circumdedit, & suis* ad pugnam *manibus* aptavit. Seneca Epist. CI. *Qui hoc modo* se aptabit, *cui vita sua quotidie fuit tota, securus est.* Et CVII. *Al hanc legem animus noster* aptandus est; *hanc sequatur, huic pareat.* Statius Achil. II, 415.

Jamque & ad ensiferos vicina pube tumultus
Aptabar.

In his omnibus plerique Interpretes hallucinati sunt. Bentl.

63 *Nænia*,

Nænia, quæ regnum recte facientibus offert,
Et maribus Curiis et decantata Camillis?
Iſne tibi melius ſuadet, qui Rem facias; rem,
Si poſſis, recte; ſi non, quocunque modo rem;
Ut propius ſpectes lacrimoſa poëmata Pupî:
An qui fortunæ te reſponſare ſuperbæ
Liberum et erectum præſens hortatur et aptat?
Quod ſi me populus Romanus forte roget, cur
Non,

67 Puppi *vulg. quod habent Mſs. Mus. Br. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*
69 optat *vulg. quod habent Mſ. Mus. Br. B. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

63 *Nænia*, puerilis cantilena. *Hoc dicto valde gravat Legem Roſciam.* Vet. Sch. Cruq. Bax.

64 *Et maribus Curiis*; h. e. generoſis & juſtis, qui ſcilicet ad normam hujus cantilenæ Rempublicam regebant. Bax. Heroës illi tales facti ſunt, quales illos admiratur poſteritas, quod non cecinere modo pueri cum eſſent, ſed viri etiam animum ſic induxerunt, regem eſſe qui *recte faciat:* non qui *rem faciat.* Hanc deinde formulam, ipſa repetitione ridiculam & odioſam reddere ſtudet. Ges.

65 *Iſne tibi melius ſuadet.* puta Roſcius Otho, Roſciæ legis auctor. Lam.

Qui, rem facias. qui ſuadet, ut rem facias, ſi poſſis rem recte facere. Sic autem edendum curavi: *qui rem facias ſi, &c.* ſine particula *ut:* quia illam nullo in antiquo cod. reperi. Et vero facile apparet ab aliquo ſemidocto eſſe adjectam. facile enim ſubintelligitur, cum ſit hic ordo, qui hortatur, vel qui ſuadet rem facias. Lam.

Facias, lucreris. Bax.

66 *Recte*, juſte. Notam aliquam hiſtoriam tangit. Bax. Eſt hic Ellipſis Græcis, amicis Horatii, uſitata. *Si poſſis recte*, bene habet! *ſi non* &c. Tanto facilius autem potuit uti hac omiſſione, quod ipſum *recte* repertum apodoſis locum ſuſtinere valet, *ſi poſſis recte*, recte eſt! Ges.

67 *Ut propius ſpectes.* Ludos theatrales proximi proſcenio ſpectabant ſenatores ex Orcheſtra: inde equites lege Roſcia in XIIII. ordinibus, qui locus etiam *equeſtria* dicebatur: poſtremo plebei ex cavea. Qua de re noſtris in Suetonii Auguſtum commentariis CXLIIII. Torr.

Lacrimoſa, Pupius Tragœdiographus ita affectus ſpectantium movit, ut eos flere compelleret, inde iſtum verſum fecit: Flebunt amici, & bene uti mortem meam: Nam populus in me vivo lacrymatu' eſt ſatis. Vet. Schol. Bax.

Pupi; hoc ex Libris oſtendit Bentleius. Plurimi erant *Pupii* Romæ, ut patet ex Inſcriptionibus. Bax.

68 *Reſponſare*; *contumaciter reſpondere.* Vet. Schol. Vid. Ser. 2, 7, 85. Bax.

69 *Liber* eſt qui audacter promit quæ ſentit. *En ego liber, Ille ferox tàcui.* Ovidius Met. 1, 757. Bax.

Præſens, valens perſuaſione. Vet. Sch. Cruq. Bax.

Optat. quidam lib. ſcripti habent *orat.* nonnulli, *aptat.* quod tamen poſtremum non probo. Lam.

Septem Cruquii & novem Torrentii Codices legerunt *aptat* pro *optat. Aptat, formal* Vet. Schol. Cruq. Concinnat. Bax.

71 *Porticibus.*

Non, ut porticibus, ſic judiciis fruar iſdem;
Nec ſequar, aut fugiam, quæ diligit ipſe, vel odit:
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Reſpondit, referam: Quia me veſtigia terrent
Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum.
Belua multorum es capitum: nam quid ſequar? aut quem?
Pars hominum geſtit conducere publica: ſunt qui
Cruſtis et pomis viduas venentur avaras,
Excipiantque ſenes, quos in vivaria mittant:
Multis occulto creſcit res fœnore. Verum
Eſto, aliis alios rebus ſtudiiſque teneri;
Idem eadem poſſunt horam durare probantes?

Nullus

72 ac fugiam, *Mſs. Mus. Br. D. G.* et fugiam *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 76 capitum es *Z. Med.* 1477, *& Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 78 Fruſtis *G. S. Z. Med.* 1477. *Fabr.* 1555. *Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 78 Venantur *Mſ. Mus. Br. D.*

71 *Porticibus*, ambulacris. Bax. *Judiciis fr. iiſdem*, h. e. idem ſentiam de rebus appetendis & fugiendis. Zeun.

74 *Quia me veſtigia*; *Luciliana ſunt hæc* Vet. Schol. Lucilii Diſtichon eſt apud Nonium; *Quid ſibi vult, quare ſit ut intro verſus & ad te Spectent atque ferant veſtigia ſe omnia prorſus. Ad Paradoxa Stoicorum deſcenſum ſibi facit.* Vet. Schol. h. e. Omnes præter ſapientes & inſanos & ſervos eſſe: certe tam libertati quam vitæ metuebat Æſopi vulpes. Bax.

76 *Belua multorum*; tanquam altera Hydra. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Non video cur Bentleius mutaverit *es* in *eſt*, cum Poeta alloquatur Populum Romanum ſub tertia [f. ſecunda] Perſona. Bax. Non tantum bellua es, o populе, ut ille leo, periculoſa; ſed multorum capitum, quam quis ſequi, ne ſi velit quidem poſſit. Ges.

77 *Conducere publica*; *Queis facile eſt ædem conducere, flumina, portus, Siccandam eluviem, portandum ad buſta cadaver.* Juvenalis, Sat. 3, 31. Bax.

78 *Cruſtis & pomis*, uti parvulos. *Cruſta* dicit Placentas. Plurimi Codices habent *Fruſtis*, ſed male. Bax.

Sunt, qui Fruſtis & pomis, &c. captatores: quod genus hominum deſcribit ſat. 5. lib. 2. & M. Tull. paradox. 52. ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, &c. his verbis: *hereditatis ſpes quid indignitatis in ſerviendo non ſuſcipit? quem nutum locupletis orbi ſenis non obſervat? loquitur ad voluntatem, quicquid denuntiatum ſit, facit, aſſentitur, aſſidet, miratur. quid horum eſt liberi?* Quidam legunt *Cruſtis, & pomis*, & ita habet aliquot libri manuſcr. Lam.

Avaras, & per hoc divites & orbas. Bax.

79 *Excipiant*; ex inſidiis capiant obeſos thunnos. Bax. *Vivaria* ubi ſervantur & ſaginantur animalia, feræ, piſces, aves. Ges.

80 *Occulto, illicito.* Vet. Schol. Cruq.

81 *Eſto*, h. e. Concedo hoc dandum eſſe

naturæ

Nullus in orbe ſinus Baiis prælucet amœnis,
Si dixit dives, lacus et mare ſentit amorem
Feſtinantis heri; cui ſi vitioſa libido
Fecerit auſpicium, cras ferramenta Teanum
Tolletis, fabri. Lectus genialis in aula eſt?
Nil ait eſſe prius, melius nil cœlibe vita;
Si non eſt, jurat bene ſolis eſſe maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
Quid pauper? ride: mutat cœnacula, lectos,
Balnea,

83 Nullius in urbe Z. *Mſ. Mus. Br. A. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* locus *pro* ſinus *habent Mſs. Mus. Br. B. C.* et amicis *pro* amœnis habet *Ms. Mus. Br. G.* 91 viden' ut mutat *Bentl. coni.* rides *Cun.*

naturæ humanæ. Μεταβασις. Bax. Auget ita illud, quod negabat, populi ſe poſſe judicia ſequi. Ges.

84 *Lacus Lucrinus*, mari immiſſus. Bax.

Sentit, ob onuſta materia & cæmentis navigia. Bax. *Contracta piſces æquora ſentiunt* Car. 3, 1, 33. Ges.

Amorem, *ſtudium*. Bax.

85 *Feſtinantis heri*: non dixit *properantis, ſed feſtinantis. Nam qui unum quid mature tranſigit, is properat: qui multa ſimul incipit, nec perficit, is feſtinat*. Nonius. Lam.

Vitioſa, ægra, delira. Bax.

86 *Fecerit auſpicium*; ridicule *fecerit auſpicium* de novo ſuborto deliramento. *Sua cuique libido eſt deus*, &, *Anus quæ vult ſomniat*, ut vulgo dicitur. Bax. Voluit forte laudare Aen. 9, 185. *Sua* cuique Deus fit dira cupido. Ges.

Ferramenta, *fabrilia inſtrumenta*. Torrentius. Bax.

Teanum civitas eſt Campaniæ, Sidicinum. Vet. Schol. Cruq. Bax.

87 *Genialis*, Genio Naturæ deo ſacer. Δαίμων, ſive genius in ſole eſt, Bax. *Aulam* dicit pro *Atrio*, ubi eſt *lectus genialis*, qui idem *adverſus* dicitur. Ges.

90 *Nodo*; Laqueo retis. Bax. Reſpicit ad fabulam Ariſtæi Protea vincire docti a matre Cyrene, quam narrat. Virg. Georg. 4, 405. Ges.

91 *Cœnacula*. Notum Ictis vocabulum, pro ſuperiore ædium contignatione: quo ſcalis aſcendere neceſſe erat: ibi enim tenuiores mercede annua, diſtinctis manſionibus, habitabant. unde *cœnaculariam* ipſa penſio ſive merces, quæ locatori ſolvebatur: & *cœnacularium exercere* pro quæſtum inde facere: & *cœnacularius* qui ita habitat. Qua de re Budæus lib. XIII. De uſufructu; ubi Ulpianus, *Si domus*, inquit, *uſusfructus legatus ſit, meritoria illic facere fructuarius non debet, nec per cœnacula dividere domum*. & Suetonius Vitellio, cap. VII. *Tanta egeſtate rei familiaris, ut uxore & liberis quos Romæ relinquebat meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret*. Idemque Auguſto, cap XLV. *Circenſes ex amicorum fere libertorumque cœnaculis ſpectabat*. Sed ut Juvenalis Sat. x, v. 18. cum ait:

——*Rarus venit in cœnacula miles.*

Torr.

Invitat Mæcenatem, & quemvis lectorem, ut rideat conatus pauperum, qui ſimiles fieri volunt divitum illa inconſtantia, ut Ser. 2, 3, 310 de Turbone. Nihil igitur opus eſt mutata lectione. Ges.

Tenues

Balnea, tonſores ; conducto navigio æque
Nauſeat ac locuples, quem ducit priva triremis.
Si curtatus inæquali tonſore capillos
Occurri, rides : ſi forte ſubucula pexæ
Trita

23 at locuples, *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 94 curatus *etiam G. S. Z. Med.* 1477. *F. Cun. Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 95 Occurro *Bentl. e MSS.*

Tenues conducebant *cœnacula* ; *quos tegula ſola tuetur A pluvia molles ubi reddunt ova columbæ.* Juvenalis 3. 201.

92 *Conducto*, & per hoc *non ſuo.* Bax.

93 Ducit quem—Cun.

Priva, propria. Bax.

94 *Si curtatus inaequali tonſore capillos.* In antiquis Venetis curatus ; in Loſcheriana curtatus. Quorum poſterius, etſi in Codicibus ſcriptis vix uſquam extare fateantur, (in meorum ne uno quidem reperi) admiſerunt tamen magni Interpretes ; rejecto altero & priſcarum editionum & Manuſcriptorum auctoritate nixo. Nollem factum ; nam aut nihil hic video, aut *curtatus inaequali tonſore* tam inter ſe diverſa ſunt, ut nullo pacto in eandem ſententiam compingi queant. *Inaequalis* eſt *tonſor*, qui tam prave capillum ſecat, ut ab una parte brevior ſit, ab altera longior : nec ideo culpatur, quod laevam partem *curtaverit* ; ſed quod pariter non curtaverit dextram. Nec vero ridiculum erat *curto capillo* incedere ; id enim erat hominum ſeveriorum : ſed ſola inaequalitas, cum tonſoris imperitia vel incuria crinis hinc quam inde promiſſior erat, riſu excipiebatur. Ergo *curtatus inaequali tonſore* plane ἀσύστατον eſt, & conjungit diſſociabilia. Revocanda igitur priſca lectio curatus *capillos* ; quae quid ſibi velit, primus ex recentioribus docuit acutiſſimus Gronovius pater. Nempe idem hic loci notat ac *tonſus*, *ſectus*. Petronius c. 107. *Voluerunt enim, antequam conſcenderent, exonorare capita moleſto & ſupervacuo* (capillorum) *ponderе : ſed celerior ventus diſtulit* curationis *propoſitum.* Vide ipſum Gronovium fuſius hoc enarrantem Obſervat. lib. I. c. 23. ut et Janum Broukhuſium ad Propertii III, 12. Julius quidem Rufinianus, inter Rhetoras Pithoei p. 32. *Curtatus* ex hoc loco exhibet. *Epiſtrophe eſt*, inquit, *cum in eadem verba plures ſententiae definunt ; ut Horatius,*

Si curtatus inaequali tonſore capillos
Occurri, rides. *Si forte ſubucula pexae*
Trita ſubeſt tunicae, rides.

Sed hoc nihil moror : cum vix dubitem, quin Pithoeus, non ad ſcripti exemplaris fidem hoc ediderit ; ſed ad vulgatas Horatii editiones refinxerit. Bentl.

Etſi *curatus* ſit Lectio plurium Codicum, magis tamen placuit *curtatus* propter Enargian. Mirum videtur Bentleium ſervaſſe *curatus*. Certe *inaequalis tonſor* magis *curtabit* quam *curabit* capillos. Curatio capillorum tonſoris opus eſt. Bax. Nec poteſt aliter hic peccari, niſi *curtatis capillis* quibuſdam magis quam opus erat. Sed cum hæc notio jam ſit *in inaequali tonſore*, *curatus* damnare non auſim. *Inaequali tonſore*, ut *exiguae togae textore* Epiſt. I, 19, 13. Ges.

Inaequali tonſore, *Hypallage*, *quia inaequaliter tondet.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

95 *Occurri*, Comica Enallage Temporis & Perſonæ ; nam Virgilium tangit. Vide Satyr. I, 3, 29. Bentleius prætulit *Occurro* ; ſed nihil tanti. Librarii frequenter permutant Tempora, fallente eorum memoria. Bax. Lubrica ſane fide neſcio quorum Scholiaſtarum nititur illud de Virgilio hic & Sat. I, 3, 29 reprehenſo. Auguſtum, Mæcenatem, Virgilium, interponunt ubi collibuit. Conqueritur Horatius, ſe in minutis rideri & reprehendi a magno amico ſuo, in majoribus non emendari. Ges.

Si forte ſubuc. pexæ Trita. ſi ſubucula mea trita eſt, tunica autem comta, elegans, mun-

Trita ſubeſt tunicæ, vel ſi toga diſſidet impar,
Rides: quid, mea cum pugnat ſententia ſecum?
Quod petiit, ſpernit; repetit quod nuper omiſit?
Æſtuat, et vitæ diſconvenit ordine toto?
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis?
Inſanire putas ſolennia me, neque rides,
Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati, rerum tutela mearum
~~Cum~~ ſis, et prave ſectum ſtomacheris ob unguem
De te pendentis, te reſpicientis amici.

Ad

da, atque ita veſtitus incedo, rides, qua ſi hoc cultus genus ineptum ſit, & indecorum propter inæqualitatem, & diſcrepantiam. pexum oppoſuit trito. pexæ veſtes, lanoſæ, villoſæque ſint neceſſe eſt, nempe tales, ut in eis neque ſtamen, neque ſubtemen appareat: & à pectendo, vel à pectine ſunt appellatæ: à quibus pexati, qui pexis veſtibus amictiſunt. Mart. 2, 58. *pexatus pulchre rides mea zoile trita.* unde pexitas, id eſt, ut ita dicam, villoſitas. Plin. lib. 11. cap. 24. *quam non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte ipſa per ſe tenax ratio tramæ?* LAM.

Subucula pexæ Trita ſubeſt tunicæ. Subucula viris feminiſque communis, inde dicta quod ſubtus geſtaretur. Nam, ut Varro apud Nonium, poſtquam duas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt vocare ſubuculam & induſium. TORR.

Mæcenatum in rebus ejuſmodi minutis diligentem fuiſſe, & ipſum in cultu & habitu mollem & delicatum, conſtat. Cf. Senec. Epiſt. 114. ZEUN.

Poſtquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt habere ſubuculam & induſium. Landinus ex Varrone. Erat enim tunica vel interior, vel exterior. BAX.

Pexæ, novæ, non tritæ. Torrentius. Lanoſæ, ſeu villoſæ. BAX.

97 *Quid, mea cum pugnat ſententia ſecum.* Tres Torrentiani, & noſtri aliquot, etiam ex optimis, MECUM. Sed recepta lectio eſt potior. Ovidius Metam. XV, 26.

Surgit Alemonides, tacitaque recentia mente
Viſa refert: pugnatque diu ſententia ſecum. BENTL.

98 *Omiſit*, neglexit, reliquit. BAX. Conf. Sat. 2, 3, 308 de iſta Horatii inconſtantia. GES.

99 *Æſtuat*, fluctuat. BAX.

Ordine, ratione. BAX.

101 *Solennia*, humaniter. BAX. Eſſe putas hunc morbum inveteratum, qui fruſtra tentetur: nec mihi proprium, ſed conſuetum & epidemium. GES.

102 *Furioſo dabatur Curator a Prætore.* Cruq. BAX.

103 *A prætore dati.* Prætoris erat furioſis, & mente captis curatores dare, ſi deeſſent agnati & gentiles. nam, ut ſcribit M. Tul. Tuſc. 3, 5. *qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant* XII. *tabulæ.* vide Cajum juriſconſ. in inſtitution. juris civilis. LAM.

Rerum tutela mearum; h. e. Patronus meus. Patronorum erat res clientium tutari. BAX.

104 *Pravæ, inæqualiter.* V. Sc. Cruq. BAX.

105 *De te pendentis*, h. e. Judicio tuo ſe metientis. BAX.

Iterum

Ad ſummam, ſapiens uno minor eſt Jove, dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum;
Præcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.

Homer.
108. Serm. II. 2. 76.

EPISTOLA II.

AD LOLLIUM.

Trojani belli ſcriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romæ, Præneſte relegi;

Qui,

Iterum Bentleius emendando Horatium ipſum, ſolius Heinſii autoritate niſus, edidit *ſuſpicientis* pro *reſpicientis*, acſi reſpectus ſemper eſſet minorum, nunquam majorum. Plinius nihilominus autor eſt 2, 5 *aliis nullum* eſſe *deorum reſpectum, aliis pudendum*. Bax. *Reſpicimus* ea, unde opem exſpectamus, non minus quam ea, quibus auxilium debemus. Nudum latus hic Johnſono præbuit Bentleius. Ges.

Amicus minor Cliens eſt, major Patronus. Bax.

106 Temperat ſeveritatem ſuperiorum ſententiarum irriſione Stoicorum ſimili illi, quæ eſt Sat. 1, 3 extr. Ges.

Ad ſummam; ut ſummatim intelligas totum quod velim: *ad ſummum*, denique eſt. Bax.

Imo ſi Senecæ credendum, *Vir bonus eſt Jove major*. Bax. Reſpicit, puto Epiſt. 53 extr. *Eſt aliquid, quo ſapiens antecedat deum: ille naturæ beneficio non timet, ſuo ſapiens*. Ges.

Hæc ex Lucilio tracta ſunt; nam ſic ille, *Nondum etiam hæc omnia habebit*; *Formoſus, dives, liber, Rex ſolu' vocetur*. Bax.

107 *Honoratus*, nobilis, honorabilis. Bax.

108 *Sanus* Dilogως modo ponitur, de animo & corpore. Bax.

Pituita moleſta eſt; tuſſit enim interdum. Et ſenes & atrabiliarii vexantur tuſſi. Suavi riſu ſeria diluit, quo gratificetur Mæcenati Epicureo. Bax. In oculis ſedem quaſi propriam & in naſo habet pituita, & ſenſum utrumque obtundit. Hinc κοχυζῶντες, hebetes, Ges.

Argumentum. Moralem Philoſophiam commodius tractari ab Homero quam Philoſophis. (A v. 32 lanx ſatura præceptorum vivendi. Ges.)

1 *Lollius* iſte erat moderator juventæ Cajo Cæſari, ut ſupra oſtendimus. Bax. Reſpicit ad Od. 9, lib. 4. Verum hic agit cum filio illius Lollii natu *maximo*: neque enim elogium hic eſſe poteſt *maximus*; & cognomen in ea gente non ſatis probatur ex Inſcr. Grut. p. 638, 2. Agi cum adoloſcentulo, ſatis apparet ex v. 68. Ad eundem ſcripta Epiſtola hujus libri 18: frater illius ibi commemoratur v. 63 cujus reſpectu hic *maximus* vocari potuit. Ges.

Declamas; h. e. animi gratia Rhetoricæ Scholæ operam das: erat enim & adoleſcens & nobilis. Bax.

Qui, quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Planius ac melius Chyſippo et Crantore dicit.
Cur ita crediderim, niſi quid te detinet, audi.
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Græcia Barbariæ lento colliſa duello,
Stultorum regum et populorum continet æſtus.
Antenor

4 Planius *etiam G. Z. Med.* 1477 & 1486. *Marcil. Bentl. Cun. San. Sandb.* Plenius *Mſſ. Mus. Br. A. B. D. F. G.* 5 deſtinet *MSS. ap. Lambi. & G. Forte voluere* diſtinet. diſtinet *Mſ. Mus. Br. A.* 7 Commiſſa *Mſ. Mus. Br. F.*

3 *Quid ſit pulchrum*, τὸ καλὸν, vel honeſtum. Quatuor iſta loca minus ad Rhetoricam quam ad Philoſophiam pertinent. Vult enim ſignificare Homerum etiam civilis vitæ uſum tradere. Bax.

4 Mire *Plenius*, cum *Chryſippus* Stoicus ſupra ſeptingenta volumina conſcripſerit, *Crantor* autem Academicus ad triginta millia verſuum, autore Laërtio. Pro *Plenius* doctiſſimus Bentleius autoritate multorum Codicum repoſuit *Planius* in ſua Editione Horatii. Neſcio quomodo tamen *Plenius* nobis probabilior videtur Lectio: Certe *Plenius* magis ad materiam referri videtur, & *melius* ad ſtilum. Neque ſane potuere tanti Scriptores non planiſſime ſcribere tam grandibus voluminibus. Bax. *Planior*, apertiorque via docendi per exempla & imagines, *plenius* docent philoſophi, qui totis libris agant, quod poetæ ſub exemplis &c. Ges.

Melius, luculentius. Bax.

Chryſippo & Crantore. Ille porticum Stoïcorum fulcire creditus eſt: hic inter veteres Academiæ principes enumeratur à M. Tullio lib. v. 3. de Finibus. At Horatius jam ſenior horum præcipue Philoſophiam ſequutus eſt. Crantoris autem præſtantiam, quod de eo in Academicis quæſtionibus ſcribitur, oſtendit. *Legimus omnes*, inquit Cicero, Lucul, 44. *Crantoris veteris Academici de luctu. eſt enim non magnus, verum aureolus, & (ut Tuberoni Panætius præcipit) ad verbum ediſcendus libellus.* idemque, ni fallor, opus Tuſc. 1, 47. *Crantoris conſolatio* appellatur. Nam & Plinius in Præfatione Hiſtoriæ naturalis ad Titum Cæſarem Ciceronem in Conſolatione filiæ Crantorem ſecutum ait: & Laërtius librum περὶ πένθους, ſive *De luctu*, ut præcipuum illius philoſophi opus commendat, non taciturus ſi alterum ſcripſiſſet *De conſolatione.* Hieronymus Epitaphio Nepotiani ad Heliodorum Epiſc. *Legimus Crantorem, cujus volumen ad conſovendum dolorem ſuum ſecutus eſt Cicero*, &c. Torr.

5 *Detinet.* Libri noſtri omnes *deſtinet* vel *diſtinet.* adſcriptumque in uno, *Diſtineo, ideſt, occupo vel ſeparo. Diſtinet* ergo reſtituendum puto, vocabulum Ciceroni frequens: unde *diſtentus* & *diſtentiſſimus.* In Epiſt. 5, 27. tamen ad Torquatum ſine ulla mutatione legitur:

Et niſi cœna prior potiorque puella Sabinum
Detinet.——— Torr.

6 Fabula, *Ilias.* Bax.

7 *Græcia Barbariæ*; forſan Ennianus eſt verſus: nam *Barbaria* veteribus Poetis pro Phrygia erat. Bax.

Lento col. duello. Bene *lento, decimum quod diſtulit Hector in annum. Duellum* autem veteres dicebant, quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicaretur. Torr.

8 *Æſtus.* in quibuſdam lib. ſcriptis legitur *æſtum.* ſed parum refert. Lam.

Æſtus; dementes iras. Bax.

Perturbatio omnis & inconſtantia, fluctibus & æſtu maris ſimilis, notari videtur. Ges.

9 Vid.

Antenor cenſet belli præcidere cauſam.
Quid Paris? ut ſalvus regnet, vivatque beatus,
Cogi poſſe negat. Neſtor componere lites
Inter Peliden feſtinat et inter Atriden:

Hunc

10 Quod *etiam Sax. Cun. San.*

9 Vid. Il. H, 347. Ges.

Præcidere cauſam; Helena & rebus redditis. Verbum medicum eſt. Bax.

10 *Quid Paris? ut ſalvus regnet.* Expendamus paullisper locum integrum:

Antenor cenſet belli praecidere cauſſam.
Quid Paris? ut ſalvus regnet vivatque beatus,
Cogi poſſe negat.

Ubi primum interrogatio illa *Quid Paris?* coactum quid & affectatum prae ſe fert: illa vero ſequentia,

Negat poſſe cogi, ut ſalvus regnet, vivatque beatus,

abſurda plane ſunt & naturae repugnantia. Non enim vi opus eſt, ut ſalvus quis & beatus velit vivere: ſponte ſiquidem & motu animi voluntario ad beatitatem ferimur, ipſa nos Natura ducente & docente:

Οὐδεὶς ἑκὼν πόνηρος, ἀδ' ἄκων μάκαρ.

Non ſum neſcius ſudare hic interpretes, & omnem lapidem vertere, ut alium ſenſum ex his verbis extorqueant; qualem ſcilicet vis ipſa ſententiae monſtrare videbatur. Sed fruſtra: pugnat enim conſtructio, & *cogi poſſe negat*, *ut* aliud quicquam dicat, quam quod modo memoravimus. Utinam exemplaria ſua ſcripta diligentius paullo excuſſiſſent, potius quam in corrupta lectione explicanda laborem inanem ſumerent. Noſtri enim libri veterrimi, Graevianus, Reginenſis, Leidenſis, Voſſianus, Colbertinus, Regius, & unus e Collegio Sanctae Trinitatis QUOD clare exhibent, non QUID. Sic igitur locum reſtitue & interpunge:

Antenor cenſet belli praecidere cauſſam:
QUOD *Paris, ut ſalvus regnet vivatque beatus,*
Cogi poſſe negat.

Omnia jam clara & perſpicua. *Quod* (ut *belli* ſcilicet *cauſſam praecidat*, & Helenam ſuis reddat) *negat ſe poſſe* ulla mercede *cogi* aut induci; etiam *ut ſalvus regnet vivatque beatus:* quippe ipſa vita & ſalute cariorem ducit Helenam. *Quod cogi*, ut *Quae nunc condonabitur*, accuſativus cum paſſivo; ut vel pueri probe norunt. *Negat poſſe*; hoc eſt plene, *negat ſe poſſe:* ut

Ait fuiſſe navium celerrimus.

Virgil. Georg. II, 234.

Sin in ſua poſſe negabunt *Ire loca.* Bentl.

Bentleius edidit *Quod Paris*, pro *Quid*, autoritate quorundam Librorum, quibus equidem nequeo fidem habere, quod Horatiano careant ſpiritu. Bax. Recte ſane. Corrumpitur vigor ille carminis conſiliis & medicina virorum doctorum. Non vult Poeta, totidem verbis dixiſſe Paridem, *ſe cogi non poſſe ut ſalvus regnet*, &c. Verum hoc, ita ſe geſſiſſe rebus ipſis, quaſi hoc verbis profiteretur. Ita noſtri ad recuſantem bona conſilia, *ſi tu vis inſanire*, &c. Ges.

Ut ſalvus regnet, Sunt qui legendum eſſe contendant *ut ſolus regnet*, eo ſenſu, ut ſi vel ſoli Paridi regnum Aſiæ deferretur, ne tali quidem conditione Helenam dimitteret. Verum libri noſtri Mſs. omnes receptam ſcripturam ſervant; & *regnare* hic, ni fallor, non tam imperare ſignificat, quam feliciter agere: Ut, Epiſt. 1, 10,8.

——*Vivo & regno, ſimul iſta reliqui.*

Eſt enim hîc inſignis ſtultitiæ exemplum Paris. Torr.

Ut *ſalvus regnet*; Ironia, ad oſtendendam Paridis dementiam. Bax.

11 *Componere*, ſedare. Bax.

12 *Feſtinat*; ſtudet, geſtit. Bax. Vid. Il. A, 247. Ges.

13 *Hunc*

Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.
Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine et ira,
Iliacos intra muros peccatur, et extra.
Rurſus, quid virtus et quid ſapientia poſſit,
Utile propoſuit nobis exemplar Ulyſſem;
Qui domitor Trojæ, multorum providus urbes
Et mores hominum inſpexit; latumque per æquor,
Dum ſibi, dum ſociis reditum parat, aſpera multa
Pertulit, adverſis rerum immerſabilis undis.
Sirenum voces et Circæ pocula nôſti;
Quæ ſi cum ſociis ſtultus cupiduſque bibiſſet,
Sub domina meretrice fuiſſet turpis et excors,
Vixiſſet

16 inter *Mſ. Mus. Br. F.* 17 Rurſus *omnes præter unum MS. Bentl.* 23 novit *Med.* 1477.

13 *Hunc amor*; Achillem Briſeidis amor. Bax.

Urit, incitat. Bax.

14 Heſiodi eſt (Op. 260.) Ὄφρ' ἀποτίσῃ δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων. Cruquius. Bax.

Plectuntur. ejus luunt pœnas. ſupra Od. 1, 28, 27, *Venuſinæ plectantur ſilvæ*. Lam.

15 *Seditio* eſt a *ſe* & *itio*, Διχοστασία. Bax.

Scelere, ſævitia. Bax. Violata pietate in deos vel homines. Ges.

17 *Rurſus*, in Odyſſeide. Bentleio ſuavius videtur *Rurſum* quam *Rurſus*. Non eſt noſtrum tantas decidere lites. Neque enim habemus tam eruditam aurem. Bax. Sibilus & ὁμοιοτέλευτον evitatur, ſi legas *rurſum*. Ges.

19 *Domitor*, h. e. Poſtquam eſſet domitor. Bax.

Multorum providus urbes: *Homerus* (Odyſſ. pr.): Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω. Vet. Schol. Sic in Arte Poetica 142; *Qui mores hominum multorum vidit & urbes*. Bax.

21 *Aſpera*; gravia, dura. Bax.

22 *Immerſabilis*, in animo habuit illud Pindari [Pyth. 2, 145] ἀβάπτιστός εἰμι φελλὸς ὡς. Cruquius. Bax.

23 *Voces*, cantus, Sirenes mònſtroſæ erant volucres, ut & Harpyiæ & ad Magicam pertinebant. Dicuntur autem Σειρῆνες a Σειρὰ, catena. etiam Hebræis שיר, & catena eſt & cantus, ab שׂרה *nexit*. Bax.

Caper Grammaticus autor eſt Horatium ſemper dixiſſe Circa. Torrentius. Bax.

24 *Cupidus*, intemperans. Bax.

25 *Fuiſſet*, manſiſſet, Bax.

26 *Amica luto ſus*. Homerus ibid. σύας appellat χαμαιδυνάδας, id eſt, humi cubantes, ſic

Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.
Nos numerus ſumus, et fruges conſumere nati,
Sponſi Penelopæ, nebulones, Alcinoique [1]
In cute curanda plus æquo operata juventus;
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, et
Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.

[1] Hinc Phæax - Ep. I. 2. 24.

Ut

31 ceſſatum *omnes, niſi quod* ceſſantum *Flor.* 1482. *quod Landinus reddit* otioſorum. ceſſanti *coni Cun.* 32—63 *poſt Epiſt.* 1, 51 *collocari vult Da Heinſ.*

ſic immundos ſues appellat Virg. Georg. 1. 400: id eſt, ut interpretatur Servius, luto gaudentes: & profert hunc locum Horatii. Lam.

27 *Numerus ſumus*, i. e. *quos fama obſcura redit. Eos qui abſunt ſtudio Philoſophiæ, ait numerum tantummodo explere hominum.* Vet. Schol. Bax. Non puto ita ſevere hic philoſophari poetam, ſed ſuam potius & aliorum otioſorum vitam ſic deridere. Ges.

28 Feſtiva Ironia *Sponſos* dicit procos; erant enim voto ſponſi. Bax.

Nebulones, prodigi, qui nihil habent penſi, a νὴ & βυλὴ, ut ait Donatus. Bax. Alcinoi Phæacum regis aula ita deſcribitur ab Homero, ut nihil ſerium ibi egerint homines, ſed in menſæ & ludorum voluptatibus tempus omne conſumſerint. Ges.

29 *In cute curanda*; pretioſis ſcilicet unguentis & balneis, quod quotidie factum eſt a Veteribus ante cœnam: qua re intelligitur etiam cœnandi luxuria. Bax.

Operata, operam inſumens; vox iſta propria eſt convivatorum & ſacrificia parantium. Bax.

31 *Ad ſtrepitum citharae ceſſatum ducere curam.* Miror eos, qui hoc eleganter dictum exiſtimant, ut nihil ſupra. Mihi contra nec dictio placet, nec ſententia. Scio equidem *Ceſſare* eſſe ludo, amori & genio indulgere: ut Noſter alibi *Ceſſare & ludere, Nequam & ceſſator.* Eſto: ſed an ipſa cura ducetur ceſſatum? an Cura otiabitur, ludet, vino, & epulis ſe invitabit? Apage tam pravum & putidum ſchema. Non amplius Cura fuerit, ſi hoc fecerit. Quis Somnum ad Pervigilia invitaverit? quis Inertiam ad certamen Olympicum? Alius poëta dixiſſet, *Lenire, laxare, ſolari curam ad ſtrepitum citharae:* nemo, opinor, id, quod hic Horatio adfingitur. Sed ut ignoſcamus locutioni, quis ipſam ſententiam vindicaverit? Nam luxurioſi hi nebulones, otio & vino marcentes, quid Cura ſit, neſciebant: unde ergo illis Curam, quam ceſſatum ducerent? Illud praeterea vide; quaecunque de illis memorat, in vitio & vituperio eſſe: *ſic in medios dies dormire, in cute curanda* totam operam ponere. Cur igitur addit, quaſi grave crimen fuerit, *ad citharam curas lenire?* Hoc utique & honeſtorum hominum & laborioſorum eſt: neque ſolis nebulonibus conceſſum. Quoties hoc profitetur ipſe de ſe & ſuis? ut Carm. IV, 11. 34, sqq.

condiſce modos, amanda
Voce quos reddas: minuentur atrae
Carmine curae.

& Epod. IX. 37.

Curam *metumque Caeſaris rerum juvat*
Dulci Lyaeo ſolvere.

Jure ergo diſplicet recepta lectio: & potius omnia tentanda ſunt, quam ut Horatii nomen & famam periclitari hic ſinamus. Joſephus Scaliger, Princeps Literatorum, ſic locum reſinxit,

Ad

Ut jugulent hominem, ſurgunt de nocte latrones;

Ut

32 hominem *Bentl. ex pluribus MSS. & eviſatur ſic ingratum Hemœoteleuton.* Homines *Mſs. Mus. Br. B. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Ad ſtrepitum citharae CESSATAM *ducere curam:* quae conjectura, licet Dan. Heinſio diſplicere non potuit, mihi quidem parum placet. Nam praeterquam, quod iiſdem, quibus recepta lectio, difficultatibus laborat, etiam illud inſuper vitii habet; quod cura, quae jam *ceſſata* eſt, *duci* ad citharam non poteſt. Videtur ſane locus jam a multis ſaeculis mendo inquinatus eſſe, & a librariis interpolatus. Blandinii enim quattuor apud Cruquium, notae optimae, SOMNUM praeferunt, non CURAM. Graevianus Noſter veterrimus CURAM quidem in verſu habet, ſed in margine ab eadem manu SOMNUM pro varia lectione. Magdalenenſis nunc quidem CURAM; verum aliud quid olim praeferebat, ut ex raſura conſtat. Suſpicari quis poſſit NOCTEM illic a prima manu fuiſſe; ut Serm. II, 7. v. 114.

Jam vino quaerens, jam ſomno fallere curam,

Codex vetus Pulmanni, *fallere noctem.* Unde ſtatim non magna mutatione conjectura naſcitur non inelegans;

Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
Ad ſtrepitum citharae CERTATIM *ducere* NOCTEM.

Vides concinnam oppoſitionem, *in medios dies dormire, & totas noctes vigilare.* Ceterum *ducere noctem* frequentiſſima Poëtis dictio eſt; *certatim* autem & ad vulgatum quam proxime accedit, & ſententiae apprime convenit. Statius Theb. II, 73.

Tyriis ea cauſſa colonis
Inſomnem ludo CERTATIM EDUCERE NOCTEM
Suaſerat.

Virg. Aen. IX, 166.

noctem *cuſtodia* ducit
Inſomnem ludo.

Georg. III, 379.

Hi noctem *ludo* ducunt.

Sil. Ital. XI. 411.

Aut noſtro vigiles ducat *ſub numine* noctes.

Martial. II, 89.

Quod nimio gaudes noctem producere *vino.*

Val. Flaccus I, 251.

Dulcibus adloquiis & vino educite noctem.

I, 277.

Thracius hic noctem *dulci* teſtudine *vates*
Extrahit.

Seneca Thyeſte v. 466.

nec ſomno dies,
Baccheque nox ducenda *pervigili datur.*

Ubi perperam ex Etruſco codice, cetera praeſtantiſſimo, Gronovius pater reponit, *Nox jungenda.* Quid enim clarius ceterorum codicum lectione? *dies ſomno ducitur, nox contra pervigili Baccho*; plane, ut hic Horatius, ſi hanc conjecturam admittis. Utcumque tamen blandiatur; cave ſodes, fidem habeas: nullo enim pacto cum ſequente verſu aptari poteſt,

Ut jugulent hominem ſurgunt de nocte *latrones.*

Certe *noctem* & mox *nocte* repetitio foret odioſa; &, quod majus eſt, *niſi Somnum* hinc potius, quam *Pervigilium* expreſſeris, illud *Ut jugulent* &c. plane ex abrupto inchoabitur, neque ad praecedentia quidquam ſpectabit. Quamobrem, aut omnia me fallunt, aut antiquorum codicum lectio, ſi levi mutatione adjuvetur, omne punctum tollet;

Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
Ad ſtrepitum citharae CESSANTEM *ducere*
SOMNUM.

Ceſſantem reponimus loco *ceſſatum*; Nam Editio Loſcheriana, & Veneta 1490 & Chriſt. Laudinus CESSANTUM habent. quod exponunt *Otioſorum. Ceſſantem ſomnum ducere* perinde erit, ac *tardantem, morantem allicere, invitare.* Noſter Carm. III. 28, 7,

Parcis deripere horreo
Ceſſantem *Bibuli conſulis amphoram.*

Virg. Georg. IV. 138.

Aeſtatem increpitans ſeram, zephyroſque morantes.

Ducere autem *ſomnos*, etſi frequenter apud Poëtas pro *dormire* accipitur, ut in illo,

Nate

Ut teipſum ſerves, non expergiſceris? atqui
Si noles ſanus, curres hydropicus: et ni
Poſces ante diem librum cum lumine, ſi non
Intendes animum ſtudiis, et rebus honeſtis;
Invidia vel amore vigil torquebere. Nam cur,

Quæ

33 Atque *Mſs. Mus. Br. A. C. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 34 nolis—cures *plures MSS.* cures *etiam primæ editt. Sed* noles *MSS. apud Lambi. & Mſs. Mus. Br. A. B. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br. Ex* nolis non is *coni. Da. Heinſ.*

Nate dea, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? interdum tamen & pro *ſomnum facere*, ut hic, ponitur. Noſter Epod. XIV, 3.

Pocula Lethaeos ut ſi ducentia ſomnos
Arente fauce traxerim.

Seneca Herc. Oetaeo v. 645.

Ceſpes Tyrio mollior oſtro
Solet impavidos ducere ſomnos.

Jam autem *ad ſtrepitum citharae* conciliari poſſe ſomnum res vulgatiſſime eſt; unde Noſter, de Tyrannorum miſeria loquens, Carm. III, 1, 21.

Non avium citharaeque cantus
Somnum reducent.

Seneca de Providentia c. III. *Feliciorem ergo tu Maecenatem putas? cui amoribus anxio & moroſae uxoris quotidiana repudia deflenti* ſomnus per ſymphoniarum cantum *ex longinquo lene reſonantium quaeritur.* (Acron ad locum, *Ad ſtrepitum) Quia adhibemus ſonitum citharae ac lyrae, ut facilius ſopiamur.* Apparet, credo, hunc Scholiaſten in exemplari ſuo SOMNUM repperiſſe. Hoc itaque in nebulonibus illis culpat auctor, Quod in medios uſque dies ſomnum protraherent; quin & fugientem citharae cantu revocarent. Unde capta occaſione, tranſit ad praecepta quaedam contra Ignaviam & Deſidiam tradenda,

Ut jugulent hominem ſurgunt de nocte latrones:
Ut te ipſum ſerves, non expergiſceris? &c.
BENTL.

Strepitum citharaeæ. Sic lib. IIII. Od. III, 18.

O teſtudinis aureæ
Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas.

ibi vide. *Ceſſatum* quoque habent omnia noſtra exemplaria; non *ceſſantem*, ut quidam legunt. TORR.

Ceſſatum; eſt Infinitivus a Futuro. Vet. Schol. *Et ſcite ceſſatum tanquam feriatum.* Rutgerſius. Bentleius poſuit neſcio quibus modis, ex diverſis Chartis & Libris *ceſſantem ducere ſomnum*, quod nil opus eſt refellere, cum provenerit ex ignoratione Exſcriptoris, qui interpretari voluit quod non intellexerat. BAX. Placet in primis, quod Rutgerſius monet, Belgas ſimiliter dicere, *Syn Sorge ſpelen leiden.* Si qua cura in animo forte oboriatur, illam *ceſſatum ducunt ad citharæ ſtrepitum*, i. cantu illo & oblectatione ſopitum eunt: ut dicimur curas *ventis tradere portandas in mare* Car. I, 26 pr. GES.

32 *Ut jugulent hom. Hominem* habent libb. IIII. meliores. TORR.

Hinc incipit poeta adtexere præcepta alia Lollio juveni profutura, per ſatyram, ut ſolet. Heinſiana tranſpoſitio fundamento idoneo deſtituitur. GES.

33 *Teipſum ſerves*, h. e. animi tui rectum ſenſum. BAX.

34 Hydropis cura ap. Celſ. 3, 21. *Multum ambulandum, currendum aliquando.* Ceterum ſimilitudine tantum hydropis utitur omiſſis, ut ſolet, comparandi particulis. Diſputat enim in genere contra deſidiam. Cf. v. 42. it. I, 3, 19. GES.

Hydropicus; ſiticuloſus, avarus: *Curres*, properabis. BAX.

37 *Vigil*, quia non poteris dormire. BAX.

Nam cur, ex abrupto intulit: eſt enim Anacoluthon. Quatuor Torrentii Codices lege-

Quæ lædunt oculum, festinas demere; si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui cœpit, habet: sapere aude;
Incipe: qui recte vivendi prorogat horam,
Rusticus exspectat dum defluat amnis; at ille
Labitur, et labetur in omne volubilis ævum.
Quæritur argentum, puerisque beata creandis
Uxor, et incultæ pacantur vomere silvæ.

Quod

38 oculum *probat Bentl.* oculos *al. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 41 annum *pro* horam *F. & Med.* 1486. *& Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Vivendi qui recte *Mss. Mus. Br. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg.*

runt *oculum* pro *oculos*. Bax. *Nam cur* idem est, quod *cur nam:* non habet respectum ad superiora; sed est inceptivum, ut loquuntur Grammatici. Ges.

38 *Lædunt oculos*. *Oculum* legitur in melioribus quatuor manuscriptis. Torr.

Si quid est animum. Nonnulli codices *si quod* habent. utraque lectio idonea est. *Esse* autem *animum* dixit, pro absumere ac tabefacere. ut Virg. Aeneid, IV, 66.

——*Est mollis flamma medullas.*

& ita loquuntur etiam Græci. Torr.

39 *Est ἐυθὺς*. Bax. Homerica formula II. Z, 203 ὃν θυμὸν κατέδων, quod Cic. Tusc. 3 c. 26. reddit, *Ipse suum cor edens*. Ges.

40 *Dimid. facti, qui cœpit*, &c. Hesiod Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντὸς. id est, principium autem dimidium totius. Plato lib. de rep. secundo, εἰκονῦ οἶδα ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον ἄλλως τε καὶ νέῳ, καὶ ἁπαλῷ ὁτωνοῦ, id est, scis ne igitur principium cujusque operis maximum quiddam esse, præsertim & inveni, & cuivis, qui tener sit, & flexibilis? & Aristot. lib. 1. de morib. ad Nicom. δοκεῖ οὖν πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχὴ: id est, videtur igitur principium plus esse, quam dimidium totius. Lam.

Dimidium facti; de Proverbio Græco est, Ἀρχὴ ἥμισυ παντὸς, ut post Erasmum Lambinus monuit. Bax.

Aude, audacter experire. Bax.

41 *Incipe vivendi recte qui prorogat horam*. Codices plerique alio ordine,

Incipe. Vivendi qui recte *prorogat horam*. Sed in hac lectione ambiguum est, utrum *recte vivendi* velit, an *recte prorogat*. In aliis quibusdam sic habetur; *vivendi recte qui*. Simplicissimum videtur, quod in vetusto Codice Pulmanni, in Bersmanni altero, & in Petrensi & Regiae Societatis extat,

Incipe. qui recti vivendi *prorogat horam*. Sic enim alibi Noster solet praeponere: ut Epist. I, 16, 17.

Tu recte vivis, *si curas esse quod audis*. & I, 6, 56. *Si bene qui cenat*, bene vivit. I, 11, 29. *Navibus atque Quadrigis petimus* bene vivere. I, 15, 45. *Vos sapere & solos aio* bene vivere. I, 6, 29. *Vis* recte vivere? *quis non?* Serm. I, 4. 109. *Nonne vides, Albi ut* male vivat *filius?* Carm. II, 10, 1. Rectius vives, *Licini*. Bentl.

Recte qui —— Cun.

Recte, vere, ad Philosophicam normam. Bax.

Horam, tempus. Bax.

42 *Rusticus*, h. e. ut rusticus ille de quo Fabula; qui noluit transire flumen, donec tota defluueret aqua. Bax. Omittit & hic comparandi particulas, ut modo monuimus ad v. 34. Ges.

44 *Beata*. & dives & bene nata. Bax.

45 *Pacantur*, mitescunt. Bax.

46 *Opteh*

Quod ſatis eſt cui contigit, hic nihil amplius optet.
Non domus et fundus, non æris acervus et auri
Ægroto domini deduxit corpore febres,
Non animo curas. Valeat poſſeſſor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti.
Qui cupit aut metuit, juvat illum ſic domus, et res,
Ut lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,
Auriculas citharæ collecta ſorde dolentes.
Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis aceſcit.
Sperne voluptates: nocet emta dolore voluptas.
Semper avarus eget: certum voto pete finem.
Invidus alterius macreſcit rebus opimis:
Invidia Siculi non invenere tyranni
Majus tormentum. Qui non moderabitur iræ,
Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit et mens,

Dum

46 contingit, nihil *MSS. Mſs. Mus. A. F. G. & primæ edit.* 48 febrem *Mſ. Mus. Br. C.* 52 podagram *omnes.*

46 *Optet*, a diis petat. *Nil ergo optabunt homines?* Juvenalis x, 346. Bax.

48 *Deduxit corpore febres*, Parodia Lucretiana eſt: nam ille [2, 34] *Decedunt corpore febres.* Hoc advertit Henricus Stephanus. Bax.

50 *Comportatis*, coacervatis, Metaphora a formica. Bax.

Bene cogitat uti, Helleniſmus, μέλλει εὖ χρᾶσθαι. Bax.

51 Cum Lambini & Cruquii Codicibus repoſui & *res* pro eo quod erat *aut res*. Bax.

52 *Ut Lippum*; de ſeipſo cogitavit. Bax. *Tabulæ pictæ*. Cun.

Fomenta videntur levare podagram, revera irritant. Bax.

Puto Bentleium recte ex conjectura poſuiſſe *podagrum* pro *podagram*, quo conveniret voci *lippum*: Nam & pronus eſt lapſus in voce minus nota, qualis eſt *podager* pro *podagricus*. Bax.

54 *Sincerum*, purum vitio, quaſi *ſine querela*, & ἄμωμον. Bax.

56 *Finem*, modulum & limitem. Bax.

57 Bene *macreſcit*, nam *opimum* pingue eſt. Bax.

58 *Siculi tyranni*, de Phalaridis Tauro cogitavit. Bax.

59 *Moderari* eſt modum ponere. Bax.

60 *Ac* mens. Cun.

Mens obſtinata voluntas dicitur, & propoſiti violentia, dolor autem indignatio. Bax.

Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.
Ira furor brevis eſt: animum rege: qui, niſi paret,
Imperat: hunc frænis, hunc tu compeſce catena.
Fingit equum tenera docilem cervice magiſter
Ire viam qua monſtret eques. Venaticus, ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula,
Militat in ſilvis catulus. Nunc adbibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.

Quo

61 dum vim *Bof.* 63 catenis, *Mſs. Mus. Br. B. F. G.* 65 quam *Mſs. Mus. Br. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

61 *Odio inulto* Dativum eſt. Bax.

62 *Animum*, ſpiritum. Bax.

63 *Frænis; fertur homo quatuor perturbationibus ut equis indomitis.* Cruquius ex Platone. Bax.

65 *Ire viam.* Sic loquebantur veteres. Cic. pro Murena: *Ite viam: Præſto aderat ſapiens ille, qui ire viam doceret.* Sic enim legendum, non, ut vulgo *inite viam*, neque *inire viam.* Lam.

Ire viam quam monſtrat eques. Et huic quoque loco multum elegantiae deperiit, negligentia interpretum; qui cum in pluribus codicibus QUA & MONSTRET inveniſſent, receptam tamen priorum editionum lectionem ſollicitare vel veriti ſunt vel obliti. Sane & nos in Petrenſi QUA offendimus, *Monſtret* in pluribus eiſque optimis, Reginenſi, Graeviano, Voſſiano & aliis: quae ſine dubio vera lectio eſt:

Fingit equum tenera docilem cervice magiſter
Ire, viam QUA *monſtret eques.*

Sic diſtingue; ut non ſit *ire viam* (etſi Virg. Aen. vi, 122. *Itque reditque viam toties)* ſed *viam monſtret.* Ennius apud Cicer. Offic. I, 16.

Homo, qui erranti comiter monſtrat viam.

Et ipſe Cicero, Off. III, 13. *Quid enim eſt aliud erranti* viam *non* monſtrare.

Ovid. Triſt. III, 1, 22.

Qui mihi monſtraret *vix fuit unus* iter.

Qua autem lege; ut Virgil. Aen. I, 422.

Corripuere viam interea, qua *ſemita* monſtrat.

Varius apud Macrob. Sat. VI, 2. itidem de *Equo:*

Quem non ille finit lentae moderator habence
Qua velit ire; *ſed anguſto prius orbe coërcens.*
Inſultare docet campis fingitque morando.

Utrumque denique & *Qua* & *Monſtret*, ut Livius XXXII, 11. *Pedites jubet,* QUA *dux* MONSTRARET VIAM IRE. Bentl.

Pro *quam* repoſui *qua* ex MSS. Torrentii ſex, & duobus Cruquii. Bax.

66 *Pellem latravit.* Ita loquitur Epod. v.

Senem, quod omnes rideant, adulterum
Latrent ſuburanæ canes.

aliquid Turnebus lib. XXVI. c. XXVII. Torr.

67 *Nunc adbibe*, vitioſa eſt eorum codicum ſcriptura, qui habent *adhibe.* eſt enim legendum *adbibe:* quo verbo & Terent. utitur in Heaut. II, 1, 8. *Ubi mihi adbibit plus paullo, ſua quæ narrat facinora?* tralatio eſt ab animantibus ſitientibus, & ſitim explentibus. adbibe enim, hoc eſt, attende, audi, & celeriter percipe. Lam.

Puro, ſincero, tanquam de vaſe. Bax.

68 *Puer*, h. e. dum puer es. *Ad Lollium ſcribit adoloſcentem Oratorem.* Vet. Schol. Bax. *Adbibe* avide & ſæpe bibe. V. Car. 2, 13, 32. Ges.

Melioribus

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſta diu. Quod ſi ceſſas, aut ſtrenuus anteis,
Nec tardum operior, nec præcedentibus inſto.

EPISTOLA III.

AD JULIUM FLORUM.

Juli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Auguſti privignus, ſcire laboro.
Thracane vos, Hebruſque nivali compede vinctus,
An freta vicinas inter currentia turres,

turres

An

1 Luci *coni. Marc.*

Melioribus offer; doctioribus excolendum. BAX.

70 *Teſta*; cadus vel amphora. BAX.

Ceſſas; tradior es & negligentior. BAX.

71 *Nec inſto*; vere philoſophantibus abeſt æmulatio. BAX. Credo, ut ſuſpicionem omnem a ſe removeat, quaſi ſuam rem agat, hoc adere Horatium. Quidquid tu egeris, viam ego meam perſequar nec tardius tua alteriuſve cujuſcunque cauſa, nec celerius. GES.

ARGUMENTUM. Perquirit de Tiberio & comitibus in Oriente hoc tempore militantibus.

1 Tiberius Claudius Nero Liviæ filius anno V. C. 734 ab Auguſto miſſus ad Orientem regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, recepit etiam ſigna, quæ M. Craſſo ademerant Parthi. Sueton. Tib. c. 9. ZEUN.

Julius Florus fuit in Cohorte i. e. inter Comites Tiberii Neronis, qui ab Auguſto imperium accepit. Vet Schol. Cruq. *Hic Florus fuit Satyrarum Scriptor, cujus ſunt Electæ ex Ennio, Lucilio, Varrone.* Alter Schol. BAX.

Oræ ſunt extremæ partes terrarum, id eſt, maritimæ. Cruquius ex Feſto. BAX.

2 *Laboro*, geſtio. BAX.

3 *Thracane, Græce portulit:* Θρῄκη V. Sch. Cruq.. BAX.

Per Macedoniam Thraciamque exercitum ductum eſſe, tradit quoque Suetonius Tib. cap. 14. ZEUN.

Mire *nivali compede* de Hebro tanquam Deo: an cogitavit de Xerxe, (Juvenal 10, 182) *Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigæum?* BAX. Ad glaciem referendum videtur. GES.

4 *An freta*; Helleſpontum dicit. BAX.

Turres, Seſton & Abydon. Vet. Sch. Bentleius ex conjectura poſuit *terras*, quod minus probaverim: ille non putavit & *Seſti* & *Abydi* fuiſſe turrem. Poetæ non fuerat iſta diſquirere,

An pingues Asiæ campi colleſque morantur?
Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit? Hæc quoque curo;
Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit?
Bella quis et paces longum diffundit in ævum?
Quid Titius, Romana brevi venturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus,

Faſtidire

5 Morentur *Mſs. Mus. Br. B. F.*

quirere, ſed Geographi vel Hiſtorici. Bax. Certe etiam Abydos urbs munita. Vet. Sch. Cruq. *Turres* pro urbibus Helleſponti poſuit. Bax.

5 *Morantur*, oblectant, amore ſui, captos diſcedere vetant. Bax. Perſequitur iter Tiberii eo ordine, quo illud inſtitui debuit. Bax.

6 *Studioſa cohors.* Cohortum Amicorum Tiberii ſignificat. qua de re in Epiſt. 1, 8, 2. Sqq.

——Comiti ſcribæque Neronis.

Et cum eidem Septimium commendat:

Scribe tui gregis hunc.——

Torr.

Quid ſtudiiſa cohors. Editiones principes ſic dederunt,

Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit? HAEC *quoque curo.*

Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit? &c.

Unde per omnes ſequentes ea lectio propagata eſt. Atqui, quod in ſuis Pulmannus & Berſmannus (ceteri enim animum non adverterunt) ego etiam in meis omnibus reperi;

——HOC quoque curo.

Rectiſſime: quippe ad unam rem reſpicit, *Quid operum ſtruat cohors ſtudioſa.* Fruſtra enim ſunt, qui HAEC ad ſequentia referunt. *Quis res Auguſti, Quis bella & paces ſcribit? Quid Titius, quid Celſus agit?* Quippe vetat hanc interpunctionem illud *Quoque.* Haec enim, quae memorat, ſunt ipſa opera ſtudioſae cohortis, non aliquid diverſum. Bentl.

Cohors nunc Amici; nam & Lucilius eos, qui nunc Præſidibus ad Salarium eunt, mercede inventas Legiones ait. Vet. Schol. Bax.

Curo, ſunt mihi curæ & per hoc perquiro, & ſcire laboro. Bax.

Quia Horatius ipſe aut ob difficultatem non audebat, aut, tanquam priſtinus libertatis defenſor Brutique Amicus, nolebat ſcribere: verumtamen rei ipſius cupidus volebat videri ob gratiam Auguſti. Zeun.

9 *Titius Septimius Lyrica Carmina & Tragœdias ſcripſit Auguſti tempore; ſed libri ejus nulli exiſtant; hujus autem inſigne Monumentum eſt infra Ariciam.* Vet. Schol. Cruq. Bax. De hoc Car. 2, 6. Epiſt. 1, 9, 1. Ges.

Venturus in ora? qui honorifico omnium civium Rom. ſermone celebrabitur? alias *venire in ora*, ad ultium, ad vituperationem pertinet: ut apud Catull. XL, 5. *An ne ut pervenias in ora vulgi?* ſic Livius libr. 2. *timorem injecit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret.* in laude ponit & Propertius, III, 9, 31. *Crede mihi magnos æquabunt iſta Camillos Judicia, & venies tu quoque in ora virum.* & Enniaanum illud, pag. 161. *Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit: cur? Volito vivu' per ora virum.* & Virg. Æneid. XII, 234. *Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe devovet aris. Succedit fama, vivuſque per ora feretur.* Lam.

10 *Non expalluit*: res tantæ aleæ cuivis pallorem incutere potuerat, bene igitur ſubjecit *auſus.* Bax. Vid. Car. 4, 2. pr. Ges.

11 Bene

Faſtidire lacus, et rivos auſus apertos?
Ut valet? ut meminit noſtri? fidibuſne Latinis
Thebanos aptare modos ſtudet, auſpice Muſa?
An tragica deſævit et ampullatur in arte?
Quid mihi Celſus agit? monitus multumque monendus
Privatas ut quærat opes, et tangere vitet
Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo;
Ne, ſi forte ſuas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula riſum
Furtivis nudata coloribus. Ipſe quid audes?
Quæ circumvolitas agilis thyma? non tibi parvum
Ingenium,

12 fidibus ve *Mſs. Mus. Br. D.* 16 an quærat *Mſs. Mus. Br. B.*

11 Bene etiam *apertos:* nam reconditioris intellectus ſunt Pindari vatis Carmina. Bax.

13 *Auſpice*, bona dante initia. Bax.

14 *Deſævit*, Comicum erat Horatio ingenium, atque ideo minus arridebat Epicum Carmen & Tragœdia. Bax.

Ampullatur. turget, inflatus, atque elatus eſt. Quas ληκύθους Græci, eas ampullas appellant Latini. Quemadmodum igitur illi ληκύθους uſurpant pro orationis ornamentis, iiſque, omnibus dicendi figuris, quibus altior, grandior, amplior denique fit oratio: ita, & ampullas Latini. Horat. in lib. de arte poëtica, 97. *Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba.* Lam.

Ampullatur, bombos edit, ληκυθίζει Καλλιμαχος Μῶσαν ληκυθίαν τὴν τραγωδίαν λέγει. Scholiaſtes Hephæſtionis, citante Lambino. *Projicit ampullas; hoc de Callimacho ſuſtulit.* Vet. Schol. in Artem Poeticam 97. Bax.

Ampullis verborum utitur, ſublimi dicendi genere, ut ars poſtulat, utitur. Zeun.

In arte; h. e. in Dramate; hinc & Actores Artifices appellabantur. Bax.

15 Moralem habet Emphaſin particula *mihi:* nam ineptulum ſignificat. Bax.

16 *Privatas*; nam quivis deprehendat bibliothecam publicam compilantem. Bax.

Opes pro inventione diſpoſitioneque, quæ ſunt opes ſcriptoris. Cruq.

Tangere vitet; minantis ſunt hæc verba. Bax.

17 *Palatinus Apollo*. bibliotheca Græca, & Latina templo Apollinis quod Auguſtus extruxerat, & conſecrarat adjuncta, Suet. Aug. 29. Lam.

Cæſar ſibi in bibliotheca ſtatuam poſuerat ad habitum ac ſtatuarum Apollinis.. Vet. Schol. Bax. Conf. Ser. 1, 4, 22. Ges.

18 *Olim*. Poſthac ut Sat. 11. 5, 27. *Magna, minorve foro ſi res certabitur olim*. & Od. 11. 10, 17. *non ſi male nunc, & olim Sic erit*. Lam.

19 *Cornicula ponitur Abuſive pro graculo*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

20 *Coloribus*, quibus ſe pingi gaudebat inepta. Bax.

Audes, moliris. Bax.

21 *Agilis*, tanquam ſedula apis, Vide Od. 4, 2, 27. Omnes qui bene ſcribunt ſua mella excerpunt e veterum ſcriptis. Bax.

22 *Ingenium*

Ingenium, non incultum eſt, nec turpiter hirtum.
Seu linguam cauſis acuis, ſeu civica jura
Reſpondere paras, ſeu condis amabile carmen;
Prima feres hederæ victricis præmia: quod ſi
Frigida curarum fomenta relinquere poſſes,
Quo te cœleſtis ſapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc ſtudium parvi properemus et ampli,
Si patriæ volumus, ſi nobis vivere cari.
Debes hoc etiam reſcribere, ſi tibi curæ,
Quantæ conveniat, Munatius: an male ſarta
Gratia nequicquam coit, et reſcinditur? At, vos

Seu

22 *pro* nec, & *Bentl. & Mſs. Mus. Br. A. B. C. D.* 30 ſit tibi *MSS. Lamb. Cruq. Torr.* Ges. *& Mſs. Mus. Br. D. F.* 32 ac vos, *Mſs. Mus. Br. A. B. C. G.*

22 *Ingenium non incultum eſt.* Editi quidem omnes jam inde ab incunabilis Typographiae,

non tibi parvum
Ingenium non incultum eſt, NEC *turpiter hirtum.*

At in melioribus noſtris Graeviano, Voſſiano, Reginenſi, cum aliis pluribus, elegantius & verius extat.

non incultum eſt, ET *turpiter hirtum.*

Neque enim *incultum* & *hirtum* diverſas res ſignificant, ut ſint disjungenda; ſed quia unam eandemque rem amplificant & exaggerant, ſunt copulanda. BENTL.

Incultum, agreſte, hirtum, aſperum. BAX.

Ac turpiter. CUN.

24 *Amabile* utitur tanquam perpetuo Epitheto. BAX.

25 *Feres*, domum tuam, tanquam a Poetico Certamine, & per hoc accipies; nam qui accipit ſecum fert. BAX.

26 Abuſive dicimus *frigida fomenta*. Antonius Muſa Auguſti Medicus frigidis aſperſionibus Arthriticos curavit, cum alii calidis fomentis uterentur. Vide Epiſt. 1. 15. 4. Feſtive ſignificat refrigeſcere ingenium cogitatione pecuniæ atque honorum; nam & *frigidum* pro emortuo dicitur. Utitur igitur ſolita Diologia. BAX.

Relinquere, deponere, negligere. BAX.

28 *Studium* opera eſt qua perpetuo oblectamur. BAX.

Intelligitur ſtudium ſapientiæ, quod alienum eſt a cupiditate divitiarum, honorum, &c. *Properemus*, maturemus, ſine mora colamus. De activo verbi properare ſenſu vid. Broukhus. ad Tibull. pag. 380. ZEUN.

29 *Nobis*, h. e. inter nos: eſtque Præparatio ad ea quæ dicturus eſt: nam deſcendit ad ſequentia. BAX.

30 *Si tibi curæ*. Plures libri *ſit tibi curæ*. Non placet. ſic enim ſcripſere qui de particula *ſi* pro *an* dubitabant; cum id ſæpius fecerit Horatius & alii paſſim. TORR.

Comice *ſi* pro *an* protulit. BAX. V. Epiſt. 1, 7, 39. GES.

Curæ, amori; curæ ſunt quæ amamus: ſumus enim eorum ſemper memores. BAX.

Tua cura palumbes. Virgilius. Ecl. 1, 58. BAX.

31 *Male ſarta*; Metaphora a re veſtiaria. BAX.

32 & 33. *At vos heu calidus ſanguis heu rerum* Venetae & Loſcheriana ſic olim,

Gratia

Seu calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia vexat,
Indomita cervice feros, ubicunque locorum
Vivitis, indigni fraternum rumpere fœdus,
Paſcitur in veſtrum reditum votiva juvenca.

EPIS-

33 Heu—heu *MSS. Cruq. Torr. Sax. & Mſs. Mus. Br. A. B.*

Gratia nequicquam coit & reſcinditur? AT *vos*
SEU *calidus ſanguis*, SEU *rerum inſcitia verſat*
Indomita cervice feros.

Et interpretes quidem hoc diligenter notant, alios codices HEU HEU, alios SEU SEU exhibere; quod & de noſtris affirmamus; illud diſſimulant, non AT ſed AC in vetuſtiſſimis extare; ſic certe Graevianus noſter, & Reginenſis, & cum Voſſiano Petrenſis & Regius. Nimirum connectenda ſunt haec cum praecedentibus uno orationis ductu:

an male ſarta
Gratia nequicquam coit & reſcinditur; AC *vos*
SEU *calidus ſanguis*, SEU *rerum inſcitia vexat*
Indomita cervice feros?

Quae adeo plana ſunt, ut explicatione non egeant. Quod ſi AT cum vulgatis retineas; interrumpis ſententiae filum, & arenam relinquis ſine calce. Ceterum, repudiato illo *Heu* (cur enim tam putide hic exclamet) alterum admiſſimus: quippe duas fraternae inimicitiae cauſſas diverſas ponit, *Seu* calidum ſanguinem, *ſeu* rerum inſcitiam: ſive, inquit, fervore & iracundia ſcientes peccetis, ſive ignorantia officii inſcientes. Illud denique confidera (quamquam receptam lectionem ſine codicis auctoritate non ſollicito) annon *Veri* potius quam *Rerum* ab auctoris manu fuerit,

Seu calidus ſanguis, ſeu VERI *inſcitia vexat.*

Ubi *veri* accipies *recti*, ut paſſim apud Noſtrum. Serm. II, 3. v. 43.

Quem mala ſtultitia & quemcunque INSCITIA VERI
Caecum agit.

Ovid. Metam. VII, 92.

——— *nec me* ignorantia veri
Decipiet; ſed amor.

Tacitus Agric. c. I. *vitium parvis magniſque civitatibus commune*, ignorantiam recti & *invidiam.* Bentl.

Ac reſcinditur. Cun.

Coire proprie dicuntur vulnera, & veſtium futuræ. Bax.

At, hoc eſt, utcunque vel nihilominus. Bentleius me invito fecit *Ac:* Quod etſi tantillum fit, ego nollem factum. Bax. Continuari vult Bentleius interrogationem uſque ad feros. Sed magis placet, quia vehementiorem motum habet, illud *At.* Ges.

33 *Seu c. ſ. ſ. rer. inſc.* In quinque exemplaribus manuſcriptis;

Heu calidus ſanguis, heu rerum inſcitia.——

ſcriptum repperi. mutatum fortaſſis ab aliquo, qui ſecundam verbi *ſanguis* ſyllabam produci noluerit. de quo extrema Od. xv. lib. I. Torr.

Patheticum valde & miſerationi aptum, illud *Heu—heu:* et pene eſt ut praeferam, cum praeſertim *calidus ſanguis* & *rerum inſcitia* non disjuncta videantur, ſed ex eodem fonte profecta, & valde conjuncta. Ges.

Juventa *calidus.* Bax.

Vexat, agitat, in furorem agit. Bax.

34 Comparat cum juvencis eidem jugo alligatis, quod una ferre recuſent. Poſt *indigni* omiſſum *eſtis.* Ges.

35 Cognatos omnes, imo & coævos *fratres* appellant Veteres: potuerunt eſſe *fratres patrueles*, vel *fratres affinitate.* Bax.

36 *Lyrici juvencam immolabant, Tragœdi hircum, alii Poetæ taurum.* Vet. Schol. Bax. Illud de hirco Tragicorum ſpeciem habet. Vid. Ar. P. 220. Sed reliqua olent ſuperbulum nugatorem. Ges.

EPISTOLA IV.

AD ALBIUM TIBULLUM.

ALBI, noſtrorum ſermonum candide judex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere quod Caſsî Parmenſis opuſcula vincat?
An tacitum ſilvas inter reptare ſalubres,
Curantem quidquid dignum ſapiente bonoque eſt?
Non tu corpus eras ſine pectore. Dii tibi formam,

Dii

ARGUMENTUM. Tibullum ſodalem ſuavi alloquio ſolatur mœrentem. (Vid. ad v. 4. GES.)

1 *Sermones* dicit Satyras ſuas & Epiſtolas communi ſermoni ſimiles, ac ſi non eſſent Poemata. BAX.

Candidus purus eſt, neque malignus, neque fictus. BAX.

Judex, Criticus erat ſcriptorum Horatii. Vet. Schol. BAX.

2 *Dicam*, conjiciam. BAX. Ibi villam haud dubie habuit Tibullus. ZEUN.

Pedum oppidum haud longe ab urbe fuit, nunc non eſt. Vet. Schol. BAX. *Inter Tibur & Præneste* collocat Schol. Cruq. GES.

3 *Hic eſt Caſſius qui in partibus Bruti & Caſſii Tribunus militum militavit, quibus victis Athenas ſe contulit: Quintus Varius ab Auguſto miſſus ut eum interficeret ſtudentem reperit, & peremto eo ſcrinium cum libris tulit: unde multi crediderunt Thyeſten Caſſii Parmenſis fuiſſe; ſcripſerat enim multas Tragœdias Caſſius.* V. Sc. BAX.

Recte hoc ſcholion erroris convincitur a viris doctis. Nam Caſſius Parmenſis, victo ad Actium Antonio, cujus partes ſecutus erat, fugit Athenas, ubi a Varo quodam, qui videtur fuiſſe dux Auguſti, & perperam cum L. Vario tragico confunditur, juſſu Auguſti occiſus eſt. Vid. Valer. Max. 1, 7, 7: Ruhnkenio ad Vellei Paterc. & inprimis Wieland. ad noſtrum loc. ZEUN.

Opuſcula, h. e. auro contra cara, nam & Diminutiva nonnunquam laudis ſunt. Liberalis recordatio Brutianarum partium, quarum & ipſe fuerat. BAX.

Opuſcula Caſſii quidem hic laudantur; at laus non eſt in Deminutivo. ZEUN.

4 *Tacitum*, meditabundum. BAX.

Reptare, leniter ambulare, quod meditantium eſt. BAX. Sic Plin. Epiſt. 1, 24. *Reptare per limitem.* GES.

6 *Corpus inanime* Proverbiali ſermone inertum dicimus & meticuloſum. BAX.

Eras, ſupple *olim*. Certe & agilis & generoſus

Dii tibi divitias dederunt, artemque fruendi.
Quid voveat dulci nutricula majus alumno,
Qui ſapere et fari poſſit quæ ſentiat, et cui
Gratia,

7 dederant *Mſs. Mus. Br. B. D. F. G.* 9 Quam ſ. & f. *Mſs. Mus. Br. B. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Quin *Mſ. Mus. Br. C.* Quam ut ſ. *Boſ. nobiſcum Bentl. Cun. San. Sandb.*

neroſus fueras. Bax. *Eras* refero ad naſcendi felicitatem. *Ingenium*, quod ingenitum eſt, in puero ſtatim eminebat. Ges.

Dii tibi; *contra Epicureorum ſententiam qui negant eos aliquid curare.* Vet. Sch. Cruq. Bax.

7 Hic verſus debebat monere viros eruditos, ne putarent hoc agere Horatium, ut conſoletur Tibullum, decoctorem, in agello anguſto lugentem ſuperiorem ſtultitiam. Ges. *Dederunt, media ſyllaba brevi.* Vet. Sch. Cruq. Bax.

Artemque; callide laudat etiam prodigalitatem Albii. Bax.

8 *Nutricula*; Vota divitiarum exagitat. Bax. Non puto: nam quorſum illud, *non deficiente crumena?* Peripateticus hic eſt: nova omnia complectitur. Ges.

9 *Quam ſapere.* Neque libri neque viri docti, vel in legendo vel in exponendo hoc verſu conſentiunt. noſtra exemplaria quinque ſic habent;

Quin ſapere & fari poſſit quæ ſentiat, & cui
Gratia, fa. val.

Quod cum ita ſit, una amota littera lego, *Qui ſapere*, poſita interrogationis nota in fine verſus præcedentis poſt verbum *alumno*, in hanc ſententiam: Dii tibi & animi, & corporis, & fortunæ bona contulere. & quid obſecro amplius alumno ſuo nutricula aliqua optare poſſit? votorum enim ſumma, ut ſapere & fari poſſit. Verba igitur iſta, *Qui ſapere & fari*, quæque ſequuntur μιμητικῶς; ita quodammodo accipienda ſunt, ut ſi a nutricula proferantur: alioqui bis idem dixerit. Torr.

Quam ſapere et fari ut poſſit. Digladiantur hic Interpretes, in loco, ut mihi quidem videtur, non adeo difficili, qui ſic vulgo editur,

Quid voveat dulci nutricula majus alumno?
Quam *ſapere & fari* ut *poſſit, quae ſentiat,*
& cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde.

At illud *ut* neque in priſcis editionibus, neque in ullo noſtrorum codicum invenitur. *Quam* autem cum ſequentibus *Et cui* nullo pacto coaptari poteſt; aut enim cui tum redundabit, aut in ei mutandum fuerit. Unde recte Lambinus, dum ſcripturae illi *Quam* adhaereret pro *Et cui* ex conjectura repoſuit utque; non procedente, niſi hoc fiat, conſtructione. Atqui illud *Et cui* in omnibus ubique codicibus viſitur; neque opus eſt ut interpoletur; cum Blandinii quattuor apud Cruquium & veterrimus noſter Graevianus cum Voſſiano qui habeant, non quam: quibus aſtipulantur alii Quin praeferentes. Lege igitur optimorum codicum auctoritate.

Qui *ſapere, & fari poſſit quae ſentiat, &* cui. Ubi nihil eſt, quod difficultatem aut moram lectoribus facit. Quid enim his clarius, *Alumno, qui poſſit ſapere & quae ſentiat fari, & cui gratia, fama, valetudo abunde contingat, quid majus voveat nutricula?* Vides, opinor, orationis ſeriem ſatis expeditam. Illud, ut videtur, Interpretibus librariiſque turbas dedit; quod nutriculae vota de alumno *infante* hic acciperent; unde iis proclive erat *Quam* ſubſtituere; quo tempus, non ut hic praeſens, ſed *futurum* indicetur. Atqui etiam adultis alumnis bene precantur nutriculae; etiam tum ſaepe ſuperſtites, ut & in vita ipſa & in ſcena videre eſt. Id quoque Librariis anſam porrexit, ut *Quam* interpolarent; quia praeceſſerat *Majus*; neſcientibus abſolute hic poni; ut Epiſt. XII, 5.

Si ventri bene, ſi lateri eſt pedibuſque tuis; nil

Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus victus, non deficiente crumena?
Inter ſpem curamque, timores inter et iras,
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum:
Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur, hora.
Me pinguem et nitidum bene curata cute viſes,
Cum ridere voles, Epicuri de grege porcum.

EPIS-

13 deluxiſſe *primæ editt.*

Divitiae poterunt regales addere majus. BENTL.

Lectio Veterum Codicum eſt *Qui ſapere & fari poſſit*, non *Quam ſapere & fari ut poſſit*, ut Vulgati; & probavit Torrentius: h. e. qui ejuſmodi eſt ut jam poſſit. BAX.

Qui talis eſt, ut hic deſcribitur, ille non opus habet votis cariſſimorum. Felix es, Albi, tua ſi bona noris. GES.

Fari quæ ſentiat; de Eloquentia & facundiâ hoc eſt accipiendum, non de libertate impune dicendi quæ velis. ZEUN.

10 *Gratia* apud potentes, *fama* propter ſcripta. BAX.

11 *Et mundus victus*. id eſt victus elegans, & intra modum ſumtuoſus & copioſus: victus liberali & magnifico homine dignus: victus neque ſordidus, neque rurſum nimis amplus & opiparus. ſat. 2. lib. 2, 65. *Mundus erit, qui non offendet ſordibus, atque in neutram partem cultus miſer.* ex quo munditia. Plaut. Pœn. 1, 2, 36. *mulieres ſunt admodum inſulſæ, atque invenuſtæ, ſine munditia & ſumtu.* M. Tull. de finib. lib. 2, 8. *mundos, eleganteis, optimis cocis, piſcoribus, piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis vitantes cruditatem.* LAM.

Cum Bentleius in uno vel altero vetuſto Exemplari repereret *Et modus, & victus*, ille de ſuo ingenio fecit, *Et domus, & victus*, quæ videtur mihi præ altera Lectione frigidiuſcula, & ſola raritate commendabilis. BAX.

13 Miſerum eſt pendulum eſſe de futuro: ſoliciti & parci vivunt futuro, quod nunquam futurum eſt. BAX. Contra perturbationes v. 12. commemoratas remedium eſt cogitatio mortis. Qui cogitat unum quemque diem eſſe forte ultimum, ſingulos, quibus vivit, in luero ponit, et gratus accipit. Conf. Ter. Phorm. 2, 1, 16. Putabam aliquando *deluxiſſe* forte rectum eſſe, ut finem lucis ſignificet, & ſit iſta cogitatio cubitum euntium. Sed non obſervavi quidquam, quo aliunde verbum illud firmetur. GES.

Diluxiſſe, ſe apparuiſſe, Ἐναργῶς. BAX.

14 *Grata* modo Paſſivum eſt pro grate accepta; & bene *ſuperveniet* de non proviſo. BAX.

Hora. h. e. vel una horula. Unica vitæ anchora eſt ſperare nihil: qui nil ſperat nil metuit, ſpes ſola ſtultitiæ eſcam præbet. BAX.

15 *Pinguem & nitidum*, h. e. gaudentem præſentibus, nec ſumtibus parcentem ut tu. BAX.

Viſes, Imperativus in Futuro. BAX.

16 *Cum ridere voles*; h. e. ubi aliquando remiſſior fueris: nam ſemper me ridentem deprehendes. Appoſui ſubdiſtinctionem poſt *voles*, quod neminem reprehenſurum ſcio. BAX.

Fere in eundem modum jocatur Cicero Epiſt. 1x, 20, ubi ait, ſe nunc edacem eſſe factum: ſe in Epicuri ſui adverſarii caſtra ſe conjeciſſe. ZEUN.

Porcum; obeſulus erat Horatius, & porci audiebant Epicurei. *Epicure noſter ex hara producte, non ex ſchola*, Cicero in Piſonem, 16. referente Ludovico Deſprez. BAX.

ARGU-

EPISTOLA V.

AD TORQUATUM.

Si potes Archiacis conviva recumbere lectis,
Nec modica cœnare times olus omne patella;
Supremo te ſole domi, Torquate, manebo.
Vina bibes iterum Tauro diffuſa, paluſtres
Inter Minturnas Sinueſſanumque Petrinum.
Sin melius quid habes, arceſſe, vel imperium fer.
Jamdu-

1 Archaiſis Z. *Med.* 1477 *&c. Mſ. Mus. Br. B. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Sed Archiacis *G. S. Porphyr, Fabricii & ipſe Fabr. R. Steph. &c.* 7 Si melius *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Argumentum. Manlium Torquatum invitat ad cœnam.

1 *Archiacis*; *Archias breves lectos fecit, unde Archiacos, ſicut a Boetho Boethios, dicimus.* Vet. Schol. Hanc Lectionem Turnebus probat, cum cæteri contra omnium MSS. fidem reponant *Archaicis.* Bax. Videntur nunc, poſt Bentl. & diſputationem Kuſterianam in Hiſt. Acad. Inſcr. T. 2 in tuto eſſe *Archiaci lecti*, licet illorum Archias faber aliunde quam ex Porphyrione Fabricii nondum innotuerit: ſed nec *Sotericus* ille, cujus *lecti* ſunt ex Seneca apud Gell. 12, 2. Ges.

2 *Olus omne*; *qualecunque, ut dicere ſolemus nos omne vinum bibere.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

3 *Supremo te Sole.* Idem dicit quod Sat. VII. lib. 2, 33.

——*Serum ſub lumina prima venire*
Convivam.

his quoque verbis cœnam minime ſolennem ſignificans. nam ad talem multo ante confluebant, ut Sat. II. 8, 2. vidimus,

——*Dictus es illic*
A medio potare die.—— Torr.

Supremo te ſole; contra quam faciebant lauti, qui de medio die cœnam ordiebantur. Bax.

4 *Iterum Tauro*, ſupple Conſule: & ſignificat ea non eſſe admodum vetuſta. Bax. Incidit hic annus in A. V. C. 728, fuitque vinum ex Bentleii rationibus VI vel VII annorum. Ges.

Diffuſa; *expreſſa.* Vet. Schol. Cruq. Bax. Non quaſi idem ſit *exprimere* vinum uvis, & *diffundere* ex lacu in Amphoras & lagenas: ſed quia utrumque temporibus non multum diverſis ſolet fieri. Ges.

5 *Minturnas inter.* Cun.

Petrinus vicus olim in agro Falerno. Vet. Schol. Bax. Certe Minturnarum & Sinueſſæ mentio etiam Falernum agrum indicant. Ges.

6 *Sin melius* quidam libri veteres habent *Si melius.* Lam.

Arceſſe. Sic noſtri omnes M. ss. atque ita ſcribi

Jamdudum ſplendet focus, et tibi munda ſupellex.
Mitte leves ſpes, et certamina divitiarum,
Et Moſchi cauſam: cras nato Cæſare feſtus
Dat veniam ſomnumque dies; impune licebit
Æſtivam ſermone benigno tendere noctem.
Quo mihi fortuna, ſi non conceditur uti?

Parcus

11 Feſtivam *Mſ. Mus. Br. G.* extendere *pr. editt.* tendere *G.* 12 fortuna *etiam G. S. Z. &c.*

ſcribi debere vult Priſcianus lib. 1. quo loco *ar* ſæpe pro *ad* in compoſitione dixiſſe veteres demonſtrat: addens *arceſſo* ab *arcio* venire, pro quo (inquit) nunc *accio* dicimus. Sed quæ obſecro ratio eſt, cur non *accerſere* etiam, u *accire* poſteri dixerint: præſertim cum *arcerſere*, littera *r* toties repetita, durum & inſuave ſit. Ego utroque modo in vetuſtiſſimis membranis ſcribi reperio *arceſſere* & *accerſere*, nuſquam vero *arcerſere*, mollioris ſoni cauſſa. idque lib. III. Gramm. Inſt. fatetur etiam Charifius. Errat tamen cum ita diſtinguit, ut *arceſſere* ſit accuſare; *accerſere* vocare. eadem namque utriuſque vocabuli ſignificatio eſt. ſed cum in judiciis eo utimur, fere pro citare vel accuſare accipitur: ut *arceſſere aliquem capitis*. Torr.

Arceſſe; me invita ad te. Bax.

Potior videtur Lambini interpretatio, qui ita: vel arceſſe vinum, quod habes, melius meo, i. e. Jube tecum afferri ad me: vel patere tibi meum opponi. Zeun.

Imperium fer; i. e. patere tibi a me imperari, tanquam domino convivii. Ges. *Dicitur hoc quia antea paſcentes Reges appellabantur. Inde qui ſenatui cœnam poſt triumphum dabant in Capitolio, Conſulem vel Dictatorem rogabant, ne ad cœnam venirent, ſe illis quod ederent domum miſſuros, ne illos ut Reges domum a ſenatu deduci illis præſentibus neceſſe eſſet.* Vet. Schol. Bax. Si conferas cum h. l. Val. Max. 2, 8, 6 & Plut. Qu. Ro. 80, colligas inde, a triumphantibus epulo exceptum fuiſſe Senatum, qui deinde dominum convivii domum duxerit, quod indecorum, conſule vel dictatore præſente, alii cuiquam tribui. Ges.

7 *Splendet focus.* Hactenus cœnæ modum explicuit, nunc munditiem pollicetur. Atque adeo ſi rem omnem recte conſideremus, convivium ſuum ad Epicuri formulam inſtituit, venuſtate magis quam ſumtu laudandum. Sed cur *ſplendere focum* dicit, ſi ut ſequitur, æſtas erat? an forte ſplendorem non ad luculenti ignis copiam, ſed ad deorum Penatium in foco cultum ornatumque referemus? an magis ad culinæ focum? Torr.

8 *Leves*, vanas & incertas. Bax.

9 *Moſchi*; *hic Pergamenus Rhetor notiſſimus, reus veneficii fuit, cujus cauſam ex primis tunc Oratores egerunt, Torquatus hic, de quo nunc dicit, cujus exſtat Oratio, & Aſinius Pollio.* Vet. Schol. Bax.

Nato Cæſare; *Divi Cæſaris natalem ſignificat; ille Idibus Juliis celebratur.* Vet. Schol. Bax. Ad natalem Auguſti, vel ad Caii Cæſaris, qui referunt, nihil adferunt præter conjecturas. Ceterum IV Id. Julii natalem aſſignat Divi Cæſaris Macrob. Sat. 1, 12. Ges.

10 *Impune* neque enim a Cenſore vetabimur æſtivo hoc tempore noctis uti refrigerio. Bax.

11 *Benigno*, largo, copioſo. Bax.

Tendere, producere; Metaphora a lanificis deducta. Bax.

12 *Quo mihi*, Enallage Perſonæ: pro *quo tibi*. Bax.

Fortuna, ſupple *magna*. Contra fidem Codicum Muretus repoſuit *fortunas*, quod videor a ple-

Parcus ob hæredis curam nimiumque ſeverus
Aſſidet inſano. Potare et ſpargere flores
Incipiam, patiarque vel inconſultus haberi.
Quid non ebrietas deſignat? operta recludit;
Spes jubet eſſe ratas; in prælia trudit inertem;
Solicitis animis onus eximit; addocet artes:
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum?
Hæc ego procurare et idoneus imperor, et non
Invitus; ne turpe toral, ne ſordida mappa
Corruget nares; ne non et cantharus et lanx
Oſtendat tibi te; ne fidos inter amicos,

Sit

17 ad proelia *Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F. G.* inertem *G. S. Talb. Bentl. Baxt.* 2 *&c.* inermem *al. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 23 nec non *Mſs. Mus. Br. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

plerisque probatum. Sed nil opus: nam cauſa metri factum eſt. Bentleio placuit *fortunam*, verum ſub tenui autoritate. Bax.

14 *Aſſidet.* Contrarium *diſſidere:* ut, *diſſidens plebi virtus*, Od. 11, 2, 18. & Suet. Tib. 7. *Cum Julia primo concorditer & mutuo amore vixit, mox diſſedit.* Torr.

Adſidet inſano potare . . . ſpargere flores. Cun.

14 *Aſſidet inſano*; *ſedet ſtulto proximus.* Cruquius. Bax. Ut *affinis* eſt, *proximus*, *vicinus* eſt. Ges.

Potare & ſpargere; Ὕστερον πρότερον. Bax.

15 *Patiar*, contentus feram. Bax.

Inconſultus, Charientiſmus prodigi & improvidi. Bax.

16 *Deſignat*; molitur. *Deſignare rem novam facere.* Donatus. Bax. Ut *deſignantur* magiſtratus in futurum. Eſt hæc laus vini, quod fortes facit, ut illos, qui Pyrrhum interfecturi erant, niſi lagena defeciſſet Quinct. 6, 3. Ex hac deſignandi notione eſt Gall. *deſſein.* Ges.

17 *inermem.* cod. Blandin. habent, ad prœlia trudit inertem. Cruq.

18 *Onus eximit*; tanquam jumenti dorſo. Bax.

Addocet artes; ingenium acuit ad percipiendas diſciplinas. Bax.

20 *Contracta*; Dilogus & anguſta & inaudaci vel mœſta. Bax.

Solutum, hilarem, laſcive ridentem. Bax.

21 Diſpenſatoris eſt *procurare:* nam procuratio eſt vicaria curatio: erat igitur Ἔρανος, vel collatitia cœna. Bax.

Idoneus; ad lætitiam & munditias, natura comparatus; & per hoc bene electus. Bax. *Hæc imperor* Græciſſimo, pro hæc mihi imperantur idoneo. Ges.

22 *Toral*; integumentum lecti. Bax.

23 *Corruget nares*; gravi odore. Bax.

Cantharus, Bacchi poculum; anſatus erat. Bax.

24 *Tibi te*; Enallage Perſonæ, pro *ſibi aliquem*. Bax. Vult nitere vaſa ut pro ſpeculo eſſe poſſint. Ges.

25 *Eliminet*,

20. Upton in Epictet. Ind. Συολέλλω.

Sit qui dicta foras eliminet; ut coëat par,
Jungaturque pari. Butram tibi, Septiciumque,
Et niſi cœna prior, potiorque puella, Sabinum
Detinet, aſſumam: locus eſt et pluribus umbris;
Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ.
Tu, quotus eſſe velis, reſcribe; et rebus omiſſis
Atria ſervantem poſtico falle clientem.

EPISTOLA VI.

AD NUMICIUM.

NIL admirari prope res eſt una, Numici,
Solaque, quæ poſſit facere et ſervare beatum.

Hunc

26 Butram-Septicium *etiam G.* Brutum *Mſ. Mus. Br. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 28 ad ſummam, *Mſs. Mus. A. B. C. D. F. G.*

25 *Eliminet, foras limen efferat.* Vet. Schol. BAX.

Cöeat par. Hoc quoque in convivio diligenter obſervandum & Plutarchus & alii monuere. Sed & Epicuri dictum laudat Seneca Epiſt. XIX. *Ante conſpiciendum cum quibus edas & bibas, quam quid edas & bibas.* TORR.

Cöeat, apte conveniat, ætate ſcilicet & moribus. BAX.

26 Recte Bentleius, autoritate Codicum plurium, pro *Brutum tibi Septimiumque* reſcripſit *Butram tibi Septiciumque*. Cauſa fuerat tanti erroris quod ea nomina paucis erant nota. Plerique enim Librarii Scriptores nihil præter ſcribere novere. BAX. *Brutam* vel *Butram* puellam facit. Vet. Schol. Cruq. GES.

27 *Potior puella*; *urbanus jocus in Sabinum* Cruquius. BAX.

29 *Convivium* modo dicit convivarum gregem. BAX.

Capræ; olentes alæ. BAX.

30 Ordo eſt; *Reſcribe quotus tu eſſe velis.* BAX. *Quotus:* dicitur enim *epulari cum duodeviceſimo comite* Plin. 12, 1. Martial. 14. 217 *Dic quotus, & quanti cupias cœnare.* GES.

31 *Atria ſervantem*, h. e. te in atrio exſpectantum. BAX.

ARGUMENTUM. Vita beata conſtat externorum contemtu.

1 *Pythagoras interrogatus quid tam diuturno ſtudio proficeret, reſpondit, Nil admirari.* Torrentius ex Plutarchi Περὶ τῦ ἀκάτου. *Eum qui ſe in rebus omnibus gratiæ odioque exemerit, ſecurum vivere poſſe ſignificat.* Vet. Schol. *Admirari* in hac diſciplina eſt magnum putare. h. e. valde vel expetendum vel adverſandum. Docet hoc tota hæc epiſtola. Conf. Od. 3, 16, 25 & 29, 11. it. 4, 9, 15. Sat. 1, 6. 32. Epiſt. 1, 1, 47. 1, 11, 31. 1, 14, 18. Sic ſæpe Cicero. GES.

Una

Hunc ſolem, et ſtellas, et decedentia certis
Tempora momentis, ſunt qui formidine nulla
Imbuti ſpectent: quid cenſes munera terræ?
Quid maris extremos Arabas ditantis et Indos?
Ludicra quid, plauſus, et amici dona Quiritis?
Quo ſpectanda modo, quo ſenſu credis et ore?
Qui timet his adverſa, fere miratur eodem
Quo cupiens pacto: pavor eſt utrobique moleſtus:
Improviſa ſimul ſpecies exterret utrumque.
Gaudeat, an doleat; cupiat, metuatne; quid ad rem,
Si, quidquid vidit melius pejuſve ſua ſpe,
Defixis oculis, animoque et corpore torpet?

Inſani

7 Lud. & pl. Z. 12 metuatve *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Una, præcipua. Vet. Schol. Cruq.

Numici. in uno & altero codic. manu ſcr. reperi *Numati*; unde quidam amicus meus legendum ſuſpicatur & hic Munati, & in inſcriptione, ad Munatium: ut intelligamus, Horatium ſcibere ad L. Munatium Plancum, ad quem ſcripta eſt Oda 7. lib. 1. Lam.

2 *Una hirundo non facit ver, nec una dies beatum.* Ariſtoteles, citante Landino. Bax.

3 *Hunc ſolem* ad Emphaſin poſuit quaſi diceret; *adeo verendum.* Bax.

4 *Tempora*; horas ſcilicet, vel Quatuor Tempora, & numeros Lunares, ſive Sabbata. Bax.

Sunt qui; Atheos ſignificat illorum temporum: nam maximam religionem incuſſerat Veteribus timor ſolis. Bax. Hic quidem nihil impietatis eſt. Nam ſapientis eſt non metuere ſibi quidquam ab eclipſi ſolis, a Saturni & Martis conjunctione, & ſimilibus, quæ genethliaca ſuperſtitio timet. Ges.

5 *Munera terræ*; aurum ſcilicet & reliquas divitias. Bax.

6 *Maris*, Uniones & gemmas. Bax.

7 *Plauſus*, ſupple *ſcilicet.* Bax.

Dona Quiritis; honores, qui ſcilicet in vulgi arbitrio, non tuo ſunt. Bax.

8 *Quo ſpect. modo, &c.* utrum cum aliqua cupiditate, necne? vel utrum cum aliqua admiratione, ex qua cupiditas oritur, necne? Lam.

Senſu, judicio; ore, ſpe. Vet. Schol. Cruq. Bax.

9 *Mirari* eſt magnum putare, ut diximus. Hoc facit qui timet non minus quam qui cupit. Ges.

10 Optimi Lambini, Cruquii atque Torrentii Codices cum Scholiaſtis pro *utrique* legerunt *utrobique.* Bax.

11 *Improviſa*; derepente ſuperveniens. Bax. Ad quam te non paraveris ope philoſophiæ. Ges.

Speciem vanam dicit imaginem, quales fere in ſomnis occurrunt. Bax.

13 melius vidit. Cun.

14 *Defixis oculis*; *quia nihil aliud intuetur.*

Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Ultra quam satis est virtutem si petat ipsam.
I nunc, argentum, et marmor vetus, æraque et artes
Suspice, cum gemmis Tyrios mirare colores:
Gaude quod spectant oculi te mille loquentem:
Gnavus mane forum, et vespertinus pete tectum;
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutus: et (indignum, quod sit pejoribus ortus)
Hic tibi sit potius, quam tu mirabilis illi.

Quidquid

22 Mutus & *etiam G. it. MSS. Lamb. & Torr.* Mutius & Z.

Landinus. Bax. Cum respectu ad vim magicam, qua *defigi* dicuntur homines, ut attoniti sint, pro movere pedem non possint. Ges. *Torpet, stupore hæret.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

15 *Ferat*, possit accipere, & secum auferre. Bax.

Justum constat *æquo*, τῷ ἴσῳ. Bax.

17 *I nunc*, inconsultos ita affamur. Bax. Argumentatur a minori ad majus, si in virtutis admiratione potest modus excedi, quid fiet in divitiis? Conf. Epist. 2, 2, 76. Ges. *Vetus argentum, vetera æra*, & *Veteres artes*; nam Zeugma est. Bax.

Artes, veterum artificum opera. Bax.

18 *Suspice; cum admiratione aspice.* Vet. Schol. Cruq. Ut Veteres Stellarum ortus. Bax.

19 *Loquentem; ad populum in Republica.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

21 *Ne plus frum. dot. em. agr.* pendet hic versus a superiore, hoc modo, Tu navus a prima luce confer te in forum, vesperi domum redito, id est, totum diem in studio rei faciendæ consumito, ne Mucius, qui humiliori loco, & deterioribus parentibus natus est, quam tu, plus frumenti percipiat ex agris, quos ab uxore in dotem accepit, quam tu ex tuis avitis: quasi indignum sit, Mucium, humilioribus parentibus natum, esse te locupletiorem. Sed Simeo Bosius Lemovix, amicus meus, primum legit, *Me plus frumenti dot. em. ag. Mucius?* aitque se ita scriptum reperisse in suo codice manu scr. Deinde quæ sequuntur, sic explicat, *indignum*, id est, indignum sit, mucium esse me ditiorem, & plus frumenti ex agris dotalibus, quam me ex meis percipere. atque hactenus vult esse illius naviter rem facientis verba. hæc autem, quæ deinceps sequuntur, jam putat esse Horatii. si hic Mucius sit te ditior futurum est, ut is tibi sit mirabilis, non tu illi, quia sit ex humilioribus parentibus natus. de qua explicatione judicet lector. Lam.

Dotalibus; Mutus ignobilis accepta divite uxore locupletatus est. Bax.

22 *Mutus: & (indignum; quod sit pejoribus ortus).* Sic rectissime editum est a Bentleio, & bona sub autoritate. Exscriptoribus ignotum fuerat *Muti* obscurum nomen, ideoque de more suo quæ non intellexerant corruperunt. Bax.

Indignum, non ferendum; ἀναίξιον. Bax.

23 *Hic tibi sit potius.* hic versus aut legendus cum interrogatione est, hoc modo, tune patieris, ut tibi hujus divitiæ sint mirabiles potius, quam illi tuæ? vel intelligendus est

pendere

Quidquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas,
Defodiet condetque nitentia. ~~Cum~~ bene notum
Porticus Agrippæ, et via te conſpexerit Appî,
Ire tamen reſtat Numa quo devenit et Ancus.
Si latus aut renes morbo tentantur acuto,
Quære fugam morbi. Vis recte vivere? quis non?
Si virtus hoc una poteſt dare, fortis omiſſis

Hoc

26 Via *fine* et *MSS. Muſ. Br. B. C. G.*

pendere ab illis, qui antecedunt, *Navus mane forum, &c.* &, *Ne plus frumenti, &c.* ut ſit hæc ſententia: rei faciendæ operam nava, ne Mucius plus frumenti metat ex agris dotalibus, quam tu, et ne tibi ſit mirabilis potius ob divitias, quam tu illi. & ita ſubintelligemus *ne*, vel repetemus ἀπὸ κοινοῦ. Quod ſi legamus, *Hic tibi ſi potius*, ut habent quædam vulgata exempla, pendebit a ſuperiore verſu, hoc modo, Indignum fuerit, quia Mucius natus ſit obſcutiore loco, quam tu, ſi tibi ſit potius mirabilis, quam illi tu. & ita ſubintelligendum erit *ſit*. judicet lector. Lam.

Plane aſſentior Torrentio interrogative legenti. Bax. Facilior, & dignior Horatio mihi videbatur ſententia, ſi ita conſtruas, *ne plus emetat Mutus, & ne potius hic tibi ſit mirabilis*, h. e. invidendus ζηλωτὸς, *quam tu illi*, quod *indignum* foret. Ges.

24 *Quicquid ſub terra eſt.* hæc ſupra vocavit terræ munera, aurum, argentum, æs, marmor, &c. videntur hæc ab Horatio ſumta & verſa eſſe ex Xenophane, cujus hic verſus multum celebratur a Theodoreto Cyri urbis pontifice ἐκ γῆ γάρ ταῦτ πάντα, καὶ εἰς γὴν πάντα τελευτᾷ. hoc eſt, cuncta parit tellus, in eam quoque cuncta redibunt. Cruq.

Quidquid ſub terra. Sub terra eſſe pro occultum atque obſcurum eſſe accipio. Sic enim Sophocles in Ajace citatus & a Lambino:

Ἁ παῦθ' ὁ μακρὸς καὶ ἀριθμητὸς χρόνος
Φύει τ' ἄδηλα, κἀφανέντα κρύπτει.

Torr.

Sub terra; in obſcuro & per Enallagen generis *Quicquid* poſuit pro *Quiſquis*. Terræ filii dicuntur qui ſubito ex ignotis noti fiunt. Bax. Græca formula ἐν ἀδῇ in ſtatu rerum ſenſui noſtro nondum ſubjectarum, eſſe dicuntur futura, eodemque præterita redire. Deinde fingunt quaſi domicilium earum rerum ſub terra. Ἀδὴς eſt ἀϊδὴς, qui videri non poteſt &c. Ges.

Locus dicitur *apricus* ubi Sol ſe aperit. *In lumen & ſolem.* Vet. Schol. Bax.

Ætas, ſupple multa, vel longa. Bax.

25 *Nitentia*; fama atque divitiis ſplendentes et conſpicuos. Omnium rerum viciſſitudo eſt. Bax.

26 Porticus hæc erat Panthei, ſive Templi Jovis Ultoris, qua vel deambulabant, vel geſtabantur, lauti. Bax.

Te conſpexerit; inſigni curru, vel manno vectum. Bax.

27 Neque enim pietas quicquam profuit Numæ, neque Anco bellica gloria. Bax. Conf. Car. 4, 7, 15.

28 *Tentantur*, fatigantur, irritantur. Bax.

29 *Quære*; Imperativus pro Futuro. Bax. Quaſi permittat, Eſto, quæras licet. Sed hoc cum facias ut fine propoſito quæras remedia, quidni etiam in rebus animi? Ges.

Recte; ad naturæ modulum & normam rationis. Bax.

30 *Si virt. hoc una pot. dare.* ſic reperi ſcriptum

Cave. 2 B. Sect. II. 3. 377 ut 38.

Hoc age deliciis. Virtutem verba putes, ut
Lucum ligna? cave ne portus occupet alter:
Ne Cybiratica, ne Bithyna negotia perdas.

Mille

31 deliquitus Z. *quasi fuisset* deliquiis. putas *MSS. Mus. Br. B. C. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* et *loco* ut *MSS. Mus. Br. A. C. F.*

tum in libris manuscriptis, & ita scriptum esse in codice Bernard. Lauredani, testantur viri docti; quam scripturam comprobant & nonnulli libri typis excusi. *hoc* autem, intellige recte vivere. Itaque hic versus non est ita a superiore separandus, quasi novæ sententiæ principium sit: sed cum eo ita conjungendus, quasi pendeat sententia. Vulgati habent *hæc*. LAM.

potis dare. CUN.

31 *Hoc age*; huic uni studio te totum trade. Proverbialis elocutio. BAX.

Deliciis, molli otio & delicato fastidio. BAX.

Virtutem verba putas, ut Lucum ligna? Ita quidem codices recentiores, & editiones principes PUTAS UT; unde in ceteras omnes propagatum est. Saresber. Policrat. VII, 12. *Errant, qui virtutem verba* putant, ut *lucum ligna*; & sic ibi codex scriptus. At antiquiora exemplaria ET, non UT; notantibus Pulmanno, Bersmanno, Torrentioque. PUTES autem, non PUTAS, in suis reperit Cruquius. Nos quidem *Putes* & in optimis nostris Graeviano, Reginensi, Vossiano vidimus; *Putas* & in mediocribus; *Putas ut* in recentissimis. Revocemus ergo, quod & auctoritas & ratio jubet,

Virtutem verba PUTES, ET *Lucum ligna?*

Ubi sententia est; Potesne existimare, virtutem verba esse, & Lucum consecratum a quavis silva non differre? hoc est, Potesne & virtutem & religionem exuere? Apparet igitur, mollius & verecundius dici *Putes*, quam *Putas?* Ovid. Heroid. XIX, 41.

Jamne putes *exisse domo me gaudia, Nutrix?*

Pallade jam pingui fingere membra putes?

Ita codices probiores, teste Heinsio: ubi recentiores ut hic, *putas*. Nec vero parum interest, ET an UT legas: prius indicabit aeque aut magis esse difficile religionem abnegare quam virtutem; posterius, virtutem quidem veri speciem habere; religionem vero & Flacco & plerisque aliis inter fabulas numerari. Quod & probe animadvertit Torrentius: qui, *Omnino*, inquit, *legendum est* ET LUCUM: *nam retenta vulgari lectione videri possit Horatius de Luco id sentire, quod alterum rogat: & sensisse pridem credo; sed ita sentire videri hoc loco noluit.* Haec senex doctissimus acute & vere. sed posteriores interpretes ea minime assecuti sunt. BENTL.

Virtutem verba; cogitavit de verbis Herculis apud quendam Tragicum, quæ Brutum jam moriturum pronuntiasse fingit Dion [certe narrat L. 49 extr.] Ὦ τλήμων ἀρετή! λόγος ἄρ' ἦσθα ὅλως· Ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ γὰρ ἀθλίοις τύχη. Ita enim corrigendum duxi. Atque huc spectat & illud Ovid Trist. v, 14, 29. *Rara quidem est virtus quam non fortuna gubernat.* BAX.

Non puto hic impietatem notari; sed simpliciter hoc dici, si putas virtutem constare verbis (& nihil preterea esse) ut lucus constat lignis s. arboribus: etiam consentanea ratione agendum est. Oratio plane similis illi Prophetæ 1 Reg. 18, 21. ubi claudicare vetat populum sed aut Jovæ se dedere aut Baali. Conf. Epist. 1, 17, 41. GES.

Bentleius ex Libris recte reposuit *putes* [pro *putas*] & bene Verbum Dubitativum in Modo etiam posuit Dubitativo. BAX.

Ut lucum ligna; derisores sacrorum lucos vulgo dicebant esse ligna, & sacras ædes tantum saxa. BAX.

32 *Occupet*, ante te petat. BAX.

33 *Negotia*: negotiationes. BAX.

34 *Rotundentur*

Mille talenta rotundentur; totidem altera porro, et
Tertia ſuccedant, et quæ pars quadret acervum.
Scilicet uxorem cum dote, fidemque, et amicos,
Et genus et formam regina pecunia donat:
Ac bene nummatum decorat Suadela, Venuſque.
Mancipiis locuples eget æris Cappadocum rex:
Ne fueris hic tu. Chlamydes Lucullus, ut aiunt, Plutarch. Lucull. III. 194.
Si poſſet centum ſcenæ præbere rogatus,
Qui poſſum tot? ait: tamen et quæram, et quod habebo
Mittam: poſt paulo ſcribit, ſibi millia quinque
Eſſe

34 Porro, & *ſic MSS. Lamb. Cruq. Bentl. etiam G. & om. al.* 42 quod habebo *MSS. Lamb. Fabr.* 1555.

34 *Rotundentur*; nihil tam explet avari animum quam rotunda ſumma. Bax.

35 *Quadret*, ut fiat ſolidum & ipſo numero perfectum patrimonium quater mille talentum. Ges.

36 *Scilicet uxorem.* Enumerat divitiarum commoda, ut lib. 11. Sat. 3, 94, & ſeqq.

——— *Omnis enim res,*
Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris
Divitiis parent.

Merito igitur regina pecunia, quæ omnia temperat, omnibus imperat. Quin et pro anima eam eſſe miſeris mortalibus ait Heſiodus citatus a Lambino. Torr.

Fidem dicit fidei opinionem apud vulgus. *Contemnere fulmina pauper Creditur.* Juv. III. 145. Bax.

37 *Reginas* dicebant Patronorum Matronas, quas nos Dominas hodie. Bax. Conf. Ser. 2, 3, 94.

38 *Decorat Suadela Venuſque*; h. e. ingenii vis & venuſtas. *Suadela* armat, *Venus* ornat. *Suadela Epitheton eſt Veneris, Græcis* Πειθώ. Vet. Schol. Comites decorat Patronos quos honoris cauſa ſequuntur. Bax.

39 Domino & ſervis conſtat pauperculum regnum: Cappadocum etiam Reges vendebant cives jure dominii. Bax.

40 Comice *hic* pro talis. Noli tu miſerum regnum præferre divitiis. Μεταβατικῶς & Conceſſive proferuntur iſta. Bax. Si virtus nihil eſt quam verba, non ſit tibi ſatis uno genere divitem eſſe: faciendum eſt, ut, quemadmodum Craſſo, omnium generum copiæ ſuperſint. Ges.

Chlamys militaris erat Græcorum lacerna, ſive palliolum, inferius rotunda, ſuperius contracta. Laxius erat aliquanto Romanorum paludamentum. Bax.

41 *Rogatus*; a Prætore ludorum Præfecto. Bax.

42 *Et quod habebo:* ſic habent codic. Jann. Faër. & duo Vatic. Ruſſard. Nicot. Cleric. non (ut quidam vulgati) *quod habebo.* Lam.

43 *Millia quinque*; convenienti Hyperbole uſus eſt, cum Lucullus nominâſſet ducentas, ut oſtendit Cruquius ex Plutarchi Lucullo. Bax. At prior Horatius. Ges.

45 *Ubi*

Eſſe domi chlamydum; partem, vel tolleret omnes.
Exilis domus eſt, ubi non et multa ſuperſunt,
Et dominum fallunt, et proſunt furibus. Ergo,
Si res ſola poteſt facere et ſervare beatum,
Hoc primus repetas opus, hoc poſtremus omittas.
Si fortunatum ſpecies et gratia præſtat,
Mercemur ſervum, qui dictet nomina, lævum
Qui fodicet latus, et cogat trans pondera dextram
Porrigere:

47 Potis *coll. Sax. Cun.* 50 ſævum *MSS. Torr. it. G. S. & primæ edd. Sed* lævum *MSS Lambi. Cruq. Bentl. Cun. Sandb.*

45 *Ubi non et multa ſuperſ.* narrat Plutarchus, Scopam Theſſalum, copioſum hominem, & opulentum, cum ab eo poſceret quidam, quæ ei ſupereſſent, quæque ſupervacanea viderentur, ita reſpondiſſe: at his ſupervacuis, & quæ ſuperant, fortunati, & beati ſumus. LAM.

46 *Et proſunt furib.* Plautus in Aulul. *Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus: Ita maniis ſunt oppletæ, atque araneis*, & Tibull. lib. 4, 1, 187. *Et domino ſatis, & nimium furique, lupoque.* LAM.

47 *Si*; *pronuncia ut irridendo magis horteris.* Vet. Schol. BAX.

49 Scib. Prætexta, ſella curulis, latus clavus, calcei lunati, faſces, lictores, comitatus, &c. Lam. ZEUN.

Species; honorum ſplendor. BAX.

Gratia; popularis aura. BAX.

50 *Qui dictet nomina.* qui moneat quo quiſque civis nomine appelletur: qui nomina civium inſuſurret, ut eos nominatim ſalutemus, rogemuſque, ut nobis petentibus ſtudeant, ac ſuffragentur ad honorem obtinendum. LAM.

Qui dictet nomina; Nomenclator hic erat qui ſingulorum civium & nomina & conditiones noverat. BAX.

Sævum qui fodicet; ſic plerique ſcripti Codices & Cruquii & Torrentii, pro *lævum qui fodiat:* Scholiaſtæ ſilent. Et bene *Sævum & fodicet*, quo ſtudium & properationem oſtenderet, quod & ſequentia firmant. Bentleius tamen retinuit *lævum*, indicta cauſa. BAX. Sed *lævum* poſcit *dextra*, & favent illi auctoritates: *ſævum* nimis hic ſævum eſt. *Fodicet*, ſubinde fodiat. Cf. Ter.: Hec. 3, 5, 17. GES.

51 *Qui fodiat latus.* Manſit hoc, ex vetuſtis Editionibus acceptum. At membranae vetuſtiores FODICET, ut ab omnibus notatum. Ita noſtri Leidenſis & Graevianus habent cum Magdalenenſi. In Reginenſi & Voſſiano *Fodiet*, proxime ad verum: in ſequioribus *Fodiat*. *Fodicare* habes apud Plautum, Ciceronem; alios. BENTL.

Et cogat trans pondera, &c. cogat herum trans ſaxa, aut trabeis magni ponderis quæ vel machinis attolluntur, vel plauſtris vehuntur in viis, dextram porrigere ad aliquem civem apud tribuleis ſuos gratioſum, in via ſaxis impedita laborantem, ſublevandum. ſic Propert. lib. III, 2, 23. et ſq. ſaxa pyramidum, & ſumtuoſorum ſepulcrorum, *pondera* appellat, *Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores, Annorum aut ictu pondera victa ruent.* Officioſum autem eſt in anguſtiis, & turba, manus alteri ſubjicere, & laborantem manibus ſublevare. Tibull.

Porrigere: Hic multum in Fabia valet, ille Velina;
Cui libet is faſces dabit, eripietque curule
Cui volet importunus ebur: Frater, Pater, adde;
Ut cuique eſt ætas, ita quemque facetus adopta.

Si,

bull. lib. 1. eleg. 6, 27, & ſq. *Pauper in anguſto fidus comes agmine turbæ, ſubjicietque manus, efficietque viam.* Quod ſi quis malet ita accipere hæc verba, *dextram porrigere*, ut pertineant ad geſtum prenſantis candidati, & gratioſo alicui in via ſupplicantis, ac blandientis, non magnopere repugnabo. ſolebant enim candidati ſingulorum manus eorum, quibus ſupplicabant, apprehendere: immo vero ex ſingulis tribubus gratioſiſſimos quoſque ſibi adjungere, eoſque etiam in campum ſecum producere, ut ab iis univerſo populo magis commendarentur, cum ille ſuo nomine quodammodo peteret. Et ita fortaſſe intelligenda ſunt ea verba, quæ ſtatim ſequuntur, *Hic multum in Fab. valet, ille velina.* Lam.

Trans pondera; trans ſarraca ſaxis vel trabibus onuſta. Bax. Aut *trans pondera* togæ jam ſuſceptæ ab infimo limbo, qua antea tegebatur manus, ut vult Ferrar. de re Veſt. 3, 2: aut, quod ad Fabri & Stephani theſauros mihi placere oſtendi, *trans pondera*, ultra æquilibrium corporis, cum periculo cadendi. Fodit latus lævum candidati nomenclator; alacris nimium & cupidus candidatus ita protendit dextram, ut æquilibrium pene perdat, &c. *Pondera* de æquilibrio dici, ſatis oſtendit Ovid. Met. 1, 13. *Ponderibus librata ſuis tellus.* Ges.

52 *Hic mult. in fab. val. ille vel.* verba ſunt nomenclatoris hortantis dominum, ut gratioſis apud ſuas tribus hominibus, blandiatur, eoſque ſalutet comiter. hic (inquit) multum valet gratia, & auctoritate in tribu Fabia, ille in Velina. quare da operam, ut eum tibi adjungas, & concilies, ſi magiſtratum, quem petis, obtinere vis. Velina autem tribus fortaſſe a lacu Velino dicta eſt: Fabia a Fabiis. Lam.

Fabia & *Velina* Tribuum nomina ſunt. Bax. Tribuum ſuffragia petebant paullo ante candidati per ſe, et per homines gratioſos, qui dicebantur *tribum conficere* alicui &c. Ges.

53 *Cuilibet hic faſces dabit.* Ita codices proletarii cum editionibus: neque quidquam adnotant Interpretes; niſi quod ſolus Berſmannus in uno ſuo is pro hic extitiſſe memorat. At nos in veteribus noſtris, Graeviano Reginenſi, & Voſſiano ſic invenîmus.

hic multum in Fabia valet, ille Velina:
Cui libet is *faſces dabit, eripietque curule*
Cui volet importunus ebur.

Rectiſſime. *Hic*, *ille*, is; ubi *Is*, tertium quendam ſignificat: at *Hic* idem erit qui primus, prorſus contra mentem auctoris. Illud deinde *Cuilibet* ineptum plane eſt & abſurdum. An is *cuilibet*, hoc eſt, *cuivis*, *cuicunque obvio*, τῷ τυχόντι, dabit faſces? an omnibus aeque favet, & neminem habet eximium? Immo disjunge voces; ut *cui libet* perinde ſit, ac ſequente verſu *cui volet*. Ovidius Triſt, III. 7, 41.

Nempe dat id. cuicunque libet *Fortuna, rapitque.* Bentl.

Recte Bentleius diviſim poſuit *Cui libet*, & *is* pro *hic*, idque autoritate Librorum idoneorum. Bax.

Faſces, Conſulatum. Bax.

Curule ebur; ſellam curulem, & per hoc Ædilitatem. Eburneo feretro vehebantur in Curiam Ædiles. *Virga quam Imperator in Curiam ferebat, Curulis vocabatur.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

54 *Importunus*; Comica feſtivitate *importunum* dicit præ nimia potentia ferocientem. Bax.

Blandi *Fratres* coævos compellabant, & natu majores *Patres*. *Vis Frater ab illis Illibus.* Juvenalis. 5, 135 Bax.

55 *Facetus*,

Si, bene qui cœnat, bene vivit; lucet, eamus
Quo ducit gula: piſcemur, venemur; ut olim
Gargilius, qui mane plagas, venabula, ſervos,
Differtum tranſire forum populumque jubebat,
Unus ut e multis populo ſpectante referret
Emtum mulus aprum. Crudi tumidique lavemur,
Quid deceat, quid non, obliti, Cærite cera
Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſei,
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.

Si,

55 *Facetus*, comis. *Faceto* ſemper adeſt quod dici convenit: eſt enim quaſi *fando cietus*. Bax. *Adoptare* dicitur etiam filius patrem, ut Hammonem Alexander. Ges.

56 vivit bene. Cun.

Lucet; ſupple, cum primum. Bax.

57 *Quo ducet*. ſic habent libri veteres longe plures. alii *ducit*. Lam

58 *Gargilius luxurioſus ac perditus fuit, qui ſe venari ſimulabat, dum emeret apros*. Vet. Sch. Bax.

59 transferre domum. Cun.

Per famam & populum. Juvenal. 1, 72. Bax.

Bentleius auſus eſt reponere *campum* pro *populum*; neque vidit *forum* modo non eſſe a *populo* diverſum. Nullibi tamen comparet vox *campum* præterquam in Horatio ſuo nuper edito. Verum auribus erat adeo delicatis, ut non poſſet, vel in Satyrico carmine, iſtam repetitionem ferre, *populum* & *populo*. Nobis non licet eſſe tam diſertis. Bax. Mane jubet Gargilius ſervos cum apparatu venatorio tranſire plenum forum, & populum adeo dividere ac dimovere; ridiculo eventu, ut eodem populo ſpectante veſperi referret aprum unum, eumque non a ſe captum ſuis in prædiis, ſed emtum nummo. Magnam vim elegantium verborum hic perdidit vir doctiſſimus. *Populi* nomen bis poſitum: hujus enim oculos maxime captabat Gargilius, alioqui ſummo mane ſ. de nocte exiturus. Ges.

60 *Unus ut e multis*; nam & multos habuit ad majorem pompam & ſtrepitum, ut oculos populi ad ſe converteret. Bax.

61 *Crudi tumidique lav*. Perſius Sat. III, 98. *Turgidus hic epulis atque alho ventre lavatur*. Id autem factitabant quo novam ſibi famem compararent. Torr.

Crudi; etiam a cœna lavabant luxurioſi alteram venantes famem ad medias noctes. Bax. Cf. Pers. 3, 98 & quæ ibi Cauſab. Ges.

Tumidi, cibo potuque repleti. Zeun.

62 *Cærites tabulæ erant civium ærariorum, qui tribu movebantur*. Torrentius. *Qui aliquid flagitii admiſerat in Cæritum tabulas relatus eſt*. Vet. Schol. Cruq. *Victis Cæritibus Romani in percutiendo fœdere non dederunt ſuffragii ferendi jus*. Vet. Schol. Bax. Quin pro beneficio Cæritibus data civitas, ſed ut tum ſolebat, ſine ſuffragio. Res nota. Ges.

63 *Vitioſos ideo ait, quia nec apud Ulyſſ Circen poculis ejus, nec apud Sirenas cantibus, ſibi temperare poterant*. Vet. Schol. Bax. Omiſit, ſuo more, comparandi particulam: ſimus tales, quales Ulyſſis ſocii. Ges.

65 *Mimnermus*

Si, Mimnermus uti censet, sine amore jocisque
Nil est jucundum; vivas in amore jocisque.
Vive, vale: siquid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

EPISTOLA VII.

AD MÆCENATEM.

Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax desideror. Atqui,
Si me vivere vis, recteque videre valentem;
Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti,
Mæcenas,

68 imparti *G. Cun.* si nil *coll. Sax.* 3 *Sic G. Med.* 1477. *Ven.* 1479. *Flor.* 1482. *Med.* 1502. *Loch.* vis sanum recteque val. *al. MSS. Mus. Br. B. C. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* recte sanumque *Mf. Mus. Br. D.*

65 *Mimnermus* Poeta erat Venereus, cujus hi duo versus a Cruquio referuntur ex Plutarcho, & a Mureto ex Stobæo: Τίς δὲ βίος; τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης; Τεθναίην ὅτε μοὶ μηκέτι ταῦτα μέλοι. Bax.

66 Deest conclusio, ergo etiam si virtus est summum bonum, danda illi est opera. Cf. v. 29 sq. Ges.

67 *Novisti*; didicisti. Bax.

68 *Candidus*, *benignus*, *sine invidia*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Hoc sumptum videtur ex Isocrate ad Nicoclem, Χρῶ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ζήτει βελτίω τούτων. Vir elegans Jacobus Cruquius. Bax.

Argumentum. Otium anteferendum divitiis.

1 *Quinque dies*; supple duntaxat. Bax.

Rure, apud villam. *Rure* Poetæ dicunt pro *ruri*, autore Servio; quod monuit Cruquius. Bax.

2 *Desideror*; absum, expector. Bax.

Atqui, fidenter & ex abrupto. Bax.

3 *Si me viv. v. s.* in duobus cod. Vat. Jannoct. Turnesiano, Clericano, & uno Nicotiano, & aliis duobus item manuscr. Russard. & uno meo, scriptum est, *Si me vivere vis recteque videre valentem.* quam scripturam probo, neque tamen receptam damno. hoc tantum dico, mihi videri alteram potiorem, & probabiliorem. Lam.

Si me vis vivum, sanum, recteque valentem. Cun.

Valde mihi placet hic versus, qualem ex MS. primisque editionibus reposui: *sanum* illud cum *recte valentem* positum abundat: in *videre* est dulcedo quædam & ἦθος, quod intelligunt soli qui amarunt. Ges.

Mæcenas, veniam; dum ficus prima calorque
Deſignatorem decorat lictoribus atris;
Dum pueris omnis pater et matercula pallet;
Officioſaque ſedulitas, et opella forenſis
Adducit febres, et teſtamenta reſignat.
Quod ſi bruma nives Albanis illinet agris,
Ad mare deſcendet vates tuus, et ſibi parcet,
Contractuſque leget; te, dulcis amice, reviſet
Cum Zephyris, ſi concedes, et hirundine prima.
Non, quo more pyris veſci Calaber jubet hoſpes,
Tu me feciſti locupletem. ¶ Veſcere ſodes.

¶ Jam

9 Adducint—reſignant *Mſ. Mus. Br. G.* 13 concedas *Mſ. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

5 ficus dum. Cun.

Ficus prima, pro primus autumnus, facete. Bax.

6 *Deſignatorem*. Duo codices *diſſignatores*. Torr.

Deſignatores ſunt funerum mancipes, & ordinatores; nam deſignare eſt ordinare; unde & qui loca in Theatris ſpectatoribus diſtribuebant deſignatores dicebantur. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Belle *decorat*, tanquam de Magiſtratu aliquo majore. Bax.

7 *Matercula*, miſella mater. Bax.

8 *Officioſaque ſedulitas*; in matutina ſalutatione & in deductione ad Forum; ut primus ſcilicet omnium compareat. Bax.

Opella forenſis, qua defendit amicorum cauſas. Bax.

9 *Teſtamenta reſignat*. per teſtamentorum reſignationem, mortem ſignificat. nam mortuo teſtatore, teſtamentum reſignatur, id eſt, aperitur. Lam.

Reſignat; detractis ſignis aperit. Bax.

10 *Albanis*, *Latinis*, Vet. Schol. Cruq. Nam Alba olim Latii caput. Bax.

11 *Ad mare deſcendet*. ad civitatem maritimam, Tarentum fortaſſe. ibi namq. ode 6, li. 2. ait brumam eſſe minus aſperam, inquiens, ver ubi longum, tepidaſque præbet Jupiter brumas, &c. Cruq.

Ad mare; *quod per hiemem calorem præſtat, & æſtate frigus*. Vet. Schol. Cruq. Bax. Vid. ad Epiſt. 1, 15, 18. Ges.

Sibi parcet; ſibi indulgebit cavendo a frigore. Bax.

12 *Contractus*; *præ frigore*. Vet. Schol. Cruq. Rigidulus erat Horatius. Bax. *Contractus* in parvum cubiculum: quod facile vaporetur, jacens in lectulo, involutus veſtibus. Ges.

14 *Calaber*, *Apulus* vel *Tuſcus* pro quovis ruſtico dici ſolebat: modo autem populares ſuos ſuaviter deridet. Bax.

Senſus eſt: Tu mihi non munera ea dediſti, quæ ipſe ſperneres, ſed magna & magni a me facienda merito. Zeun.

16 *Ve*

¶ Jam ſatis eſt. ¶ At tu quantumvis tolle. ¶ Benigne.
¶ Non inviſa feres pueris munuſcula parvis.
¶ Tam teneor dono, quam ſi dimittar onuſtus.
¶ Ut libet: hæc porcis hodie comedenda relinquis.
¶ Prodigus et ſtultus donat quæ ſpernit et odit.
Hæc ſeges ingratos tulit, et feret omnibus annis.
Vir bonus et ſapiens dignis ait eſſe paratus;
Nec tamen ignorat quid diſtent æra lupinis.

Dignum

19 relinquis *Zar. Cun.* relinques *al. & MSS. Mus. Br. A. B. C. D. F. G.*

16 *At tu, quantum vis tolle b.* verba ſunt Calabri hoſpitis, Tolle (inquit) pirorum quantum vis. deinde ſubjicitur viatoris reſponſio, *benigne*, quem Calaber piris vult onerare, hoc modo, *benigne*, id eſt, hui, liberaliter mecum agis: verum habeo tibi gratiam: tua liberalitate non utor. alii legunt, *tolle benigne*, conjunctim, & volunt hoc totum eſſe Calabri ſermonem, ut ſit hic verborum ſenſus, tolle liberaliter, & largiter, & quantumvis. quos non refello quidem, veruntamen placet mihi magis prior explicatio. *benigne* enim qui reſpondet, honeſte & pudenter rejicit, atque aſpernatur. quod autem quidam ſic explicant, *benigne* eſt blande recuſatis. eſt enim perinde ac ſi diceret, excuſatum me habeas: non ſatis eleganter loquuntur, aut dicunt quod ſentiunt. debuerunt potius ſic dicere. benigne eſt modeſte & pudenter rejicientis: perinde ac ſi quis ita dicat, ignoſcas mihi velim, ſi non utor tua liberalitate, &c. ſupra autem admonuimus, *benignus*, & *benigne* idem valere, quod liberalis, ſeu largus: & liberaliter, ſeu large. tolle autem, id eſt, ſume, vel aufer. Lam.

Benigne; *humane facis, & gratias ago.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

18 Senſus eſt: Non poſſum mecum ferre; ſed exiſtimes velim, donum, quod offers, mihi non minus placere, quam ſi illo onuſtus domum abirem. Zeun.

19 *Hæc* & *hodie* commendandi habent Emphaſin, & Comice proferuntur. Bax. Fit actio illa vividior, ſi legamus *relinquis:* magis urget bonus Calaber hoſpitem ſuum. Ges.

20 ac ſtultus. Cun.

Stultus, rudis, agreſtis, imperitus. Bax.

Odit, faſtidit, nauſeat. Bax.

21 *Hæc ſeges*; hic ager, hoc genus hominum. Bax.

Ingratos; *qui gratiam non queunt mereri.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Omnibus annis: in omne ævum: dum Sol & Luna ſunt. Bax.

22 *Ait:* h. e. libenter ait, nec renuit. Bax.

Quinque Cruquii Codices pro *paratum* legerunt *paratus*, quam lectionem Gulielmus Canterus primus ex Soſipatri Chariſii Inſtitutionibus eruebat. Bax.

23 *Nec tamen ign. quid diſt. æra lup.* id eſt, nec tamen ignorat quid interſit inter bonos & malos nummos: & ita Acron, ſi modo Acronis verba ſunt. Natum à conſuetudine comicorum, qui in ſcena lupinis, ſeu numis ex lupino factis, utebantur pro veris, & aureis, ſeu æreis. Iccirco Plautus (Poen. III. 2, 20.) lupinos, aurum comicum appellat. Quin etiam hodie pueri in Italia ex lupinis nummos imitari ſolent. Verum ne quid diſſimulem, M. Antonius

Dignum præſtabo me etiam pro laude merentis.
Quod ſi me noles uſquam diſcedere, reddes
Forte latus, nigros anguſta fronte capillos;
Reddes dulce loqui; reddes ridere decorum, et
Inter vina fugam Cinaræ mœrere protervæ.
Forte per anguſtam tenuis nitedula rimam
Repſerat

29 Vulpecula *MSS. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Muretus cum hic Lutetiæ, quattuor ab hinc annos nobiſcum eſſet, veram hujus loci explicationem mihi & Turnebo indicavit. LAM.

Parvuli hoc ignorant, quibus lupini ſunt pro nummis. Aleatoribus hi erant pro calculis, [vid. l. 1. Cod. de Aleatoribus] unde natum Proverbium. Oſtendit etiam Muretus ex Plauti Pœnulo [3, 2, 20] hos fuiſſe *aurum Comicum*, prodente Turnebo in Adverſariis. BAX.

24 *Pro laude*; pro merito. BAX. Ob hanc ipſam quoque cauſam dignum me præſtabo beneficiis tuis, Mæcenas, ut tu lauderis digno tribuiſſe. *Pro* hic ponitur ut Lucr. 5, 2. *Quis potis eſt dignum pollenti pectore carmen Condere pro rerum majeſtate*, i. quale poſcit majeſtas rerum: ita hic qualem requirit laus bene de me merentis. Hæc nunc placent præ Tmeſi *promerentis*, & præ conſtructione *dignum pro laude*. GES.

26 *Forte latus*, h. e. ſpiritum & inceſſum. BAX.

Anguſta fronte, a multis capillis tecta, quemadmodum eſt in Juventute. ZEUN.

28 *Fugam*; quia ſe ſubduxerat ebrio. BAX.

Fortaſſis hæc res apud Mæcenatem ipſum acciderat, ipſius Mæcenatis conſilio. ZEUN.

29 *Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam.* Arrige aures, lector, & intento fac ſis animo; dum locum hunc excutimus, & ad vivum ſecamus.

Forte per anguſtum tenuis vulpecula *rimam*
Repſerat in cumeram frumenti; paſtaque rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra:
Cui muſtela procul, Si vis, ait, effugere iſtinc;
Macra cavum repetes arctum, quem macra ſubiſti.

Sic locum & editi omnes & ſcripti, quod ſciam, exhibent: noſtri certe ſine ulla litura VULPECULA: neque aliter legit Iſidorus Orig. I, 39. *Ad mores*, inquit, *ſpectat Fabula: ut apud Horatium mus loquitur muri*, muſtela vulpeculae, *ut per narrationem fictam ad id quod agatur verax ſignificatio referatur.* Sic ibi & codex manuſcriptus. Reſpicit autem ad Serm. II, 6, 80. ubi mus loquitur muri; & ad hunc de quo agimus locum, ubi muſtela vulpeculae. Jam autem ſi receptam hanc lectionem, tot licet codicibus tantaque temporis longinquitate munitam, non Librariis potius dormitantibus, quam auctori ipſi adſcribimus: vereor equidem, ne ex Horatio Bavius nobis Maeviuſve repente prodeat. Quid enim? *Vulpecula*, inquit, *repſerat in cumeram frumenti; unde paſta* (frumento ſcilicet) *redire non potuit.* Veſtram fidem, Venatores, Ruſtici, Phyſici! Frumento veſcitur Vulpecula? Quis vel fando hoc audivit, quis prodidit? Nulla profecto fame adigas vulpem; ut comedat frumentum: neque enim poteſt; cum planos latoſque dentes non habeat, quibus grana comminuat, cum ventriculus id cibi genus natura non appetat. Crediſne autem tam ſtolidum, tam vacuo capite fuiſſe Noſtrum, ut hoc neſciverit? neminem ſaltem amicorum, quibus recitare ſua conſueverat,

Repſerat in cumeram frumenti; paſtaque rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra:

Cui

30 cameram *coni. Dac. infeliciter.*

conſueverat, aut ſciviſſe; aut ſcientem erroris admonuiſſe? Incredibile prorſus: & tamen, quod jure mireris, ſolus omnium interpretum Dacierius ulcus hoc detexit; quoque ejus foetorem officioſe ab Horatio abigat, hanc lectionem comminiſcitur;

Forte per anguſtam tenuis Vulpecula rimam
Reſperat in CAMERAM *frumenti.*

Et ſic ſane Loſcherus edidit, & interpretatur *Granarium.* Sed, praeterquam quod omnes ubique codices repugnant, *cameram frumenti* ne Latinum quidem eſſe facile eſt evincere. *Camera* quippe eſt *fornix, arcus, teſtudo*; quis autem dixerit *fornicem frumenti?* ſiquidem ea non *capere* poteſt frumentum, ſed duntaxat *tegere.* Dacierius quidem ex Columella rem conficere conatur, I, 6. *Neque me praeterit ſedem* frumentis *optimam quibuſdam videri horreum* Camera *contectum.* Potemt & Frontinum ad partes vocare, Stratag. III, 4, 6. *Simulato foedere* frumenta *apud eos depoſuit: deinde data opera, ut tectorum* camerae, *in quibus id conferebatur, reſciſſae pluviam reciperent.* Quid vero ex his proficiat, non video: *cameram* quidem *horrei*, & *cameram tecti* recte hinc dixeris; *cameram frumenti* minime: ut *operculum vaſis* probe dicimus, *operculum vini aut tritici* prave & inepte: quippe, ut jam dixi, camerae, fornices, opercula tantummodo tegunt, non capiunt quidquam & continent. Sed ut hoc Dacierio condonemus; videamus quo rem deducere ſtudeat. *Si cameram*, inquit, *reponimus; ſalva erit Flacci exiſtimatio: non enim is vulpem intromittit, ut frumentum ibi comedat; ſed ut pullos & columbas captet.* Vah commentum facetum & callidum! Frugi ſane ruſticus, qui in horreum pullos admiſerit: ſarta tecta ſine dubio camera, & arcendae pluviae idonea, quae etiam columbis patuerit. Atqui, o bone, quocumque te verteris, haerebit haec Horatio macula, toto oceano non eluenda. Ipſa enim vis conſtructionis flagitat, cogit, imperat, ut vulpecula vel in camera tua frumento veſcatur. Quid enim attinebat *frumentum* hic memorare, niſi alimenti & pabuli cauſſa? An quia vera hiſtoria erat, & ſic, ut res erat, narranda? Atqui fabulam ſcimus eſſe Aeſopicam, ad arbitrium auctoris confictam: ut haud neceſſe eſſet res alienas & ad exitum fabulae non ſpectantes contra decorum immiſcere. Maneat ergo, quod in omnibus ubique codicibus viſitur, CUMERA *frumenti:* quod quid ſit, recte explicat Acron ad Serm. I, 1, 53. *Cumera vas eſt ingens vimineum; vel fictile ſimile doliis, ubi frumentum ſuum reponebant agricolae: vel vas minus, capiens quinque ſive ſex modios.* Jam autem in hujus moduli vaſe *rima*, inquit, erat *anguſta:* certe; nam per *luxam & hiantem* rimam ipſum frumentum efflueret; dominuſque quantumvis negligens maturè obturandam curaret. Atqui, ait, per hanc rimam anguſtam *macra Vulpecula* irrepſit. Quid audio? per tantillam rimulam Vulpes? vix equidem crediderim, etiamſi eſſet

Oſſa atque pellis miſera macritudine.

Neque enim, cum *Vulpeculam* dicit Noſter, tu parvum vulpis pullum accipies; ſed vulpem adultam. Ita Cicero de Offic. I, 13. *Fraus quaſi vulpeculae, vis Leonis videtur.* Quod ſi catulum vulpis hic intelligis, ipſa tum fabula non poterit recte procedere. Catulus enim, non pinguior ſolum in cumera ſed & *grandior* factus, non poterat rurſus ire per arctum cavum; etiamſi tam macer eſſet, quam cum primum intraverat. Talem igitur tu vulpem, adultam, grandem, per anguſtam cumerae rimam introducis? Quid vero nobis *cumeram* narras; qua ſodes via in ipſam domum, ubi cumera ſita erat, vulpes inſinuavit? cur hoc files? de domeſtico potius & κατοικιδίῳ animalculo, quam de vulpe ſilveſtri, fabulari ideris.

Cui muſtela procul, Si vis, ait, effugere iſtinc,
Macra cavum repetes arctum, quem macra ſubiſti.

Hac

videris. Sed ecce & majus portentum: ubi ſemel penetraverat in cumeram, ibi ſecure habitare coepit, ſilvarum & prioris vitae prorſus oblita. Non enim, ne id forte neſcias, pleno ventre, ſed *pleno corpore*, non ſatura, ſed *pinguis* tum primum exire tendebat. Quid Aeſopus, primus hujus fabulae auctor, ſecutus ſit, equidem neſcio. *Plenum* tamen *ventrem* ille potius; ſi Sto Hieronymo fides. Quo fortaſſis alludens, Cleonem exagitat Comicus, *quod vacuo ventre in Prytaneum curreret, pleno excurreret:*

ὅτι κενῇ τῇ κοιλίᾳ
Εσδραμὼν ἐς τὸ πρυτανεῖον, εἶτα πάλιν ἐκθεῖ πλέᾳ.

Sed in Horatiana hac fabula non ſaturatam modo vulpem, ſed & pinguefactam eſſe conſtat. Id quod verba ipſa declarant: *macra* enim & *tenuis* irrepſerat, *pleno corpore* exire fruſtra conabatur. Quid ſit *corpus plenum* Celſus te docebit, nempe macro & tenui contrarium, pingue, obeſum. VIII, 9. *Id agendum cibis uberioribus eſt, ut* corpus quam pleniſſimum *fiat, quo melius os veſtiat.* I, 3. Tenuis *vero homo implere ſe debet*, plenus *extenuare.* Quot igitur dies nocteſque commorata eſt in cumera Vulpes; dum ex macra & ſtrigoſa corpulentior atque habitior facta eſt? Nonne monſtri ſimile eſt, intra hoſtium parietes, inter familiae ſtrepitum, tamdiu ſecure eam veſci & dormire potuiſſe? Enimvero omnibus modis portentoſa erat ea Vulpes: cum enim Aeſopicae illae beſtiarum omnium aſtutiſſimae fuerint & calliſſimae; haec contra ſtultitiae & fatuitatis exemplo eſt; ut vel Muſtela, beſtiola illa ignobilis, quacum vulpes illae Aeſopiace vel fabulari numquam dignatae ſunt, haud paullo ſapientior inducatur. Appello jam te, quicumque es, qui vel de limine umquam Horatium ſalutaſti: poteſne in animum inducere, tam indecora haec, tam abſurda, tam incredibilia Venuſino noſtro imputanda eſſe? ut vulpes comedat frumentum; ea gratia in cumeram ſe inſinuet per anguſtum foramen vix muribus pervium: quae ipſa cumera intra ruſticum larem & clauſos parietes ſita erat; ut in ipſo pariete val janua rima alia opus fuerit, qua ad cumeram penetraverit: ibi vero, bis licet captiva, tam in cumera, quam in domo, ſecure tamen genio litaverit, donec in rebus bonis obeſula evaſerit; denique tam inops conſilii, tam aſtutiarum veterum oblita fuerit, ut qua arte egrederetur neſciverit, niſi muſtela, ſi Muſis placet, quid facto opus, irridens ſubmonuiſſet. Quin jam ipſe per te, opinor, intelligis, de *Vulpecula* minime hic agi poſſe; ſed de animalculo domeſtico, quod frumento victitare ſoleat, quod per rimulam repere poſſit, & in cumera facile latere; &, ut clare dicam, non cum *Vulpe* hic muſtelam, ſed cum MURE fabulari oportere. Sane, ut in recepta lectione prava omnia & abſurdiſſima ſunt: ita contra, ſi MUS aliquo pacto ad partes hic vocari poterit; nihil non erit argutum, ſpecioſum, venuſtum. Utrumque enim animal in domibus verſari ſolet: ut rite hic & decore Sermonem inter ſe conferant. Cicero de Nat. Deorum II, 6. *Si domum magnam pulchramque videris; non poſſis adduci, ut, etiamſi dominum non videas*, muribus *illam* & muſtelis *aedificatam putes.* Plautus in Sticho III, 2, 7.

Muſtela murem *mi abſtulit praeter pedes.*

Unde & in pluribus apud Aeſopum fabulis mus cum muſtela loquebatur: ut Ariſtoph. Veſpis p. 354. Edit. Baſ.

Ἐγὼδα τοίνυν τῶνγε πάνυ κατ' οἰκίαν
Ἐκεῖνον, ὡς ἔτω ποτ' ἦν ΜΥΣ ΚΑΙ ΓΑΛΗ.

Novi, inquit, *ex domeſticis fabulis illam, Ut erat* MUS ET MUSTELA. Denique hanc ipſam fabulam, quam ab Aeſopo Horatius tranſtulit, de *Muſtela & Mure*, non *Vulpecula*, confictam olim

Hac ego ſi compellor imagine, cuncta reſigno:
Nec ſomnum plebis laudo, ſatur altilium, nec
Otia

olim eſſe, teſtem tibi dabo exceptione omni majorem, S. Hieronymum Ep. ad Salvinam De Virginitate ſervanda: *Docet*, inquit, & *Aeſopi fabula plenum* MURIS *ventrem per anguſtum foramen egredi non valere*. Hic igitur nobis Mus e latibulo ſuo excitandus eſt; ut Horatio periclitanti ſuppetias ferre poſſit. Sed unde, inquies, talem, qui verſum hiantem implere poſſit & labantem ſuſtinere? Ecce igitur tibi, qui & id facere queat, & Librariis ignotus facile eis pro Mure *Vulpecula* videri poſſit. Lege enim,

Forte per anguſtam tenuis NITEDULA *rimam*
Repſerat in cumeram frumenti.

Nitedula, ſive *Nitela* eſt mus agreſtis, μῦς ἀγρεαῖος, frumento victitans, & areas & cumeras agricolarum infeſtans. Virgil. Geog. I, 181.

Tum variae illudunt peſtes, ſaepe exiguus mus
Sub terris poſuitque domos atque horrea fecit.

ubi Servius ad locum: *Exiguus mus*, NITELA, *mus agreſtis rubens; cujas Cicero meminit in Seſtiana*. Extat is locus Ciceronis, Pro Publio Sextio. c. 33. *Quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta* NITEDULA *rempublicam cenaretur arrodere*. Sic libri ſcripti editique: & ne de lectione dubites, faciet Priſcianus p. 613. *Vepres*, ait, *vepreculae, ut Cicero pro Seſtio*: *Vepreculis extracta* NITEDULA. Arnobius lib. II. p. 95. Edit. Heraldi: *Non enim ſi negemus muſcas, ſcarabeos, & cimices,* NITEDULAS, *curculiones, & tineas omnipotentis eſſe Dei opus*. Plin. Hiſt. VIII, 57. *Senium (glirium) finitur hiberna quiete: conditi enim & hi cubant: ſimili &* NITELIS *quiete:* ubi priſca editio, NITEDULIS. Gloſſae Philoxeni: NITELA, δενδροβάτης. Quid amplius vis; niſi forte ut *nitedulam* priores duas ſyllabas producere oſtendam? atqui illud quoque in promtu eſt. Prima in verſu producta eſt, apud Martialem V, 38, 7. Sq.

Quae crine vincit Baetici gregis vellus,
Rhenique nodos, aureamque NITELAM.

Quod ad ſecundam attinet; cum *Nitedula* eâdem terminatione ſit, qua *Acredula, Monedula, Ficedula, Querquedula*; eaſdem cum illis menſurae leges habere debet: atqui illa verba ſecundam longam habent. Ovid. Metam. VII, 468.

Nigra pedem, nigris velata Monedula *pennis.*

Cicero Divin. I, 8.

Et matutinis acredula *vocibus inſtat.*

Martialis XIII, 5, 1.

Cerea quae patulo lucet ficedula *lumbo.*

BENTL.

Patet ex Sancti Hieronymi Epiſtola ad Salvinam beſtiolam iſtam genus fuiſſe muris. Ita enim Dacerius Hieronymi verbis; "Do-"cet Æſopi fabula plenum muris ventrem "per anguſtum foramen egredi non valere." Reſcribendum igitur cum Bentleio *nitedula* pro *vulpecula*. Erat autem *nitedula*, ſive *nitela*, Graecis μῦς ἀγρεαῖος, quem vulgo vocabant Δενδροβάτην, quod oſtendunt Philoxeni Gloſſae. Moris fuerat Librariis etiam corrumpere quae non valebant intelligere. Vide eruditiſſimum Cuningamium. BAX.

30 *Cumera vaſis frumentarii genus, factum ex vimine admodum obductum*. Vet. Schol. Vide Sat. 1, 1, 53. BAX.

34 Sex Cruquii Scripti Codices legerunt *compellor* pro *compellar*, quod magis Horatianum eſt. *Compellari* autem eſt jure arceſſi. BAX.

Reſigno; ſatis aſpere. Vet. Schol. Cruq. *Reſignare autem eſt conventum irritum facere*. Torrentius. BAX. Conf. Car. 3, 29, 54, ubi cum ipſa fortuna ſic agit. GES.

35 *Altilium*. animalium, quae eo conſilio aluntur, ut ſaginentur, & ſaginata edantur: epularum exquiſitarum, & ſumtuoſarum. LAM.

Altilium; domi poſitarum avium. Vet. Schol. Cruq.

Otia divitiis Arabum liberrima muto.
Sæpe verecundum laudâſti; rexque paterque
Audiſti coram; nec verbo parcius abſens:
Inſpice, ſi poſſum donata reponere lætus.
Haud male Telemachus, proles patientis Ulyſſei,
Non eſt aptus equis Ithace locus; ut neque planis
Porrectus ſpatiis, neque multæ prodigus herbæ:
Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.
Parvum parva decent: mihi jam non regia Roma,
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.
Strenuus et fortis, cauſiſque Philippus agendis
Clarus, ab officiis octavam circiter horam

Dum

40 ſapientis Ulyſſei *Mſ. Mus. Br. C.* 41 Ithacæ *vulg.* 42 nec multæ *MSS. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Cruq. Bax. Nam facile *qui ſatur eſt pleno laudat jejunia ventre.* Negat ſe tum demum laudare otium, cum ventrem expleverit deliciis: ſed ſe æquo animo commodis etiam vitæ urbanæ atque aulicæ renunciare. Ges.

37 *Paterque, Patronus*; Mire igitur *verecundum* pro gratum poſuit, *quod jam aſperior fuerat*, ut ait Vet. Schol. Cruq. Bax.

41 Ἐν δ' Ἰθάκῃ ἔτ' ἄρ' δρόμοι ἐυρέες, ἔτ' ἔτι λειμών, Odyſſ. Δ, 605. Bax.

Bene Bentleius *Ithace* in Nominativo, atque ita etiam ille edidit. Bax.

42 *Porrectus ſpatiis.* loca porrecta a Julio Cæſare dicuntur lib. 2. de bello Gallico, neque montibus interſepta, neque ſilvis impedita. ſic enim loquitur ille, *Cum ſe illi identidem in ſilvas ad ſuos reciperent, ac rurſus è ſilva in noſtros impetum facerent, neque noſtri longius, quam, quem ad finem porrecta, atque aperta loca pertinebant, &c.* Lam.

43 *Atride*, Menelaë.

Ἵππως δ' εἰς Ἰθάκην ἐκ ἄξομαι. Odyſſ. Δ, 601. Bax.

45 *Vacuum*; ob paucos incolas atque ob otium: Dilogως. Bax. *Imbelle*, Tarentum, quia ob mercaturam abundabat divitiis, notum erat ob luxum et molles effeminatoſque incolarum mores. Zeun.

46 *Philippus. L. Philippus eloquentia, gravitate, florentiſſimus civitatis*, ut ait Cic. orat. pro Quinctio 22. de eodem ſic in Bruto, 47. *Duobus igitur ſummis, Craſſo, & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, &c.* Lam.

ac fortis. Cun.

Strenuus & fortis, efficax & generoſus. Bax.

Lucius Marcius Philippus Conſularis & Cenſorius. Torrentius. Bax. Videtur fuiſſe ille Ciceronis æqualis pater ejus, qui vitricus Auguſti fuit. Ges.

47 *Ab Officiis*; a defendendis amicorum cauſis apud Forum. Bax.

48 *Carinas*

Dum redit, atque Foro nimium distare Carinas
Jam grandis natu queritur, conspexit, ut aiunt,
Adrasum quendam vacua tonsoris in umbra,
Cultello proprios purgantem leniter ungues.
Demetri (puer hic non læve jussa Philippi
Accipiebat) abi ; quære, et refer ; unde domo ; quis ;
Cujus fortunæ ; quo sit patre, quove patrono.
It, redit, et narrat ; Vulteium nomine Menam,
Præconem, tenui censu, sine crimine notum ;

Et

50 Abrasum *MSS. Mus. Br. B. D. F.*

48 *Carinas*. hac in urbis regione Philippi domus erat. ibidem etiam Ciceronis : ibidem & Pompeii magni. notus jocus Sext. Pompeii in M. Antonium, qui domum Pompeii occuparat. quem referunt cum alii, tum Plutarch. in Anton. & Paterculus 2, 77, 1. Paterculi verba sunt hæc, *haud absurde Sex. Pompeius, cum in navi Cæsarem, & Antonium cena exciperet, dixit, in Carinis suis se cenam dare*. Carinas, lautas appellat Virgil. Æneid. 8, 361. ibi, *passimq. armenta videbant, Romanoque foro, & lautis mugire Carinis :* vel propter ædificiorum elegantiam (inquit Servius) vel propter Augustum, qui à Curiis veteribus natus est, & in Carinis nutritus ac sublatus, dictæ autem Carinæ à carinarum navis similitudine.

Lam.

Carinæ locus est ad Tellurem, ubi est Pompeiana domus. Vet. Sch. Et domus etiam hujus Philippi. Bax.

50 *Adrasum* ; commendatio hæc erat novaculæ. Bax. Puto intelligi ἐν χρῷ κειρίαν, rasum ad cutim usque, parci hominis indicium, qui nollet sæpe nummum tonsori dare. Vid. 1, 18, 7. Non omisit hoc in parci s. μικρολόγου charactere Theophrastus, & illustravit Casaubonus. Non audiendus est Marcilius, qui libertinæ conditionis hoc insigne dicat. Ne servi quidem externo signo discerni ab ingenuis poterant. Et interrogat Philippus, *quo patre*, si ingenuus : *quove patrono* si libertinus. Ges.

Vacua otiosa. Bax. Quia in Tonsorum officinas solebant convenire homines otiosi. Zeun.

Umbra ; Pergula hæc erat. Bax.

51 *Cultello proprios purg.* quidam libri veteres habent *Cultello proprio :* in his Nicotianus unus, præterea nonnulli alii habent *resecantem* pro *purgantem*, sed hoc *resecantem*, tamquam ex annotatione natum, reseco, ac rejicio, *proprio*, probo, ut cohæreat cum voce *cultello*.

Lam.

Leniter ; vacui animi indicium. Bax.

52 Lævus. Cun.

53 Quære, refer, unde domo, qui. Cun.

Unde domo, quis ? sic loquitur Virgil. Æneid. 8, 114. *Qui genus ? unde domo ? pacemne huc fertis, an arma ?* Propert. 1, 22, 1. *Qualis, & unde genus : qui sint mihi, Tulle, Penates.*

Lam.

Unde domo ; Romanus an hospes.

Bax.

55 Enarrat. Cun.

56 *Præconem*. præconis munus erat in comitiis tribus citare : qui magistratus essent

Et properare loco et ceſſare, et quærere, et uti,
Gaudentem parviſque ſodalibus, et lare certo,

Et

58 curto *Heinſ. ad Ovid. Faſt.* 2, 645 & *Bentl. ex* 2 *MSS.*

creati, renuntiare: leges, quæ ſuadebantur, pronuntiare: in judiciis, judices, teſteis, reos citare: in auctionibus, rerum pretia declarare. LAM.

Praeconem tenui cenſu, ſine crimine notum. Sic habent omnes typis cuſi, & codices plerique. *Sine crimine notum*; id eſt, notae hominem probitatis & innocentiae. Ovid. Amor. I, 3, 13.

Et nulli ceſſura fides, ſine crimine *mores*,
Nudaque ſimplicitas, purpureuſque pudor.

& Triſt. IV, 3, 47.

Denique &, ut vixi, ſine crimine *mortuus eſſem.* Seneca Phoeniſſ. 513.

Sine crimine *exul.*

Quintil. Declam. CCCI. *Non ſum quidem locuples; ſed quotus quiſque?* Inops cenſu, *ſed integer*, ſine crimine, *ſine fabula: non indignus aliquando huic diviti viſus, qui amicus vocarer.* Capitolinus in Marco c. 10. *Multis* pauperibus, ſine crimine, *dignitates conceſſit.* Recte ergo defendi poteſt lectio recepta. Sed cum vetuſtus Georgii Fabricii liber & alter Henrici Stephani ſic praeferant,

Praeconem tenui cenſu, ſine crimine NATUM;

hoc eſt, certo patre, honeſtis parentibus: Hoc potius amplecti videtur vir egregius; cum, ut ait, his verbis reſpondeatur ad quaeſtionem Philippi, *Quo ſit patre?* cui alias nihil reſponſi dabitur. Iterum Ovidius Amor. III, 4, 39.

In qua Martigenae non ſunt ſine crimine nati.
Romulus Iliades, Iliadeſque Remus.

Triſt. II, 293.

Pallade conſpecta, natum de crimine *virgo*
Suſtulerit quare, quaeret, Erichthonium.

Metam. IX, 24.

Nam quod te jactas Alcmena matre creatum,
Jupiter aut falſus pater eſt, aut crimine *vero.*

Silius VI, 439.

veſtigia noſtri
Caſta tori domus, & patrium ſine crimine *ſervat*
Inviolata larem.

Livius IV, 3. *Servium Tullium, captiva Corniculana natum, patre nullo*, & XXXIX. 53. *Illum, ut ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere.* Cicero pro Roſcio c. 16. *Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo naſcerere.* In Verrem III, 24. *Homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato.* Hoc igitur & nos ſequamur; etſi, utrum ex duobus ab Horatii manu fuerit, ſcire hodie non datur; & Interpretes, opinor, ſemper inter ſe diſſidebunt. BENTL.

Notum; h. e. multis notum: nam ſubdiſtinguendum puto poſt *crimine.* Neque enim placet Bentleii *natum.* Non erat laus egregia, praeſertim illis temporibus, non fuiſſe nothum. BAX. At mihi videtur laus eſſe, ſi quis *notus ſit ſine crimine*, i. e. ab innocentia potius nobilis, quam nobilitatus flagitiis, aut ob ignaviam obſcurus. Itaque delevi inciſum poſt *crimine.* GES.

57 *Properare loco*; ſedulam operam navare, ubi res poſtulabat. BAX.

Ceſſare: interquieſcere; *otiari.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Et quærere, & uti. quærit rem avarus, ſed non utitur: ut ſat. 2, 3, 109. *Qui nummos, aurumque recondit neſcius uti Compoſitis, metuenſque velut contingere ſacrum*, & epiſt. de arte poët. 170. *Quærit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti.* hic Mæna autem rem quærebat, & rebus quæſitis, ac partis utebatur. LAM.

58 *Et Lare certo.* domicilio certo, ac ſtabili, non vita vaga. LAM.

Lare certo; avito, non a Patrono ſibi ad libitum conceſſo; nec a voluntate Domini pendente. Bentleii *lare curto* pro *certo* mihi non probatur.

Et ludis, et poſt deciſa negotia Campo.
Scitari libet ex ipſo quæcunque refers: dic
Ad cœnam veniat. Non ſane credere Mena:
Mirari ſecum tacitus. Quid multa? Benigne,
Reſpondet. ¶ Neget ille mihi? ¶ Negat improbus, et te
Negligit aut horret. ¶ Vulteium mane Philippus
Vilia vendentem tunicato ſcruta popello
Occupat, et ſalvere jubet prior. Ille Philippo
Excuſare laborem, et mercenaria vincla,
Quod non mane domum veniſſet; denique quod non
Providiſſet eum. ¶ Sic ignoviſſe putato

Me

60 licet *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* quodcunque *MSS. Mus. Br. A. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 63 Negat *vulg. & MSS. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

probatur. *Certo lare*, ne talis videatur, qualem deſcribit Epiſt. 1, 15, 28. Ges.

59 *Ludis*, ſupple *ſcenicis*. Bax.

Deciſa; abſoluta, finita. Bax.

Campo, ſupple *Martio*. Bax.

60 *Scitari*, *audire*. Vet. Schol. Bax.

61 *Credere*, ſupple *potuit*. Bax.

62 *Benigne*, *ſermo vulgaris eſt*; *gratias agit*. Vet. Sch. Et ſe excuſat. Bax.

63 Melius ex Libris *Neget* pro *negare poſſit*. Et ſic Bentleius ex vetuſtiſſimis Membranis. Bax.

Temperanter dicimus *improbus* pro ſceleſtus, & impudens. Bax.

65 *Tunicato*. qui tunicis, non togis, propter egeſtatem, utebatur. [Cornel. Tacitus dialogo oratorum, 7. *quod ſæpius vulgus imperitum, & tunicatus hic populus tranſeunteis nomine vocat, & digito demonſtrat.*] Lam.

Tunicato popello; h. e. ruſticis; nam illi non utebantur toga. *Pars magna Italiæ eſt (ſi verum admittimus) in qua Nemo togam ſumit niſi mortuus.* Juvenalis 3, 171. Bax. Sed etiam urbani opifices & tabernarii tunicati: expeditiores nempe ad opus faciendum. Ges.

Scruta. vetera, & fracta ferramenta, pannos veteres, vaſa dimidiata, & ſimilia. Lucillius apud Gell. lib. 3, 14. *Quidni? & ſcruta quidem ut vendat ſcrutarius laudat. Præfractam ſtrigilem, ſoleam improbus dimidiatam.* γρύτη & γρητάρια nominant Græci, unde γρυτοπώλης, qui vaſa fracta, & ſimilia vendit. Lam.

Scruta: Huc facit Lucilii Diſtichon: *Quidni? Et ſcruta quidem ut vendat ſcrutarius laudat; Præfractam ſtrigilem, ſoleam improbus dimidiatam.* Græcis γρυτάρια dicuntur *ſcruta*, & *ſcrutarius* γρυτοπώλης, ut oſtendit Cruquius. Bax.

66 *Occupat*; *prævenit ſalutando*. Vet. Sch. Bax.

ac ſalvere. Cun.

68 *Mane domum*; ſalutatum de more clientium. Bax.

69 *Proviſiſſet*. mendoſe in nonnullis libris legitur *prævidiſſet*, cum ſit legendum *proviſiſſet*: id eſt, prævifiſſet, ſeu antevifiſſet: quo verbo

Me tibi, ſi cœnas hodie mecum. ¶ Ut libet. ¶ Ergo
Poſt nonam venies: nunc i, rem ſtrenuus auge.
¶ Ut ventum ad cœnam eſt, dicenda tacenda locutus,
Tandem dormitum dimittitur. Hic, ubi ſæpe
Occultum viſus decurrere piſcis ad hamum,
Mane cliens et jam certus conviva, jubetur
Rura ſuburbana indictis comes ire Latinis.
Impoſitus mannis, arvum cœlumque Sabinum
Non ceſſat laudare; videt ridetque Philippus:
Et ſibi dum requiem, dum riſus undique quærit,
Dum ſeptem donat ſeſtertia, mutua ſeptem
Promittit, perſuadet uti mercetur agellum.
Mercatur:

73 Hinc. *G.* Ergo *Cun.* 75 etiam *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

utitur Terent. Andria. 5, 5, 1. *Proviſo quid agat Pamphilus.* idem Adelph. 5,6, 1. *Hera, ego hinc ad hos proviſam, quam mox virginem arceſſant. proviſo* autem duo ſignificat, (inquit Don.) procedo, & cum proceſſi, video. Plaut. in Sticho 5, 1, 1. *more hoc fit, atque ſtulte, mea ſententia, ſi quam hominem exſpectant, cum ſolent proviſere.*

LAM.

72 *Dicenda, tacenda; velut plebeius expers rerum.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

73 *Dormitum*, domum ſcilicet bene potum. BAX. Non ſatis intelligo illud *ubi*. An vult Philippi domum etiam aliis clientibus fraudi fuiſſe? Mihi magis placeret generalis ſententia, *Hinc (uti ſæpe—hamum) mane cliens.*

GES.

75 *Mane cliens, et jam certus conviva.* Variant & codices & olim cuſi; alii enim ET JAM, alii ETIAM. De cetero omnes conveniunt: neque ego quidquam ſollicito. Si quis tamen alicunde codex accederet; vide annon eleganter ſic poſſes reponere,

Mane cliens, etiam SERUS *conviva*.

ubi oppoſitio, opinor, venuſta eſt; *mane* cliens, *veſpere* conviva. Noſter Serm. II, 7, 33.

jusſerit ad ſe
Maecenas ſerum *ſub lumina prima venire*
Convivam. BENTL.

Et jam cert. conv. ſic habent omnes lib. manuſcr. ubi vulg. *etiam*, una voce, minus recte: quamquam *etiam* ferri poteſt.

LAM.

76 *Indictis Latinis*; *Feriis Latinis in urbe agi aliquid non licebat.* Vet. Schol. Dies erat conceptivus in honorem Jovis Latialis; ut oſtendit Cruquius, ex Varrone. BAX.

Indictis, quia a Conſule ſolebant indici ſeu imperari ad tempus certum. ZEUN.

77 *Mannis*; buricis trahebatur rheda.

BAX.

78 *Videt*, intelligit. BAX.

79 *Requiem*, locum quo interiungat. BAX. *Diverſorium* ſolet vocare Cicero. GES.

80 Septem millia ſeſtertium. BAX.

82 *Mer-*

Mercatur: ne te longis ambagibus ultra
Quam ſatis eſt morer; ex nitido fit ruſticus, atque
Sulcos et vineta crepat mera, præparat ulmos,
Immoritur ſtudiis et amore ſeneſcit habendi.
Verum ubi oves furto, morbo periere capellæ,
Spem mentita ſeges, bos eſt enectus arando;
Offenſus damnis, media de nocte caballum
Arripit, iratuſque Philippi tendit ad ædes:
Quem ſimul aſpexit ſcabrum intonſumque Philippus,
Durus, ait, Vultei, nimis attentuſque videris
Eſſe mihi. Pol, me miſerum, patrone, vocares,
Si velles, inquit, verum mihi ponere nomen.

Quod

93 ponere *probat etiam Heinſ. ad Ovid. Faſt.* 5, 73. dicere *MSS. Mus. Br. A. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

82 *Mercatur*; Horatius Linguam ſuam melius intellexit, quam ut diceret *mercatur*, poſtquam dixiſſet, *perſuadet* uti mercetur. Si ſcripſiſſet, *ſuadet* uti mercetur, recte ſubjeciſſe potuit, mercatur. Sed *perſuadet* ſatis ſignificavit hominibus Romanis vulteium *Jam* mercatum fuiſſe, et ſine neceſſitate addi *mercatur*. Lego et diſtinguo:

—— *perſuadet, uti mercetur agellum.*
Mercatus *(ne te longis ambagibus ultra*
Quam ſatis eſt morer) ex nitido fit ruſticus, &c.

hoc eſt, *poſtquam mercatus fuiſſet*. Bowyer.

83 *Nitido*, hilari ſodale, & bello homuncione. *Hilares nitidique vocantur*. Juvenalis 11, 176. Bax.

84 *Crepat mera*; jactantiores fere ſumus in re quam non ſumus experti. Bax.

Ulmos, ad maritandas vites. Bax.

85 *Seneſcit*; impalleſcit. *En pallor ſeniumque!* Perſius 1, 26. Bax.

88 Per Charientiſmum *offenſus* dicimus pro in rabiem verſus. Bax.

Caballum, equum ruſticum. Bax.

91 *Durus*; addictus labori, nec tibi parcens quod ſatis eſt. Bax.

Attentus, deditus curis & rei faciendæ. Per Charientiſmum *attentum* dicimus avarum, & *durum* aſperum & immitem. Bax.

92 *Pol me* miſerum, &c. Expreſſa ſunt ex Euripidis *Iphig. in Tauris*, ver. 499. ubi Iphigenia ab Oreſte quærit nomen ejus:

ΙΦΙ. Σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔδοτο δ' ὁ γεννησας πατηρ;
Tibi vero quod nomen impoſuit qui te genuit pater?

cui ille reſpondet:

Το μεν δικαιον, ΔΥΣΤΥΧΕΙΣ καλοιμεθ' ἄν.
Vero quidem nomine poſſem vocari miſer.
Bowyer.

Plebeii Patroni quem ſibi volebant antiqua lege deligebant. Bax.

93 *Ponere* lectio eſt fere omnium Codicum; *dicere* ex Interpretamento eſt. Bax.

94 *Quod*

Quod te per Genium dextramque deoſque Penates
Obſecro et obteſtor, vitæ me redde priori.
¶ Qui ſemel aſpexit quantum dimiſſa petitis
Præſtent, mature redeat, repetatque relicta.
Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede, verum eſt.

EPISTOLA VIII.

AD CELSUM ALBINOVANUM.

Celso gaudere et bene rem gerere Albinovano,
Muſa rogata, refer, comiti ſcribæque Neronis.
Si quæret quid agam; dic, multa et pulchra minantem,
Vivere

96 ſemel *etiam Bentl.* ſimul *MSS. Muſ. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*
3 quærit. *MSS. Mus. Br. B. C. D. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

94 *Quod te*: *Hi duo verſus a Mena Philippo ſunt dicti, & ab Horatio Mæcenati.* Vet. Schol. Bax.

Per genium domini et patroni jurabant ſervi et clientes. Zeun.

96 Magis placet *ſemel* quam *ſimul*, quam ſcripturam reperit Lambinus in ſuis, & in uno Cruquius. Bax.

98 *Modulus* pes ligneus eſt, ſive forma. Vide Epiſt. 10. Huc facit Proverbium Græcum, Μὴ ὑπὲρ πόδα τὸ ὑπόδημα. Bax.

De re conf. Cic. de Offic. 1, 31. Zeun.

Verum eſt; *veritas eſt norma recti*. Bax.

Argumentum. Queritur ſe melancholia laborare.

1 *Celſo gaud. et bene rem ger.* &c. Græcorum more locutus eſt, κέλσω χαίρειν, και εὖ πρᾶττειν, &c. ordo eſt, ô Muſa à me rogata refer, id eſt renuntia ſalutem Celſo, qui me prior ſalvere juſſit. Plato in Charmide improbat hanc Græcorum ſalutationem, χαῖρε, id eſt, gaude: aitque multo præſtare ita ſalutare, σοφρόνει, quod idem valere dicit, atque γνῶθι σεαυτόν, id eſt, noſce teipſum. Lam.

Gaudere; expreſſit Græcorum χαίρειν καὶ εὖπράττειν. Vet Schol. Bax.

2 *Refer*, h. e. meo nomine jube. Bax.

Comiti, clienti & ſectatori. Bax.

Neronis, Tiberii. Bax.

In cohorte Neronis, haud dubie tum, cum hic juſſu Auguſti eſſet in oriente: de qua expeditione vid Epiſt. I, 3, 1. Zeun.

3 *Si quæret*. variant hic antiqua ſcripta: in aliis eſt quærit; alia habent, quærat; ſed plura, quæret. Cruq.

Minantem.

Vivere nec recte, nec ſuaviter: haud quia grando
Contuderit vites, oleamve momorderit æſtus;
Nec quia longinquis armentum ægrotet in agris;
Sed quia mente minus validus quam corpore toto,
Nil audire velim, nil dicere, quod levet ægrum;
Fidis offendar medicis, iraſcar amicis;
Cur me funeſto properent arcere veterno?

Quæ

5 oleamque *MSS. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 6 arvis *primæ editt. Cun.* Urgere *Mſ. Mus. Br. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Minantem. præ me ferentem, promittentem, jactantem. ſic loquitur ſatyr. libr. 2, 3, 9. *Atqui vultus erat pulchra, & præclara minantis*, id eſt, de te promittentis, atque eadem eſt interdum verbi ἀπειλεῖν apud Græcos ſignificatio. Homer. ὁ δυσσ. θ. Η. μὲν ἀπείλησας βηταάρμονας ἔμμεναι ἀρίστους. id eſt, profecto minatus es ſaltatores eſſe optimos. [Ariſtophan. Pluto Ἐγὼ γὰρ ἂν μειράκιον ἠπείλησα, ὅτι ὡς τοὺς δικαίους καὶ σοφοὺς καὶ κοσμίους μόνους βαδιοίμην. & Libanius epiſtol. μιμνήσκω δὲ ὧν ἠπείλεις ἐξιών.] jungit item hoc verbum cum accuſandi caſu Od. 1, 28, 25. *Sic, quodcumque minabitur Eurus Fluctibus Heſperiis, &c.* Lam.

Ac pulchra. Cun.

Quid agam; dilogως, ut valeam, & quid ſcribam: hoc oſtendunt ſequentia. Bax.

Minantem; cum elatione quâdam promittentem. Bax.

4 *Nec recte*; nec ad rationem nec ad libidinem. Bax.

Haud quia grando; obiter pulſat avaros. Bax.

5 *Oleamque* ſolenni Librariorum errore pro *oleamve*. Sic & Bentleius. Bax.

Æſtus unum eſt ex oleæ incommodis æſtus: commemoratque Theophraſtus libr. 1. de hiſtoria ſtirpium, his verbis: ἐὰν γὰρ συγκοιν θῇ ἢ βρεχθῇ, &c. Lam.

6 *Ægrotet in agris.* ſic eſt ſcriptum in duob. cod. Vatic. & Jann. Faërn. Torn. Rain. Card. Ruſſ. Nicot. Cleric. ceteris. vulgati autem habent, *in aruis.* Lam.

Long. arm. ægr. in agris. Sic noſtri codices ſeptem, pro *aruis*, ut ante legebatur. Torr.

Longinquis in agris: In Lucania vel Apulia Romani paſcebant armenta & greges. Omnes fere ſcripti Codices legerunt *agris* non *arvis* ut Vulgati. Bax. *Arvis* minus placet, quia *arva* proprie ſunt, quæ aránturſegetis cauſa. Ges.

7 *Corpore toto ideo ait, ut quamvis partem validiorem oſtendat quam animum ſuum.* Vet. Schol. Bax.

Deficit Mſ. A. ab lin. 7. ad lin. 20. Epiſt. 2. lib. 11.

8 *Ægrum*, melancholicum. Bax.

10 *Veterno.* lethargo: unde, qui veternoſi à Latinis, lethargici à Græcis appellantur, qui veterno laborant. Horatius ſaty. II, 3, 30. *Ut lethargicus hic, cum ſit pugil.* utitur hoc nomine Cicer. epiſt. ad Cœlium libr. 2, 13. *erat in eadem epiſtola veternus civitatis.* & Cœl. ad Cicer. 8, 6. *niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet.* Virgil. Georgic. 1, 124. *Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno.* funeſtum appellat hoc loco Horatius: ſtolidum Catullus 17, 24. in carmine ad Coloniam, *Si pote ſtolidum repente excitare veternum.* Eſt autem proprie veternus morbus, quo quis ſomni neceſſitate (ut ita dicam) adamantina urgetur, omnium propemodum rerum oblitus. Lam.

Sentio

Quæ nocuere ſequar, fugiam quæ profore credam:
Romæ Tibur amem ventoſus, Tibure Romam.
Poſt hæc, ut valeat, quo pacto rem gerat et ſe;

Ut

12 ventus *MSS. Cruquiani, & Bentl. Sed* ventoſus *etiam Serv. ad Virg. Æn.* 4, 224.

Sentio cum Stephano hunc verſum cum Interrogatione proferendum: eſt enim Ethopœia offenſi & impatientia laborantis. BAX.

Funeſto; diro, & peſtifero. BAX.

Veterno, lethargo. BAX.

11 *Quæ nocuere*; ſupple *quia ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*. BAX. Medeæ Ovidianæ ſe facit ſimilem, *video meliora proboque, Deteriora ſequor*. Met. 7, 20. GES.

12 *Romæ Tibur amem ventoſus, Tibure Romam.* Quod in quattuor Blandiniis omnium praeſtantiſſimis Cruquius

Romæ Tibur amem, VENTURUS *Tibure Romam*;

idem ego in vetuſtioribus meis, Leidenſi, Voſſiano, Reginenſique reperi: nam Graevianus a verſu 7. hujus Epiſtolae deficit. Neque aliter habent *perveteres*, ut ait, membranae Barthio inſpectae, Adverſ. XXXVII, 22. Lectio certe non contemnenda; etſi alii Interpretes praeter Cruquium inventam ſibi, ut videtur, in libris antiquioribus ne memorare quidem dignati ſunt. Plus enim quiddam eſt, *venturus Tibure Romam*, quam *Amem Tibure Romam:* hoc ſe loca relicta *laudare modo & optare*, illud *repetere & reviſere*, quod majoris impatientiae eſt, indicat. Sic Ennius apud Gellium XIX, 10.

Imus huc, hinc illuc, *cum illuc ventum eſt*, ire illinc lubet:
Incerte errat animus; praeterpropter vitam vivitur.

Lucret. III, 1076, et ſqq.

Currit agens mannos ad villam hic *praecipitanter*,
Auxilium tectis quaſi ferre ardentibus inſtans:
Oſcitat extemplo, tctigit cum limina villae;
Aut abit in ſomnum gravis atque oblivia quaerit;
Aut etiam properans urbem petit atque reviſit.
Hoc ſe quiſque modo fugitat.

Tamen, ſi ad orationis ſeriem paullisper attenderis,

Fidis offendar medicis, iraſcar amicis,
Cur me funeſto properent arcere veterno:
Quae nocuere, ſequar; fugiam, quae profore credam:

Romae Tibur amem, venturus *Tibure Romam:* videbis, opinor, epitheton quoddam commodiſſime huc induci; quo alius animi morbus, levitas ſcilicet & inconſtantia, a prioribus illis diverſus ſignificetur: niſi enim hoc fit; id videbitur dicere Horatius, ſe *Tibur amare & ſequi*, quod ei nocuerat; *Romam fugere*, quae profuerat: quod & per ſe ineptum eſt, & ab ejus mente alienum. Recte igitur VENTOSUS; atque ita olim legit Servius, membranis quae hodie ſuperſunt omnibus aetate prior; ad Aen. IV, 224. *Tyria Carthagine qui nunc Expectat. Carthagine dixit pro Carthagini, & pro adverbio in loco, de loco poſuit: ſic Horatius: Romae Tibur amem,* VENTOSUS, *Tibure Romam.* Ubi nulla ſuſpicio eſſe poteſt de lectionis integritate. Si enim *venturus* hic reponis; jam illud *Tibure* non erit *in loco*, ſed *de loco*, plane contra Servii ſententiam; qui ea gratia locum citat, ut oſtendat *Tibure* apud Flaccum eſſe *in loco*, ut apud Maronem *Carthagine*. BENTL.

De ſimili inconſtantia vid. Serm II, 7, 28. *Ventoſus*, levis & inconſtans, mobilis. ZEUN.

13 *Gerat*; habeat. BAX. *Rem gerat* ad officii publici rationem pertinet, *ſe gerat* ad privatam vitam & mores. GES.

14 *Juvenci*

Ut placeat Juveni, percontare, utque cohorti.
Si dicet, Recte; primum gaudere; ſubinde
Præceptum auriculis hoc inſtillare memento;
Ut tu fortunam, ſic nos te, Celſe, feremus.

EPISTOLA IX.

AD CLAUDIUM NERONEM.

Septimius, Claudi, nimirum intelligit unus
Quanti me facias: nam cum rogat, et prece cogit,
Scilicet ut tibi ſe laudare et tradere coner,
Dignum

2 ac prece *Mſ. Muſ. Br. D.*

14 *Juveni*. Tiberio Claudio Neroni. Lam.

Cohorti; Comitatui, ſive Aſſectatorum gregi. *Erat enim ſcriba militum*. Vet. Schol. Cruq. Bax. *Cohors* proprie comites magiſtratuum provincialium. Ges.

15 *Recte*; animus nobis plerumque eſt norma recti. Bax.

Gaudere, ſupple me dicito. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Subinde, deinde, ut oſtendit Cruquius ex Vallæ elegantiis. Bax. Sed ad repetitionem præcepti etiam pertinere, non dubito. Ges.

16 *Auriculis inſtillare*, inſuſurrare, ut nemo audiat. Bax.

17 *Fortunam* ſupple *magnam*. Bax.

Nos: debuit dicere Claudium & Comites, verum urbane diſſimulat quod amice monet, ne fido offendatur medico. Bax.

Ut tu, recte an male et inſolenter, fers fortunam, ſic homines de te exiſtimabunt. Zeun.

Argumentum. Egregie callidum & rigidum Principem demulcet.

1 Titus Septimius Eques Romanus erat & Poeta inſignis, atque olim Horatii commilito. Bax. Idem, ad quem eſt Car. 2, 6. Ges.

Nimirum; quantum conſtat, ni multum fallor. Bax.

Unus; nam & meipſo melius novit. Bax.

2 Concinnior mihi videtur hæc Scriptura, quam Petrum Victorium ſecuti plerique probant, quam *me:* confirmant etiam Scripti Codices. Bax. *Prece cogit*. Ita ſibi conjunctum indicat Septimium, ut precibus ſuis vim ſibi facere & ſe cogere poſſe videatur. Sed tota epiſtola eſt perfectum commendationis exemplar. Ges.

3 *Laudare, et tradere*. id eſt, commendare, ut eum in fidem, & amicitiam tuam recipias. ſic loquitur I. Epl. 18, 78. *Fallimur & quondam non dignum tradimus*. & I. S. 9, 46. *haberes Magnum adjutorem, poſſet qui*

Dignum mente domoque legentis honeſta Neronis;
Munere cum fungi propioris cenſet amici;
Quid poſſim videt ac novit me valdius ipſo.
Multa quidem dixi, cur excuſatus abirem:
Sed timui, mea ne finxiſſe minora putarer,
Diſſimulator opis propriæ, mihi commodus uni.
Sic ego, majoris fugiens opprobria culpæ,
Frontis ad urbanæ deſcendi præmia. Quod ſi
Depoſitum laudas ob amici juſſa pudorem,
Scribe tui gregis hunc, et fortem crede bonumque.

EPISTOLA X.

AD FUSCUM ARISTIUM.

URBIS amatorem Fuſcum ſalvere jubemus

Ruris

ferre ſecundas: Hunc hominem velles ſi tradere. M. Tull. epiſtola ad Cæſ. lib. 7, 5. *totum denique hominem tibi trado de manu (ut ajunt) in manum tuam iſtam, & victoria, & fide præſtantem.* & ad Trebat. eod. libr. 17. *ſic ei te commendavi, & tradidi, ut graviſſime, diligentiſſimeque potui.* Salluſt. conjur. Catil. XXXVI. *Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuæque fidei trado.* LAM.

Tradere; commendare. BAX.

4 *Mente domoque*; amicitia & menſa. BAX.

Honeſta; & per hoc *honeſtos*. BAX.

5 *Propioris*, intimioris. BAX.

7 *Abirem*, evaderem. BAX.

9 *Opis*; gratiæ apud te. BAX.

Uni *mihi* ſtudens. BAX.

11 *Urbana frons conſiſtit in audatia civili.* Vet. Schol. Cruq. Dilogus uſus eſt voce *urbana*: ſunt enim urbani petulantes & minus verecundi; ſunt etiam faceti & alloquio blandi. BAX.

Præmia, dotes; inverecundiam ſcilicet & argutias. BAX.

13 *Tui gregis*; tuæ familiæ, ſive clientelæ. BAX.

Fortem; generoſum & ſimpliciter bonum. BAX.

Fortem, non mollia ſectantem, ſed labores tolerantem, cupiditatibus reſiſtentem. ZEUN.

Bonum, qui amicis prodeſſe et vult et poteſt. ZEUN.

ARGUMENTUM. Mira ruſticanæ atque otioſæ vitæ præconia.

1 *Fuſcum* Ariſtium dicit, Grammaticum illius temporis inſignem. BAX. Ad hunc videtur eſſe Car. 1, 22. GES.

Jubemus, optamus, volumus. BAX.

Ruris amatores; hac in re ſcilicet una
Multum diſſimiles, ad cætera pene gemelli,
Fraternis animis, quidquid negat alter, et alter;
Annuimus pariter vetuli notique columbi.
Tu nidum ſervas, ego laudo ruris amœni
Rivos, et muſco circumlita ſaxa, nemuſque.
Quid quæris? vivo et regno, ſimul iſta reliqui

Quæ

3 At *Cruq. Heinſ. ad Ovid. Met.* 7, 99. *Bentl. Cun.* ob *Z. Med.* 1477. 5 vetulis notiſque columbis *Lambi. coni. Cruq. ex MSS.*

2 Antitheta veluti in acie componit.

3 *Ad cetera.* Duo probatæ fidei exemplaria ſic legunt et diſtinguunt.

—— *At cetera pæne gemelli*
Fraternis animis, quidquid negat alter & alter,
Annuimus pariter. Veluti notique columbi,
Tu nidum ſervas, ego.——

concinnius multo et elegantius. Nec dubito quin eruditi omnes mecum ſentiant. Quanto enim hoc melius, quam cum Lambino legere, *Pariter vetulis notiſque columbis*; aut cum aliis dicere deeſſe aliquid, utputa *tamquam*, aut quid ſimile. Torr.

Ad cætera; ſupple, *quod attinet*. Tres Codices legerunt *at*: ſed nihil opus, etſi Bentleius malit *at*. Bax.

Recepi *at*, quia auctor ſolet abſolute ponere *cætera*, pro cæteroqui, in cæteris rebus: ut in fine hujus epiſtolæ & Carm. IV, 2, 60. Zeun.

Gemelli Proverbiali ſermone dici ſolent ſimillimi. Bax.

4 *Quicquid negat*. quidam libri vet. habent, *ſi quid negat*, &c. Lam.

5 *Annuimus*: alter alteri affirmanti quid. Et ſcitus eſt Iconiſmus columborum, quorum fere perpetuus iſte geſtus eſt.

Bax.

Adnuimus pariter: veluti notique columbi, *Sic*, inquit, *omnes habent libri manuſcripti. Sed videtur legendum, Annuimus pariter* vetulis notiſque columbis. *Dictum autem Græcorum more*, pariter vetulis. *Nam ut vulgo explicant, conſentimus, & concordamus inter nos, tanquam, vetuli & noti columbi, hoc* tanquam *addunt de ſuo: quod videtur non fuiſſe omiſſurus Horatius, aut vocem aliquam ſimilem.* Commodiſſime dicemus hic ſubintelligi participium verbi ſubſtantivi ens, quod, cum in uſu non ſit pro eo adhibendum pronomen relativum & verbum *ſum*, ut ſit, *qui ſumus vetuli notique columbi*. De qua Ellipſi vide Sanctium & Perizonium Minerv. Lib. IV, Cap. 4. Cun.

Sic locum interpunge:

" Annuimus pariter vetuli notique co-
" lumbi:
" Tu nidum, &c.

Reſpicit ſcilicet notum columborum morem. Wakef.

Columbi; *quia plurimus amor columborum.* Vet. Schol. Perpetua Horatii figura, qua ex ſimilitudine facit metaphoram, omittere particulas comparandi. Si poſuiſſet *tanquam*, *veluti*, &c. nemo deſideraſſet *vetulis*. Cf. ad Epiſt. 1, 2, 34. Ges.

6 *Tu nidum*; mire ſervat Metaphoram. h. e. pullorum ova, dicuntur perpetuo urbi hærentes. Bax.

Laudo, miror. Bax.

8 *Quid quæris?* quid ulterius deſideras? Comica Enallage Perſonæ. Bax. *Quid*

Quæ vos ad cœlum effertis rumore ſecundo:
Utque ſacerdotis fugitivus, liba recuſo;
Pane egeo jam mellitis potiore placentis.
Vivere naturæ ſi convenienter oportet,

Ponen-

9 fertis *Sax. MSS. Muſ. Br. B. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

quæris? ſimpliciter continuat, & concludit ſermonem, ut *breviter, denique* &c. GES.

Vivo, h. e. nitide & hilariter ago. BAX.

Ad Emphaſin ingentis faſtidii poſuit *iſta* & *vos*. BAX. Ut in orationibus *iſte* ſemper ad adverſarium, contra quem dicitur, pertinet, ut *hic* ad clientem. GES.

9 *Ad cœlum effertis*. maximo opere laudatis: ut ſup. *educit in Aſtra*. IV. Od. 2, 23. & II. S. 7, 29. *urbem Tollis ad aſtra levis*. Quidem libri veteres habent *fertis*. LAM.

Ad cœlum effertis. *Fertis* habent manuſcripti fere omnes: idque reſtitui velim, ut mollius multo. alibi *educere in aſtra*, & *tollere in aſtra* dicit. TORR.

Rumore ſecundo; unanimi & conſentiente voce: *ſecundum* enim dicitur quod juxta poſitum eſt, & per hoc, quod convenit, a *ſecus* ut puto. *Qui ſecundis aliquando fruſtra curatus eſt, contrariis ſæpe reſtituitur*. C. Celſus, Præf. prim. Alias etiam dixit *ſecundum remediis tempus*, pro conveniens. Dicimus *ſecundo & adverſo amne navigare: Et Curruque volens dat lora ſecundo* apud Virgil. (Æn. 1, 160.) eſt. BAX.

10 *Utque ſacerdotis fugitivus*. id eſt, & ut ſacerdotis ſervus. ſic enim ſervum vocant Latini, cum ſervum improbum & nequam ſignificare volunt. Alioqui fugitivus ſervus, proprie is eſt, qui dominum reliquit, quive ab eo fugit, conſilio non revertendi: qui conſilium cepit fugiendi, & numquam ad dominum revertendi. herifugam appellat Catull. 62, 51. LAM.

Mire *fugitivus*, quia ipſe fugit urbem. BAX.

Liba, mellitos panes. BAX.

Liba, jucunda, ſi rara ſint; in familia ſacerdotum copia ex multitudine ſacrificantium faſtidium adfert. Verum quid ſibi vult Acron Fabric. *Cum in ſervis ſuſpicio furti habetur, ducunt ad ſacerdotem, qui cruſtum panis carmine infectum dat ſingulis, quod cum ederit* [f. ederint] *manifeſte furti reum aſſerit*. An ita antiquum eſt Ordalium per euchariſtian probandæ innocentiæ, ut ita de illo loqui potuerit homo a ſacris Chriſtianis alienus? Exempla quibus utuntur Hachenbergius & I. A. Schmidius ad hanc antiquitatem non aſcendunt. An tale quid etiam inter deorum cultores in uſu fuit? GES.

11 *Egeo*, & per hoc cupio. BAX.

Placentas, caſearias dicit tortas, nobis *Cheeſecakes*. BAX.

12 *Vivere naturæ ſi conven*. Hæc eſt Polemonis, & veterum Academicorum ſententia, quam probant & Peripatetici. dicebant enim finem bonorum eſſe ſecundum naturam vivere, id eſt, virtute adhibita, frui primis à natura datis: quod Stoici poſtea dixerunt vivere naturæ convenienter. vide M. Tull. lib. 2. & 4. de Finib. Idem Tuſcul. 5, 28. *Stoicorum quidem facilis concluſio eſt, qui, cum fidem bonorum eſſe ſenſerint, congruenter naturæ convenienterque vivere*, &c. Idem de Finib. 4, 6. *Hunc ipſum Zenonis aiunt finem eſſe, declarantem illud, quod a te dictum eſt, convenienter naturæ vivere*. ibid. 3, 9. *relinquitur, ut ſummum bonum ſit vivere ſcientiam adhibentem earum rerum, quæ naturæ eveniant, ſeligentem, quæ ſecundum naturam: & ſi qua etiam contra naturam ſunt rejicientem, id eſt, convenienter, congruenterque naturæ vivere*. LAM.

Vivere naturæ; quod Philoſophiæ propoſitum eſt. Natura humanæ rationis norma eſt. BAX.

13 *Ponenda*,

Ponendæque domo quærenda eſt area primum;
Noviſtine locum potiorem rure beato?
Eſt ubi plus tepeant hiemes? ubi gratior aura
Leniat et rabiem Canis, et momenta Leonis,
Cum ſemel accepit ſolem furibundus acutum?
Eſt ubi divellat ſomnos minus invida cura?
Deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis?

Purior

18 depellat *MSS. qui. Lambi. Beſ. Gott. it. Z. Med.* 1477. *MSS. Mus. Br. B. C. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 19 taperis *coniic. Bentl. ſi quis velit indormire.*

13 *Ponendæ*, erigendæ. Bax.

14 Pro *rure* beato, valde ſuſpicor Horatium ſcripſiſſe *rare* Sabino; non dubitans, ex ſenſu et adjunctis, quin Adjectivum locale lateat ſub iſto *beato*; et conjiciens hoc fuiſſe *Sabino* ex multis ipſius Poetæ locis, et ex Suetonio in vita ejus: *vixit plurimum in ſeceſſu* ruris *ſui* Sabini, *aut Tiburtini*. Sic diſtinguerem et legerem:

Vivere naturæ ſi convenienter oportet,
(Ponendæque domo quærenda eſt area primum)
Noviſtine locum potiorem rure Sabino?
Eſt ubi plus tepeant hiemes?

Id eſt, Eſtne *rus* ullum in quo hiemes tepidiores ſunt, quam in *Sabino* rure? Niſi hæc intelligas de *particulari* aliquo *rure*, comparando cum aliis ruribus, inepta erit quæſtio, *Eſt ubi plus tepeant hiemes?* cum omnibus notum ſit, hiemes tepidiores eſſe in *urbibus* quam in *rure*. Bowyer.

Noviſtine; bella Interrogatione extorquet id quod vult. Bax.

16 *Rabiem Canis*. immoderatum Canis calorem. vide ad III. Od. 13, 9. *Te flagrantis atrox hora Caniculæ Neſcit tangere*. Lam.

Et momenta Leonis. circiter Idus Quinctileis. ſupra Od. 3. 29. 18. ſq. *jam Procyon furit, Et ſtella veſani Leonis Sole dies referente ſiccos*. Lam.

Momenta, motus ſive horribiles inceſſus. Bax.

17 *Acutum, acrem, vehementem*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

18 *Eſt ubi depellat*; *divellat* habent libri vulgati: ſed *depellat* ſcriptum eſt in duob. cod. Vatic. & Rain. Card. Jann. Faër. Torn. & Clerican. Nicotiano, uno Ruſſardino, meo. quos ſecutus ſum, quamvis videatur recepta ſcriptura probabilis. Lam.

Eſt ubi depellat. ab otio & ſecuritate ruſtica. Depellat, habent Buſlid. Tonſa. Nann. Mart. Divæ. Sil. ſed 4. Blandin. divellat. deligat lector ſine diſcrimine. Cruq.

Plures libri *depellat*, ſed melius *divellat*. Sic & Anacreon, Κατὰ μεῦ σχίσεις ὀνείρως. Bax.

Dilogus poſuit *invida:* invidet enim cura nobis quietem, uti & nos invidemus aliis honores atque divitias. Bax.

19 *Deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis?* Ita libri & typis cuſi & manu ſcripti. *Libycos* autem *lapillos* recte accipiunt teſſellata & ſectilia pavimenta, λιθόστρωτα, ex variis Libyci marmoris fruſtris elaborata. Ergo haec erit ſententia, Nonne jucundius eſt ſuper herbam rure *incedere & deambulare*, quam urbe ſuper pavimenta marmorea? Recte hoc: neque quicquam de loco moveo, praeſertim cum omnes ubique codices obnitantur. Tamen, cum in verſu priore de *ſomno* ſit facta mentio, ſuſpicio inde mihi ſuborta eſt, pro *lapillis* ab auctoris manu *tapetis* forte extitiſſe, non magna mutatione;

Eſt

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quam quæ per pronum trepidat cum murmure rivum?
Nempe inter varias nutritur ſilva columnas,
Laudaturque domus longos quæ proſpicit agros.
Naturam

Eſt ubi divellat ſomnos minus invida cura?
Deterius Libycis olet aut nitet herba TAPETIS? hoc eſt, Cum meridiari voles, ſuavior rure lectulus eſt herba virens, & florida, quam urbe Libyca tapetia. Noſter de ſe loquens Epiſt. XIV, 35.

Cena brevis juvat, & prope rivum ſomnus in herba.

Claudianus in ſimili plane comparatione Ruf. I, 208.

rapiunt Tyrios ibi vellera *fucos,*
Et picturatae ſaturantur murice veſtes.
Hic radiant flores, *&* prati *viva voluptas*
Ingenio variata ſuo. Fulgentibus illic
Surgunt ſtrata *toris: hic mollis panditur* herba,
Sollicitum curis non abruptura ſoporem.

Seneca Herc. Oet. 644.

Ceſpes *Tyrio mollior* oſtro
Solet impavidos ducere ſomnos.

Calpurnius Ecloga VI, 70.

Venimus, & tacito ſonitum tutabimur antro,
Seu reſidere libet, dabit ecce ſedilia tophus:
Ponere ſeu cubitum, melior viret HERBA TAPETIS.

Qui locus Horatiano huic adeo ſimilis & geminus eſt; ut alter ab altero expreſſus eſſe videatur: neque illud praetereundum eſt, vetuſtas Calpurnii editiones, notante id Jano Ulitio, LAPILLIS hic exhibere pro TAPETIS; nullo quidem ibi ſenſu, ſed proclivi tantummodo Librariorum lapſu. Jam vero ſuper ſtratis tapetis ditiores dormire ſolitos quis eſt qui neſciat? Virgil. Aen. IX, 325.

Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis
Exſtructus toto proſtabat pectore ſomnum.

Libyca vero *tapetia* & fama & pretio celebrata eſſe res eſt notiſſima. Plautus Pſeud. I, 2.

Neque Alexandrina *belluata conchyliata* tapetia. Martialis XIV, 150.

CUBICULARIA POLYMITA.

Haec tibi Memphitis *tellus dat munera: victa eſt*
Pectine Niliaco *jam Babylonis acus.*

Hermippus apud Athenaeum lib. I, p. 28. ubi varias merces memorat ex variis regionibus petitas:

Καρχηδὼν δάπιδας καὶ ποίκιλα προσκεφάλαια

Carthago, ait, *mittit tapetas & varia cervicalia.* Plin. VIII, 48. *Plurimis vero liciis intexere, quae* Polymita *appellant*, Alexandria *inſtituit.* Vopiſcus in Aureliano c. 12. TAPETIA AFRA *decem, ſtragula Maura decem.* BENTL.

Libycis: ex marmore Numidico, quod colore erat vario, conficiebantur teſſellata pavimenta. BAX.

20 Vicis conſtabant antiquæ urbes, interjectis hortis & viridariis, hinc & in Plurali numero Athenæ, Thebæ, Mycenæ, &c. BAX.

Tendit, nititur; alias tendere eſt arcum dirigere. BAX. *Plumbum* intelligere oportet fiſtulas plumbeas quibus conſtant aquæductus Romani, & ex eo ipſo aliquid inſalubre corporibus contrahunt. Quanto laudabilior aqua ex ipſo fonte, vel certe ex rivulo fonti proximo hauſta? GES.

22 *Inter v. n. ſ. col.* Hoc nimirum eſt in urbe rus quærere. Repetenda autem hic quæ notavimus lib. III. Od. 10, 6. *Nemus intra pulcra ſitum tecta. Varias* quoque *columnas* cum dicit, nemo dubitet quin verſicolores intelligendæ ſint, quales Phrygiæ: nam *Parias* nullo umquam in codice ſcriptum reperi, & Lambini ſomnium eſt. TORR.

Varias

Naturam expelles furca, tamen uſque recurret,
Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix.
Non, qui Sidonio contendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiuſve medullis,
Quam qui non poterit vero diſtinguere falſum.
Quem res plus nimio delectavere ſecundæ,
Mutatæ quatient: ſiquid mirabere, pones
Invitus: fuge magna: licet ſub paupere tecto
Reges, et regum vita præcurrere amicos.

Cervus

24 expelles *primæ editt. it. coll. Sax.* expellas *MSS. Mus. Br. B. D.* expellis *Mſ. Mus. Br. C.* 25 veſtigia *Med.* 1477. *Cruq. & Mſ. Mus. Br. F.* faſtigia *Boſ. Sax.* 27 ſuccum *Med.* 1477. *Flor.* 1482. *& Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 30 plus æquo *Sax.*

Varias columnas; porticuum ſcilicet. Bax. Cf. Car. 3, 10, 6. Ges.

24 *Expellas furca: Furcillis expellere Proverbialiter dici poteſt, pro eo quod eſt ignominioſa vi ejicere: Sic & Græci* Δικράνοις ὠθεῖν ἢ ἀποκινεῖν. Cruquius. *Expelles* placuit Bentleio, at nobis vulgata Lectio *expellas*. Bax. Auctoritates poſuimus. Accedit ratio, quæ *expelles* probat, quia aſſeveratius hoc eſt, & vehementius. Ges.

25 *Mala*; perverſa. Bax.

Furtim; & per hoc, tu velis nolis. Bax. Divitum deliciæ repugnant ſimplicitati naturæ, quam faſtidiunt: ſed paullatim tamen vincit natura, ut cupide ad contemtam illam ſimplicitatem redeant. Ges.

26 Bene *contendere* pro comparare; nam una tendunt pannos qui comparant, & internoſcere volunt diſcrimina. Bax.

Qui callidus reſc. h. e. qui purpuram falſam et ſpuriam callide non poteſt diſcernere a vera et germana. Zeun.

27 Aquinates Tyriam purpuram falſabant, qua decipiebant imperitos. Bax. Mirum eſt nullam hujus officinæ mentionem ſupereſſe apud Plinium. De *fuco* ejuſque in purpura tingenda uſu, de collatione item *lanæ fuco tinctæ* cum *purpura* diſputatum ad Quinctil. 12, 10, 75. Ges.

28 *Propiuſve med.* quidam libri veter. habent, *propiuſque. propius medullis* autem, id eſt, quod te propius attingat, quod magis ad te perveniat. tralatio eſt à corpore. Lam.

Propiuſve medullis: Negotiatores tangit, quos immaniter angunt hujuſmodi damna. Bax.

30 *Plus nimio*; ultra modum delinivere. Bax. Valde mihi placet *plus æquo*. Ges.

31 *Mutatæ quatient*, eleganti Charientiſmo poſuit pro adverſæ turbabunt. Bax. De *mirabere* conf. Epiſt. 1, 6, 1. Ges.

33 *Præcurrere* anteire. tralatio eſt, ut 1. S. 7. 8. *adeo ſermonis amari, Siſennas, Barros ut equis præcurreret albis*. Quidam libri veteres habent *præcedere*. Lam.

Ac Regnum. Cun.

Reges, potentes patronos, atque etiam ipſos reges Dilogus. Bax.

Vita; ſupple beata. Bax.

34 *Cervus*

Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frænumque recepit:
Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte,
Non equitem dorſo, non frænum depulit ore.
Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus, atque
Serviet æternum; quia parvo neſciet uti.
Cui non conveniet ſua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, ſubvertet; ſi minor, uret.
Lætus ſorte tua vives ſapienter Ariſti;

Nec

37 victo *etiam coll. Sax.* victor victo *Cun.* 40 vehit *ſex editt. apud Cun.*

34 *Cervus Equum*; hanc Fabulam narravit olim Steſichorus Himerienſibus, cum Phalaridi Satellites pararent, ut ex Ariſtotelis Rhetoricis oſtendit vir doctus Johannes Hartungus. Philoſophum ipſum adi & ridebis. Bax.

Melior, ſuperior, κρείττων. Bax.

35 *Minor*, inferior, ἥττων. Bax.

36 *Opes* modo poſuit pro *opem*. Bax.

37 *Violens*; ferox, inſultans. Pro *victor violens* Bentleius legit *violens victo* de ſuo arbitrio. Neque videtur advertiſſe disjunctim dici *victor* & *violens*: neque enim dicit *violens victor*: ſed *violens diſceſſit*, quod eſt ferociter, ſuperbiens ſcilicet ob ſuperatum hoſtem.

39 *Metalla* dicit aureos & argenteos nummos per contemtum. Bax.

40 *Caret*, qui ſe privat. Bax.

Bentleius *vehit* pro *vehet*, verum tantundem fuerit: Diſſentiunt Exemplaria quod Librarii parum referre crederent. Bax.

Mire improbus, pro eo quod eſt avarus & cupidus, ut; *Quos improba ventris Exegit cæcos rabies*. Vet. Schol. Cruq. Verum Dilogως uſus eſt & pro vili, & pro importuno: quin & irati *Improbum* dicimus pro ſceleſto. Bax.

41 *Æternum*: & per hoc immiſerabilis. Bax.

quia. ſic habent omnia ſcripta, non qui parvo neſciet, &c. ut quidam vulgati. Cruq.

Serviet aeternum, *parvo quod* neſciet uti. Cun.

Plurium Codicum Scriptura eſt *quia neſciet*, nonnulli tamen malunt *qui neſciat*, quod minus probabile videtur. Bax. *Neſciit*, mihi magis placeret. Ges.

Uti; contentus frui. Bax.

42 *Non conveniet ſua res*, ſi ob rem tenuem & anguſtam, quæ videtur, dolet; ob amplam vero ſuperbit, luxui & cupiditatibus indulget. Zeun.

Olim; ita fere ordiri ſolent, qui Fabulas narrant. Bax.

43 *Uret*, vexabit premendo. Bax.

44 *Vives*, Futurum pro Imperativo, eleganti Enallage. Bax.

46 *Cogere*

Nec me dimittes incaſtigatum, ubi plura
Cogere quam ſatis eſt, ac non ceſſare videbor.
Imperat aut ſervit collecta pecunia cuique,
Tortum digna ſequi potius quam ducere funem.
Hæc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ,
Excepto quod non ſimul eſſes, cætera lætus.

EPISTOLA XI.

AD BULLATIUM.

Quid tibi viſa Chios, Bullati, notaque Leſbos?
Quid concinna Samos? quid Crœſi regia Sardis?
Smyrna

46 *Cogere*, rem quærere, divitias corradere. *Ceſſare*, rei quærendæ modum et finem facere. Cæterum urbane & prudenter de ſeſe loquitur id quod ad Ariſtium pertinebat. Zeun.

47 Hoc eſt, ſi non ſervit, Imperat. Bax.

48 *Digna ſequi*; h. e. æquum eſt pecudem ſervire pecuario, non pecuarium pecudi, cum neceſſe ſit ut alter alterum trahat. Notum eſt pecudes fune ligari in paſcuis. Huc ſpectat & illud Perſii [5, 118] *Quæ dederam ſupra repeto funemque reduco*. Hic locus ab omnibus quos vidi peſſime exceptus eſt. Bax. Referunt ad ludum illum, funem utroque extremo prehenſum ad ſe trahentium, vel ad eos, qui reſtim ductitantes ſaltant. Sententia quidem non obſcura, undecumque formula repetita ſit. Ges.

49 *Dictabam*; puero meo amanuenſi. Bax. *fanum poſt*. Cun.

Vacuna in Sabinis dea, quæ ſub incerta eſt ſpecie formata. Varro in Primo Rerum Divinarum Minervam [*Victoriam* Acro Fabric.] *dicit, quod ea maxime hi gaudent qui ſapientiæ vacant.* Ex utroque Schol. Bax.

50 *Lætus*, quia contentus. Bax.

Argumentum. Animi ægritudinem peregrinationibus non levari.

1 *Quid tibi viſa*. hæc enumeratio locorum variorum, indicio eſt, Bullatium fuiſſe πολύτροπον. i. hominem veſatilis ingenii, ad omnia perluſtranda. Cruq.

Comice *quid?* pro Qualis & quanta res? Bax. In peregrinatione verſanti ſcripta videtur epiſtola, quod colligo præſertim ex v. 6. Ges.

Nota; famâ nobilis. Bax.

2 *Concinna*, bella. Bax.

Smyrna quid, et Colophon? majora minorave fama?
Cunctaque præ Campo et Tiberino flumine ſordent?
An venit in votum Attalicis ex urbibus una?
An Lebedum laudas, odio maris atque viarum?
Scis, Lebedus quid ſit; Gabiis deſertior atque
Fidenis vicus; tamen illic vivere vellem,
Oblituſque meorum, obliviſcendus et illis,
Neptunum procul e terra ſpectare furentem.

Sed

4 Cunctane *etiam primæ editt. & MSS. Muſ. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*
8 vivere mallem *MS. Muſ. Br. B.*

3 *Minorane.* Libri noſtri omnes, *minorave.* Et in verſu ſequenti multo plures *Cunctaque* pro *cunctane.* TORR.

Minorave fama. ſic habent omnia ſcripta quæ legi, & vera eſt lectio. referuntur enim ad ſequentem verſum, cunctane, &c. CRUQ.

Omnes Cruquii Codices pro *minorane* legerunt *minorave:* & *cunctaque* pro *cunctane* erat in pleriſque Torrentii. *Minorave*; nam ſentio ea minora tibi viſa. Bentleius prætulit *minorane*; utrum vero rectius, qui vult dijudicabit: mea parum intereſt. *Cunctane* etiam poſuit Bentleius pro *Cunctaque*, etſi nihil opus. BAX.

4 *Sordent?* nihili ſunt? tibi vilia ſunt? ut epiſt. 1, 18, 18. *pretium ætas altera ſordet.* Virgil. Ecl. 2, 44. *quoniam ſordent tibi munera noſtra.* LAM.

Synecdochice *Campum* & *Tiberim*, exercitii loca, pro ipſa Roma protulit. BAX.

5 *Una*; Pergamus, vel quædam alia. BAX.

Ut Apollonia, Thyatira, Myndus, Tralles. ZEUN.

6 *An Lebedum laudas?* quod magis puto. BAX.

Odio; faſtidio, vel immani tædio. BAX.

7 *Scis Lebedus quam ſit.* Ita quidem Lambinus: ſed vetuſti libri omnes, *Scis Lebedus quid ſit?* TORR.

Hæc jam e ſua perſona ac de ſe poeta: ſe quoque in obſcuro loco malle vivere, quam immerſum eſſe moleſtiis belli civilis. Interim fatetur, rebus ſecundis præferendam eſſe Romam; ante omnia vero parandam tranquillitatem animi, quæ ubique præſtet felices. GES.

Omnes fere ſcripti Codices legerunt *quid* pro *quam*; ſed malim ſine Interrogatione. BAX.

Gabii vicus in Sabinis juxta Lucretilem montem, unde & aqua Gabia. Vet. Schol. BAX.

Verba, *Tamen illic—furentem* videntur eſſe Bullatii & ejus objectionem continere, hoc ſenſu: quamquam ſcio eſſe locum deſertum: tamen ibi mallem habitare et turbas, motus et incommoda patriæ procul remotus ſpectare. ZEUN.

10 *Nept. pr. e terra.* Ad imitationem Lucretii initio lib. 11. ut recte cum aliis Lambinus. Indicat autem Poëta maritimam fuiſſe Lebedum, è qua proſpectus eſſet in mare. TORR.

Spectare, Helleniſmus pro *ut ſpectem.* Notum eſt Veteres maxime delectatos fuiſſe locis maritimis. *Hoc autem dicit ad imitationem*

Sed neque qui Capua Romam petit, imbre lutoque
Aſperſus, volet in caupona vivere; nec qui
Frigus collegit, furnos et balnea laudat,
Ut fortunatam plene præſtantia vitam.
Nec, ſi te validus jactaverit Auſter in alto,
Idcirco navem trans Ægæum mare vendas.
Incolumi Rhodos et Mytilene pulchra facit, quod
Penula ſolſtitio, campeſtre nivalibus auris,
Per brumam Tiberis, Sextili menſe caminus.
Dum licet, et vultum ſervat fortuna benignum,
Romæ laudetur Samos, et Chios, et Rhodos abſens.

Tu

18 auſtris *coll. Sax.* 20 ac vultum *MSS. Muſ. Br. B. C. D.*

tionem Lucretii, qui ait [2, pr.] *Suave mari magno motantibus* [turbantibus] *æquora ventis, E terra magnum alterius ſpectare laborem.* Vet. Sch. Cruq. Bax.

11 *Imbre lutoque; quo colligit non debere totam odiſſe vitam propter interveniens incommodum.* Vet. Schol. Correctio quædam eſt ſuperioris ſententiæ. Bax.

13 *Frigus collegit*; eſt & *colligit ſitim* apud Virgil. G. 3, 327. Vetus erat dictum in eos qui perpetuo rigebant; *Nunquam eos de balneo, aut furno conducendo cogitáſſe.* Vid. Grangæum in Septimam Satyram Juvenalis. Bax.

16 *Trans Ægæum mare*, h. e. ubi tu ultra mare fueris; reditum enim tibi abſcindes. Bax.

17 *Incolumi*, h. e. illi qui incolumi capite eſt, & ſana mente. Bax.

18 *Penula ſolſtitio. Penulæ* adverſus imbrem & frigora comparabantur. Juven. Sat. v. 79.

——*Cum penula multo*
Stillaret nimbo.——

neque illis in urbe uti fas erat. Qua de re multa in Suetonii Auguſtum c. XL. Hic ſufficiant Lampridii verba in Alexandro: *Pænulis intra urbem frigoris cauſſa ut ſenes uterentur permiſit; cum id veſtimenti genus ſemper itinerarium aut pluviæ fuiſſet. matronis tamen intra urbem pænulis uti vetuit, in itinere permiſit.* Torr.

Penulam modo dicit gauſapinam, non ſcorteam: eſt autem penula hiberna & viatoria veſtis; amiculum ſcilicet humerale in modum lacernæ, ſuperne quidem undique concluſum, inferne autem in duos limbos partitum. Bax.

Sic & Virgilius, Ecl. VII, 47. *Solſtitium pecori defendite*, pro *æſtatem*. Bax.

Campeſtre; tenue eſt, & totius corporis nihil præter inguina tegit. Vet. Schol. Campeſtre dictum, quod in Campi Martii exercitiis eo uterentur nudi juvenes. Alias ſubligaculum, ſuccinctorium, & perizoma dicitur. Bax.

19 *Per brumam Tiberis; Quis enim tunc nataret?* Vet. Schol. Bax.

Caminus; fumarium, focus. Bax.

20 *Servat*; retinet. Bax.

23. Carm. III. 29. 29 et segg.

Tu, quamcunque deus tibi fortunaverit horam,
Grata ſume manu; neu dulcia differ in annum:
Ut, quocunque loco fueris, vixiſſe libenter
Te dicas: nam ſi ratio et prudentia curas,
Non locus effuſi late maris arbiter, aufert;
Cœlum, non animum, mutant qui trans mare currunt.
Strenua nos exercet inertia: navibus atque
Quadrigis petimus bene vivere: quod petis hic eſt;
Eſt Ulubris, animus ſi te non deficit æquus.

27. Virg. Georg. III. 522.

EPIS-

22 deus ſeu Fors donaverit *Cun. e coaj.* 23 neu *etiam G.* nec *MSS. Muſ. Br. D. F.* 24 Tu quocunque. *MSS. Muſ. Br. B. G.*

22 *Fortunaverit*; *beatam fecerit.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Horam; quantulumcunque tempus. Bax.

23 *Sume manu*, h. e. carpe, uti brevis ævi florem, ne decidat. Bax.

Nec dulcia differ in annum. Hanc in editionibus priſcis receptam lectionem pergunt nobis obtrudere recentiores. Cum tamen & noſtri & aliorum codices NEU habeant, non NEC; quid moramur iis auſcultare: *Grata ſume manu,* NEU *dulcia differ in annum.* Bentl.

Bentleius ex Libris vetuſtis *neu* [pro *nec*] quod rectius. Bax.

Dulcia, ſuavitates vitæ, vel gaudia. Bax.

In annum; *in aliud tempus.* Vet. Schol. Cruq. Tempus certum pro incerto. Nam fere conſuevimus in alterum annum familiaria differre negotia. Bax.

24 *Libenter*, ad votum, vel ad libitum. Bax.

25 *Dicas*, & per hoc credas. Bax.

Ratio & prudentia, Logica, & Moralis Philoſophia. Bax.

Curas, ægritudines. Bax.

26 *Maris arbiter*, h. e. mare ſpectans, & per hoc amœnus. Bax.

27 *Animum*, ſupple ægrum. Οὐ τὸν τόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξεν, ut olim Æſchines Orator de Creſiphonte, quod monuit Cruquius. Bax.

Currunt, navigant. Bax.

28 *Strenua inertia*; h. e. ſedula deſidia. Ὀξύμωρον Figura. Bax.

Navibus atque quadrigis maria et terras peragramus. Zeun.

Exercet; per Charientiſmum pro inquietat, vel huc agit atque illuc. Bax.

30 *Ulubræ locus in Italia, in quo nutritus eſt Cæſar Auguſtus, propter quam cauſam ab Horatio nominatur, cum ſit deſertiſſimus vicus.* Vet. Schol. Bax. An confundit Scholiaſtes cum *Ulubris Velitras?* Hic educatum Auguſtu[illegible] Suetonius. *Ulubras*, Trebatii fui patriam ridet Cic. Fam. 7, 18. Ges.

Animus ſi te non def. equ. id eſt, ſi animus eſt tibi nulla cupiditate, nullaque ægritudine concitatus, aut perturbatus: animus tranquillus, ac ſedatus. εὐθυμίαν Græci nominant. epiſt. 18, 112. hoc lib. *Det vitam, det opes, æquum mi animum ipſe parabo.* ſic Plaut. in Aulular. 2, 2, 10. *Pol ſi eſt animus æquus tibi, ſatis habes qui bene vitam colas.* vide ſupra ad Od. II, 3, 1. *Æquam memento rebus in arduis*, &c. Lam.

Animus

EPISTOLA XII.

AD ICCIUM.

Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci,
Si recte frueris, non eſt ut copia major
Ab Jove donari poſſit tibi: tolle querelas;
Pauper enim non eſt cui rerum ſuppetit uſus.
Si ventri bene, ſi lateri eſt pedibuſque tuis, nil
Divitiæ

1 Icci *etiam G. H. primæ editt. Ald. Steph. uterque, Cruqu. &c.*

Animus ſi t. n. d. æquus. Animus ergo bene compoſitus ſuaque ſorte contentus nos beatos efficit, quod nulli contingit, qui non ante omnia ipſe ſibi talis eſſe videtur. Hinc illud e Mimo:

Non eſt beatus eſſe qui ſe non putat.

& elegans Epicuri dictum; *Si cui ſua bona non videntur ampliſſima, licet totius mundi dominus ſit, tamen miſer eſt.* Refertur à Seneca Ep. IX. Torr.

te ſi. Cun.

Æquus, rectus, immotus, & ſua ſede quietus. Bax.

Argumentum. Solatur in tenui re philoſophantem amicum, qui plantam e cœno avaritiæ evellere nequibat.

1 Bentleius *Iccium* pro *Ictium*, & primo verſu *Icci* pro *Icti*, præ negligentia & incuria. Bax. Vid. Var. Lect.

Quos colligis; *Procurator Agrippæ hic erat.* Vet. Sch. Vid. I. Od. 29. Bax.

2 *Recte*; ſapienter, & ad rationis normam. Bax.

Non eſt ut; Helleniſmus, οὐκ ἔστιν ὅπως. Cruquius. Bax.

3 *Tolle*, aufer, apage; ἐν πάθει. Bax.

4 *rerum cui.* Cun.

Mira Hypallage *rerum uſus* poſuit pro *res ad uſus*. Bax.

Suppetit, ad manum eſt, non deeſt; ὑποπίπτει. Bax.

5 *Lateri*; etiam tergum latus dicitur, uti venter Ovidio in iſto; *Pœnitet & lateri conſeruiſſe latus*; ut ſint quatuor hominis latera. Bax. Pectus & officinam ſpirandi maxime intelligi, docet verſiculus Græcus, quem reſpexit noſter, pars illorum, quos Soloni tribuit Plutarchus Solo. pr. quique inter Theognidis carmina leguntur 722. ſq. γαστέρι καὶ πλευρῇσι, καὶ ποσὶ ἄβρα παθεῖν, ubi idem locus eodem modo tractatur. Ges.

Pedibuſque; *ſi tibi ſint calceamenta.* Vet. Schol. Bax.

Pedibus

Divitiæ poterunt regales addere majus.
Si forte in medio poſitorum abſtemius herbis
Vivis et urtica, ſic vives, protinus ut te
Confeſtim liquidus fortunæ rivus inauret:
Vel quia naturam mutare pecunia neſcit;
Vel quia cuncta putas una virtute minora.

Miramur

Pedibus bene eſt, ſi ſani ſunt, non dolent. ZEUN.

6 *Regales*, Dilogus vel magnorum regum, vel ipſius Agrippæ patroni tui: & Proverbialiter dicimus *regias opes*. BAX.

Videtur ſpectare *beatas Arabum gazas*, de quibus. Carm. 1, 29. ZEUN.

7 *Poſitorum*; eorum quæ tibi ſatis large apponuntur, fructus ſcilicet Agrippæ, de quibus memini. BAX.

Abſtemius; *ſine vino*, *ſiccus & ſobrius* Vet. Schol. Abſque temeto. Aliquid de nimia ejus parcimonia inaudierat Horatius. BAX.

Si forte, &c. Intellige *enim*. Reddit enim rationem, cur, ſi ventriculo quis valeat & corpore ſit ſano, vel maximæ divitiæ apud hominem avarum non habeant hanc vim, ut lautius vivat. ZEUN.

8 *Urticam* etiam herbam edulem eſſe habitam, docet Plin. 21, 15 ſ. 55; ſed vere tantum cum tenera eſt. hanc autem epiſtolam auctumno ſcriptam, ex ultimo verſu patet. Et v. 21 piſces memorat, & vivit Iccius in inſula. Itaque *urticam* piſcem hic intelligi, nihil dubito. GES.

Quia piſces ad delicias tum referebantur, h. l. autem de tenui & ſordiore victu eſt ſermo: urtica de herba eſt accipiendum. ZEUN.

9 *Confeſtim*; non intermiſſo curſu, ut oſtendit vir elegans Jacobus Cruquius ex Soſipatri Chariſii Inſtitutionibus. *Confeſtim & protinus conjunxit, indulgens Emphaſi celeritatis.* Vet. Schol. Cruq. BAX. Mihi videbatur hic *confeſtim* retinere vim originis ſuæ, ut ſit *confertim* denſe, non tenui modo bracteola, ſed ſolido auro. Illa celeritatis & continuitatis notio ſatis jam expreſſa in *protinus*. GES.

Liquidus Fortunæ rivus, cogitavit de Pactolo & Mida: & mire *liquidus*, alias non inauraret: quin & *inaurari* Proverbiale eſt. BAX.

Diſtinguendum eſt, ut fecimus, & explicandum: ejuſmodi tenui victu ſemper uteris, quamvis confeſtim ditiſſimus ſis factus. ZEUN.

10 *Naturam*, avari animum atque avidum ingenium: & ſupple, *Et hoc facis*. BAX. Iccius ut procurator, poterat certe in tantum genio indulgere, ut uteretur in *medio poſitis* deliciis. Quod igitur abſtinet, illud vel hanc habet cauſam, quia *pecunia*, in qua nunc eſt, *naturam* aſſuefactione moderatam *mutare* ſtatim *neſcit*, vel hanc, quod philoſophia illum docet, *cuncta* eſſe *minora virtute*, &c. Nihil equidem hic Ironiæ video, nihil mordax: ſed ingenuum laudatorem amici & virtutis. GES.

Equidem ironiam puto. ZEUN.

11 *Virtute*; Stoica temperantia. Salſa Ironia eſt per plures verſus: nam mordendo laudat; & vult ſignificare fieri non poſſe, ut quis Philoſophiæ & aviritiæ ſerviat. BAX.

Imo ridet Iccii philoſophiam, quaſi virtus eſſet, ſi quis, ob aviriiam, utatur victu tenuiſſimo. ZEUN.

12 *Democriti*; *hic, dum Philoſophiæ intentus erat,*

Miramur ſi Democriti pecus edit agellos
Cultaque, dum peregre eſt animus ſine corpore velox;
Cum tu inter ſcabiem tantam, et contagia lucri,
Nil parvum ſapias, et adhuc ſublimia cures:
Quæ mare compeſcant cauſæ; quid temperet annum;
Stellæ ſponte ſua, juſſæne vagentur et errent;
Quid premat obſcurum Lunæ, quid proferat orbem;
Quid velit et poſſit rerum concordia diſcors;
Empedocles, an Stertinium deliret acumen.

Verum

20 Empedocleum *conj. Cun.*

erat, neglexit agros ſuos, adeo ut vicinorum pecora ibi libere paſcerentur. Vet. Schol. Cruq. *Conſtat autem Democritum apud Abderitas cives ſuos cauſam dixiſſe amiſſi patrimonii ſui, & abſolutum prolatis libris, quos de Phyſica ſcripſit.* Vet. Schol. Bax. Auctores meliores dabit Menag. ad Diog. Laërt. 9, 39. Ges.

13 *Culta*; ſata, vel ſegetes. Bax.

14 *tantam inter.* Cun.

Scabiem; dicit cupiditatem ſtolidam, importunam & inexplebilem. Bax. Puto, hic irritamenta tantùm cupiditatis intelligi: qui tractant rem pecuniariam, eos ab illa urtica non uri, ab illa ſcabie non prurire, mirum, & laudis eſt. Major virtus eſt, ſi quis dum tractat quotidie pecuniam, ab ea non corrumpitur, quam qui illam plane non audet attingere. Ges.

Senſus loci eſt: Democritus ob ſtudium ſapientiæ patrimonium neglexit & agros deſeruit incultos. Ergo mirum eſt, quod tu in ſtudio tanto rei quærendæ & augendæ philoſophiam (h. e. non tam ſapientiæ ſtudium, quam phyſicam) etiam tractas, &c. Salſam ironiam hanc eſſe, quis non videt?

Zeun.

Contagia dicimus late ſerpentia mala: nam *Creſcit amor nummi.* Bax.

15 *Nil parvi.* Cun.

Sublimia, Μετέωρα ſive Cœleſtia. Bax.

16 *Mare compeſcant*; ne in terras exeat. Bax,

Temperet, h. e. æſtivo calore & hiberno frigore miſceat. Bax.

17 *Stellæ*, Planetæ. Bax.

18 *Premat*, occulat, tegat: Dilogus Eclipſim dicit & Lunares Numeros. Bax.

19 *Rerum concordia diſcors:* in animo habuit Empedoclis illud; Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνιέχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα, Ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει. Atque hic quidem locus optime declaratur Ovidii Verſibus Met. 1, 430 *Quippe ubi temperiem ſumpſere humorque calorque, Concipiunt; & ab his oriuntur cuncta duobus; Cumque ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes Res creat, & diſcors concordia fœtibus apta eſt.* Bax.

20 *Stertinium deliret acumen.* Ita & noſtri codices, non *Stertinii*, ut ante legebatur. Hic autem ille *Stertinius* ſapientum octavus, de quo lib. II. S. 3, 33. Sed & 2. *Stertinium*, ejuſque fratrem, inter nobiles Claudii principis ætate medicos enumerat Plinius, lib. xxix. c. 1. verum hunc alium fuiſſe, & quidem profeſſione Stoïcum, temporum ratio oſtendit. De Empedocle vero nihil attinet dicere, niſi quod eum

Verum ſeu piſces, ſeu porrum et cæpe trucidas,
Utere Pompeio Groſpho; et ſi quid petet, ultro
Defer: nil Groſphus niſi verum orabit et æquum.
Vilis amicorum eſt annona, bonis ubi quid de'ſt.
Ne tamen ignores quo ſit Romana loco res:
Cantaber

23 Offer *Sax. e gloſſa.*

eum Stertinio comparans Horatius, non eruditionem ejus atque ingenium, quæ in illo viro ſumma fuere, ſed exitum deridet. nam cum *ardentem frigidus Aetnam inſiluit*, vel hac ſola inſania Stertinium, quem ubique notat Horatius, longe ſuperavit. TORR.

Ridicule *Stertinium acumen* Stoiciſmum appellat, ob Paradoxa. *Stertinius iſte ducentos viginti libros Stoicorum Latine ſcripſit.* Vet. Sch. Advertendum autem omnes pene libros habere *Stertinium*, pro eo quod eſt Stertinii, cum Cruquiano etiam Interprete. BAX. De Stertinio Ser. 2, 3, 33. GES.

21 *Verum ſeu piſc. ſeu porr. & cepe.* id eſt, ſive ſumtuoſe, & opipare: ſive tenuiter, & parce, frugaliterque vivis, &c. piſceis enim poſuit pro obſonio cariſſimo: porrum & cepe pro cibo viliſſimo. nam terra nata fere omnia tenuiorum hominum, & plebis ſunt epulæ. M. Tull. epiſt. lib. 7, 26. *Nam, dum volunt iſti lauti terra nata quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, helvellas, herbas omneis ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius. in eas cum incidiſſem in cena augurali apud Lentulum, tanta me διαῤῥοια arripuit, ut hodie primum videar cœpiſſe conſiſtere. Ita ego, qui me oſtreis & muræ nis facile abſtinebam, a beta & malua deceptus ſum.* ex quibus verbis intelligere licet, lege ſumtuaria a C. Cæſare lata, piſcibus, & ceteris obſoniis modum eſſe conſtitutum, ne in eis comparandis, & apponendis ſumtus fieret nimius: terra nata autem eadem lege fuiſſe excepta. LAM.

Seu piſces; quod faciunt lauti. BAX. Vid. ad. v. 8. GES.

Seu porrum; quod audio te facere: & obiter pulſat Pythagoreos & Ægyptios. GES.

Trucidas; *convenit hoc verbum hujuſmodi pulmentis.* Vet. Sch. BAX. Jocoſe *trucidas* de victu Pythagoreo. GES.

22 *Utere*; h. e. convivam adhibe. BAX.

Ultro, libenter, bono & benigno vultu. BAX.

Quomodo poteſt aliquis *dare* ſeu *deferre ultro* (i. e. *ſponte ſua, vel prior*) iſtud quod prius ab eo *petitum fuit?* Si Flaccus dixiſſet, *et, ſi qua re indiget Groſphus, ultro iſtam ei defer*, intellexiſſem: ſed *petitis* neceſſe eſt ut tempore *antecedat*, & excludat *ultroneum* oblationem. mutata Diſtinctione, evaneſcet abſurdum,

&, ſi quid petet ultro,
Defer.

ultro petere frequentiſſimo eſt locutio. Noſter II Serm. 1, 39, licet ſenſu diverſo, *ſed hic ſtilus haud* petet ultro *Quemquam animantem.* Livius XLII, 12. *Seleuci filiam duxiſſe eum; non petentem, ſed* petitum ultro. XLV, 27. Petita ultro *ſocietate Romanâ. Petiere ultro*, Gratius *Cyneget.* ver. 162. Sueton. *Calig.* 14. *Amicitiam ejus* ultro petiit. Martialis V, 6, 19. Ultro *purpureum* petet *libellum.* BOWYER.

23 *Verum*, rectum; nam ex vero judicatur rectum. BAX.

24 *Vilis amicorum*, h. e. Vili venit amicitia, ubi hujuſmodi boni viri aliquo egent. Eſt autem Proverbialis Elocutio. Pro *deſt*, antiquiſſimi Codices habebant *de'ſt*, ut adverti Lambinus. BAX.

25 *Quo loco*, quo ſtatu. BAX.

Romana res; ſupple *publica*. BAX.

27 *Arma-*

Cantaber Agrippæ, Claudî virtute Neronis
Armenius cecidit: jus imperiumque Phrahates
Cæsaris accepit genibus minor: aurea fruges
Italiæ pleno defudit Copia cornu.

EPISTOLA XIII.

AD VINIUM ASELLAM

Ut proficiscentem docui te sæpe diuque,
Augusto reddes signata volumina, Vini,
Si validus, si lætus erit, si denique poscet;

Ne.

29 diffudit *MSS. Mus. Br. B. D. F.* diffundit *MSS. Mus. Br. C. G.*

27 *Armenius cecidit*; dum regnum Tigrani restituit Tiberius. De Phrahate vide Lib. II. Od. 2, 17. Bax.

28 *Genibus minor*; *subtiliter dixit, ad genua devolutum.* Vet. Sch. Vix enim æquabat ejus genua: & talis conspicitur in Cæsaris Nummis, uti monuit Torrentius. Bax.

29 *Defundet.* sic habent omnia scripta præter Martin. qui habet, diffudit. Cruq.

Defudit scriptura plurium Codicum est, non autem *diffudit*, autore Cruquio & Lambino. Bentleius Præsenti Tempore *defundit*: Verum magis placet Præteritum *defudit*, quo melius conveniat cum superioribus. Exemplaria sunt varia de more Exscribentium. Bax. Bene monet Bentleius, si *defudit* verum sit, post messem scriptam epistolam; *si defundit*, forte ante messem. *Diffudit* ubertatem significat: *defudit* Copiam deam facit, de cælo liberalem. Sed quis docebit verum? Ges.

Copia, ubertatis dea, sive Amalthæa. Cruquius. Bax.

Ubertatem Italiæ nosse intererat Iccii, qui in Sicilia lucro operam dabat & frumentum vendebat. Zeun.

Argumentum. Docet amicum quemadmodum velit carmina sua Augusto tradi.

1 Mire *sæpe diuque* de Asina. Bax.

2 *Reddes*; Futurum pro Imperativo, usitata Enallage. Bax.

Bene *signata*, nequis legat ante Augustum. Bax.

Vini, quod ostendit Bentleius. Fuerat enim Romana Familia *Vinia*, non *Vinnia*, ut satis constat ex Inscriptionibus. *C. Vinius Fronto, ad quem hæc Epistola scripta est, patrem habuit cognomine Asinam.* Vet. Sch. Bax.

Ne ſtudio noſtri pecces, odiumque libellis
Sedulus importes, opera vehemente miniſter.
Si te forte meæ gravis uret ſarcina chartæ,
Abjicito potius, quam quo perferre juberis
Clitellas ferus impingas, Aſinæque paternum
Cognomen

6 urget *Mſ. Mus. Br. G.*

4 *Odiumque libellis ſedul.* id eſt, ne immoderato tuo erga nos officio, & ſedulitate noſtros libellos odioſos, & inviſos Auguſto reddas. ſedulum appellant Latini, qui diligentiam adhibet in re aliqua interdum nimiam, aut minus opportunam, minuſque utilem, ſed tamen bona fide, & ſine dolo. quod quidem exemplis perſpicere licet. Terent. in Andr. 4, 1, 56. *parum ſucceſſit, quod ago: at facio ſedulo.* Idem Adelph. 5, 9, 5. *Ego iſtos vobis uſque a pueris curavi ambos ſedulo.* Idem Hecyra 1, 1, 6. *ergo propterea te ſedulo Et moneo, & hortor, ne cujuſquam miſereat.* Idem Heaut. 1, 1, 74. *pro ſe quiſque ſedulo Faciebat, quo illam mihi Lenirent miſeriam.* Ibid. 2, 4, 16. *Neſcio alias: me ſcio quidem feciſſe ſedulo, ut ex illius commodo meum compararem commodum.* M. Tull. pro Arch. poëta de Sylla. cap. 10. *Qui ſedulitatem mali poëtæ duxerit aliquo tamen præmio dignam: hujus ingenium, & virtutem in ſcribendo, & copiam non expetiſſe?* Idem in Rullum in ſenatu Orat. 2, 5. *finem feci offerendi mei, ne forte mea ſedulitas aut inſidioſa, aut impudens videretur.* Horat. epiſt. ad Aug. lib. 2, v. 260. *Sedulitas autem, ſtulte quem diligit, urget.* & ſupra epiſt. ad Mæcen. 7, 8. *Officioſaque ſedulitas, & opella forenſis Adducit febreis.* Idem Sat. 5. libr. 1, v. 71. *ubi ſedulus hoſpes Pæne arſit macros dum turdos verſat in igne.* Lam.

Studio, ſupple nimio. Bax.

Odium, faſtidium, & mire *importes*, de Aſina. Bax.

5 *Sedulus*, officioſus, & ſupple *dum tu es.* Bax.

Opera vehemente, pro importuno ſervitio, per Charientiſmum. Bax.

6 *Si te forte meæ gravis.* ſi tu forte meorum librorum onus ægre ſuſtinere poteris, abjicito potius in itinere, quam in eo loco, quo te perferre juſſi, defatigatus, ac defeſſus oneri ſuccumbas. *clitellas impingas* autem dixit tralatione ducta ab aſinis onere oppreſſis, alludens ad ejus cognomen *Aſellam*, ſeu *Aſinam*: quod quidam malunt. Lam.

Si te forte meae gravis uret ſarcina chartae. Henricus Stephanus ex libro ſcripto profert, URGET; atque ita unus codex Pulmanni, & alter Coll. Trinitatis pro varia lectione. Haud male ſane dixeris, *Sarcina urget*: ut Plautus Poenulo IV, 2, 35. *At* onus urget. *At tu appone, & reſpice ad me. Fecero.* Ovid. Faſt. 4, 515.

Reſtitit & ſenior, quamvis onus urget; *& orat*
Tecta ſuae ſubeat quantulacumque caſae.

Placet tamen communis fere omnium membranarum lectio, URET: utpote figuratior & ποιητικωτέρα: quam & firmat Priſcianus p. 1132. Horat. *Si te forte meae gravis* uret *ſarcina chartae?* ubi quattuor mihi inſpecti codices URAT; ut & hic habet Codex Coll. Trin. quod ab *urget* magis abſcedit. Livius XXXVI, 23. *Aetolos propter paucitatem eoſdem dies noctesque aſſiduo labore urente:* ubi liber Sigonii *urgente*. Nimirum ea vocabula ſollemniter a Librariis confunduntur, de quo conſule Nic. Heinſium ad Amor. Ovidii I, 2, 17. Bentl.

Uret, onere ſuo vexabit. Significare vult volumen ſuum eſſe ſatis grande. Bax.

8 Mire *ferus*; nihil enim aſino irato ferocius. Bax.

Aſinæque paternum; dum elevare ſtudet ſcripta

Cognomen vertas in risum, et fabula fias.
Viribus uteris per clivos, flumina, lamas:
Victor propositi simul ac perveneris illuc,
Sic positum servabis onus, ne forte sub ala
Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum;
Ut vinosa glomos furtivæ Pyrrhia lanæ;

Ut

14 glomus *etiam G. & Sax.* globos *MSS. Mus. Br. D. F.*

scripta sua, ad frigidos jocos descendit; quod in tam levi materia excusare debemus. Bax.

9 *In risum*, in vulgarem jocum. Bax. *Fabula fieri* proverbialis Elocutio est. Bax.

10 *Virib. Uteris per cliv. &c.* omnibus tuis viribus contendes per clivos, flumina, lacunas iter faciens, ut, quo vis, pervenias, librosque perferas, *uteris* autem, futurum indicativi, pro futuro imperativi *utitor*, positum est, ut ibidem docet Pris. idem de illo, *reddes*, quod est in secundo versu, sentiendum. idem enim valet quod *reddito*. Lam.

10 *Lama est vorago*; λάμος *enim est ingluvies*: *Lamiæ quoque dicuntur devoratrices puerorum*. Vet. Sch. *Silvarum saltus, latebras lamasque lutosas*. Ennius, referente Cruquiano interprete. Nostrati vulgo *Sloughs* dicuntur. Bax.

11 *Victor propositi*; *compos voti*. Landinus. Cum difficultate scilicet. Bax. Victis viæ difficultatibus: Continuat enim huc usque allegorian de Asina. Ges.

12 *Servabis*, geres, fovebis. Bax.

14 *Glomos*. sic legendum, & ita habent omnes fere libri calamo exarati, & quos Romæ inspexi, & quos hic in Gallia. Glomus autem & glomer (nam utrumque usu receptum est pro eadem re) globus est lanæ, & fili. Lucr. in nomine glomere producit primam syllabam lib. 1, 360. *Nam si tantumdem est in lanæ glomere, quantum Corporum in plumbo est, &c.* glomerare tamen verbum in eadem syllaba semper corripitur. Lam.

Glomos. sic habent tres Blandin. cum Martin. Divæ. & Silv. quartus Blandin. habet glomus, per quartam flexionem. Tonsa. habet globos. Cruq.

Ut vinosa glomos. Codices in diversa abeunt, hi *globos*, illi *glomos*, alii *glomus*, unus Fabricii *glomen*. Tu, si sapis, tertium ex his elige, & rescribe,

Ut vinosa glomus *furtivae Pyrrhia lanae*.

Ita Blandinius Cruquii, Reginensis, & Markianus. *Glomus* enim *glomeris* neutro est genere, unde *glomero*; &c. Lucret. I, 361.

Nam si tantundem est in lanae glomere, *quantum*
Corporis in plumbo est, tantundem pendere par est.

Plin. Hist. XXXVI, 13. *Labyrinthum extricaberis, quo siquis improperet fine* glomere *lini, exitum invenire nequeat*. Aiunt quidem & *glomus glomeris* dici, & *glomus glomi*: sed nullo auctore idoneo; si hunc ipsum locum, de quo quaestio est, excipias. Priscianus lib. V, p. 658. *Neutra quaedam solebant etiam masculino genere proferre, vel e contrario, ut hic & hoc guttur, murmur, hic & hoc globus, quod etiam hoc glomus hujus glomeris dicitur, hic fretus & dorsus pro hoc fretum & dorsum*. Ubi hoc vult Priscianus, *Hic globus* dici, & *Hoc glomus*: nimirum idem esse utrumque credidit B mutato in M: Ita lib. I. p. 559. B *transit in* M, *ut submitto, summitto, globus glomus*. Unde igitur nobis *glomos lanae?* Satis profecto erit Pyrrhiae,

Ut cum pileolo ſoleas conviva tribulis.
Ne vulgo narres te ſudaviſſe ferendo
Carmina; quæ poſſint oculos aureſque morari
Cæſaris: oratus multa prece, nitere porro.
Vade, vale, cave ne titubes, mandataque frangas.

EIPSTOLA XIV.

AD VILLICUM SUUM.

VILLICE ſilvarum et mihi me reddentis agelli,
Quem

16 Neu *Bentl. ex Mſ.* Nec *MSS. Mus. Br. B. F.*

hiae, ſi unum furtivae lanae glomus ſub ala recondat: ex pluribus enim hoc vel illud excidet, & furti eam manifeſto arguet. BENTL.

Glomos; *glomus eſt rotundus globus filorum.* Vet. Schol. Cruq. Fuerat & *glomus, glomi*, atque *glomus, glomeris*, contra quod ſentit Bentleius. Certe unus glomus filorum lanæ vix ſufficeret furaci *Pyrrhiæ*. BAX. Negat Bentleius, *glomos* alias inveniri; putat, unum *glomus* etiam deprehendi poſſe. GES.

Pyrrhia; *nomen eſt ancillæ in quadam fabula Titinnii, quæ furata lanæ glomos, ita geſtavit, ut deprehenſa ſit.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

15 *Cum pileolo ſoleas*; ita ſordidus erat ut ipſe pueri ſui munus implerit. *Soleæ* calceamenta erant domeſtica: erat etiam & pileolus domeſticus, ut vel ex hoc loco patet. Vide lib. I. Satyr. 3. 128. BAX.

Conviva, h. e. vocatus ad cœnam. BAX.

Tribulis, h. e. contribulis meus. *Incertum eſt quem notet.* Vet. Schol. Cruq. BAX. Neminem privatim ſignat: ſed hoc nomine indicat plebeium hominem imi ſubſellii, qui non eſſet conviva, niſi pars eſſet tribus, quam paſcit aliquis civis lautior. GES.

16 *Ne vulgo narres.* Zulichemianus & alius NEC: ſed recte codex Galeanus, NEU *vulgo narres*. BENTL.

17 *Morari*, retinere, delectare: ut epiſtol. ad Piſon. 321. *Valdius oblectat populum, meliuſque moratur*. LAM.

oculoſque. CUN.

Morari, detinere oculos dicit Naſo. Triſt. lib. 2, 520. Henricus Stephanus. BAX.

18 *Oratus multa prece*; hoc eſt, etſi oratus fueris. Ut alicubi reſiſtas & garriendo tempus teras. BAX. Satis te oravi: quod ſupereſt, tu nitere, &c. GES.

Baxteri explicatio potior eſt. ZEUN.

Nitere porro. Et celeritatem hoc verbo & diligentiam exigit; cum & pro volare & pro vehementer allaborare veteres dixerint. exempla plurima apud Nonium. TORR.

19 Bene *cave ne titubes*, cum Aſinæ jam dixerit, *Nitere porro*. BAX.

Mandata nunc Participium eſt. Vet. Schol. BAX.

Frangas. poterant enim frangi quæ frivola erant. BAX.

ARGUMENTUM. O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint, Agricolas!

1 *Villice ſilvarum & mihi me.* Non æquo fert

Quem tu faſtidis, habitatum quinque focis, et
Quinque bonos ſolitum Variam dimittere patres;
Certemus ſpinas animone ego fortius, an tu
Evellas agro; et melior ſit Horatius, an res.

Sall. B. J. p. 744.

Me

3 Bariam *G. & primæ editt. etiam Fabric. MSS. Mus. Br. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Baria *quidam MSS. Cruq.* 5 rus *conj. Da Heinſ. & probat Cun.*

fert Horatius animo Sabinum agellum quaſi ſterilem, villico ſuo non eſſe curæ, qui tamen aliquando quinque patrum familiis alendis fuerat ſatis. Cruq.

Villicus ruſticæ familiæ præerat, ut Diſpenſator urbana. Torrentius. Atque hi erant plerumque liberti. Bax.

Silvarum, Metonymice pro gregum & rei paſtoritiæ: nam communia paſcua ſilvis fere conſtabant & montibus. *Montibus & ſilvis ſtudio jactabat inani.* Virgilius Ecl. 2, 5. Bax.

Mihi me reddentis ag. id eſt, cujus amœnitate, & ſalubritate me officiis, negotiiſque urbanis defatigatum, deficio ac recreo. ſic Catull. carm. 44. ad Fundum â cena illa Sextiana ſe uſque eo gravedine frigida, & frequenti tuſſi quaſſatum eſſe dicit, donec in ſinum fundi ſui Tiburtis confugerit, ibique ſe ocymo, & urtica recuraverit. Lam.

Agelli, ruris & villæ meæ. Bax.

Ubi poſt negotia urbana me recreo.
Zeun.

2 *Habitatum*, ſupple quamvis. Bax.

Focis, domibus. Ad octavum Lapidem ultra Tibur in Via Valeria. Vet. Schol. Cruq. Bax.

3 *Et quinque bonos ſolitum, &c.* intellige, ex hoc agro Horatiano, in quo quinque foci eſſent, quinque homines grandeis natu in oppidum Sabinorum Bariam convenire ſolitos, tamquam ſenatores, qui conſultarent, & ſententiam dicerent de re Sabinorum communi, & publica. nonnulli arbitrantur eo evocari ſolitos eſſe, ut ibi gererent magiſtratum. alii annotant, Bariam locum eſſe in Sabinis, ad quem ſoliti eſſent tranſire ad cauſas agendas. Ego de Baria nihil habeo dicere, præterquam quod aiunt omnes fuiſſe oppidum in Sabinis aliquando frequentiſſimum ac celeberrimum. Hoc etiam lectori teſtificabor, in omnibus fere libris manuſcript. & Vaticanis, & aliis, legi *Variam*, non *Bariam*. Varia autem, cui Appula cognomen eſt, longe admodum diſtat à Sabinis.
Lam.

Bonos Patres; pro ratione illorum temporum divites Senatores. Bax. Non *Senatores* intellexit, credo, vir doctus Romanos, ſed decuriones proximi municipii. Ego ne hos quidem in Flacco video, ſed patres familias, municipes aut colonos Variæ, ſingularum villarum dominos, Variæ contributos ſ. adſcriptos. Ges.

Varia oppidum in Sabinis olim, nunc Vicus imminens Anieni. Vet. Schol. Cruq, An hic erat Commune Sabinæ gentis Concilium antiquis temporibus? Advertendum omnes fere ſcriptos Codices habere *Variam* non *Bariam*.
Bax.

Spinas. eleganter ſpinas ad agrum, animumque retulit: ſed agri ſpinæ, proprie dicuntur: animi ſpinæ, pro curis, & angoribus, tranſlate. Catullus curas, *ſpinoſas* appellavit in carmine de nuptiis Pelei, & Thetidis 64, 72. *ſpinoſas Erycina ferens in pectore curas.* & Horat. Epiſt. 2, 2, 212. *Quid te exemta juvat ſpinis de pluribus una?* Lam.

Spinas, moleſta vitia: carduos & paliuros dicit. Bax.

5 *Melior*, purgatior. Bax.

An res. D. Heinſius reponit *an rus.* & omnino

Me quamvis Lamiæ pietas et cura moratur,
Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis
Insolabiliter; tamen istuc mens animusque
Fert, et amat spatiis obstantia rumpere claustra.
Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum:
Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.
Stultus uterque locum immeritum causatur inique;
In culpa est animus, qui se non effugit unquam.
Tu mediastinus tacita prece rura petebas,
Nunc urbem et ludos et balnea villicus optas:
Me constare mihi scis, et discedere tristem,
Quandocunque trahunt invisa negotia Romam.
Non eadem miramur; eo disconvenit inter

Meque

9 avet *ex conj. Bentl.*

omnino recte, quia, cum persona vel res rei, uti hic fit, opponitur, vera scribendi ratio propriis & suis nominibus utramque insigniri præcipit: cui præcepto tam facili tamque evidenti morem gessisse scriptores omnes dubitari vix potest. Ideoque credibile non est Horatium, ob curiosum verborum dilectum ab optimis auctoribus mirifice laudatum, voci *rus* quæ ultro sese ei offerebat, & qua huic loco aptior invenire non poterat, *res* latissimæ potestatis vocem prætulisse. Recepta itaque lectio ab inscito correctore vim verbi *rus* non intelligente fine dubio manavit. CUN.

6 *Cura*; animi ægritudo. BAX. De Lamia Od. 1, 26 & 36. it. 3, 17. BAX.

7 *Rapto*; ante diem sublato. BAX.

8 *Mens animusque:* propositum & libido. BAX.

mensque. CUN.

9 *Amat*, temperando dicit pro gestit. BAX.

Claustra sunt carceres; & est Translatio ab equis Circensibus. Vet. Schol. BAX.

Cupit tollere impedimenta, quæ me Romæ remorantur, ut possim otiari & libere vivere. ZEUN.

11 *Est odio*, displicet, fastidio est. BAX.

Sors, vitæ status. BAX.

13 *Animus*, supple ægrotus *Patriæ quis exsul, Se quoque fugit?* Od. 2, 16, 19. sq. BAX.

14 *Mediastinus, servus ad omnia viliora officia comparatus.* Torrentius. Idem qui & calo: quasi *mediodestinus*, ut *clandestinus*. BAX.

Mire *tacita prece* de calone, qui non audebat promere sua vota. BAX.

15 *Villicus*, supple *factus*, ut supra etiam ad *mediastinus*. BAX.

16 De constantia Horatii alia omnia Ser. 2, 7, 28. GES,

17 *Invisa*, temperando dicit pro detestabilia. BAX.

18 *Miramur*, magna & beata putamus. V. Epist. 1, 6, 1. GES.

Disconvenit

Meque et te: nam, quæ deserta et inhospita tesqua
Credis, amœna vocat mecum qui sentit, et odit
Quæ tu pulchra putas: fornix tibi et uncta popina
Incutiunt urbis desiderium, video; et quod
Angulus iste feret piper et thus ocius uva;
Nec vicina subest vinum præbere taberna
Quæ possit tibi: nec meretrix tibicina, cujus
Ad strepitum salias terræ gravis: et tamen urges
Jampridem

21 pulchra vocas *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Disconvenit inter Meque, & te. eo inter nos diffidemus, ac discrepamus. *disconvenit*, id est, non convenit. nam impersonale est hoc loco, ut loquuntur Grammatici. supra epist. 1, 99. personale, *Æstuat, & vitæ disconvenit ordine toto.* Lam.

19 *Inhospita tesqua.* Hanc quidem scripturam servat libb. M. S. S. omnes: sed *tesca* legendum esse, quasi *tuesca* dicas, à tuendo, & Varro nos docuit, & sequitur Festus; Isidorus vero *tescua* scribit. verus Lexicon *tesqua*, interpretaturque κατάκρημνοι και ῥάχεις ϗ ἔρημοι τόποι. Sunt qui Sabinum esse vocabulum putent. Augures vero eadem ferme *tesqua* quæ & *templa* vocabant, loca augurio designata, quorum termini cum fere rupibus silvisque ac montibus finirentur, factum inde ut inculta omnia ac deserta *tesca* appellarentur. Exempla apud Festum. Torr.

Tesqua; *Lingua Sabinorum loca difficilia & repleta sentibus sic nominantur.* Vet. Schol. Quasi texta vel plexa. Etiam Belgis *Twisschen* est plectere, cum quo convenit, & Latinum *texere*; quæ omnia a Saxonico nostro *Twegen, Duo.* Bax.

21 *Pulch. putas.* sic habent cod. duo Vatic. Jannoct. Faërn. Raïn. Card. Torn. Russard. Nicot. Cleric. meus: alii vocas. ut vulg. mendose, opinor. Lam.

Plurimi MSS. *putas*, non *vocas*. Lambinus; atque sic legit Cruquius. Bax.

Fornix; in fornicibus Circi prostabant meretriculæ. Bax.

Uncta popina. in qua coquuntur omnis generis obsonia. unde popino, popinonis, Sat. 2, 4, 62. *Quæcumque immundis feruent allata popinis.* Lucil. princip. *Infamem, immundam, turpemque odisse popinam.* Lam.

Uncta, redolens & optimis cibis plena. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Recte igitur præcipit Columella, 1, 8, 2. ne villicus ex eo servorum ordine instituatur, *qui urbanas ac delicatas artes exercuerit. Socors & somniculosum genus id mancipiorum, otiis, campo, circo, theatris, aleæ, popinis lupanaribus consuetum, nunquam non easdem ineptias somniat, &c.*

Zeun.

23 *Angulus iste*, agellus meus, Εὐτελισμὸς μετ' Ἡδοποιίας. Bax.

Sensus est: Agellus iste non magis feret uvas quam piper & thus, h. e. nunquam.

Zeun.

24 *Subest*: suppetit, ad manum est ὑποκίπτει. Bax. *Subest* simpliciter prope est. Ges.

26 Pulchre *strepitum* dicit cantum indoctæ & pauperculæ fidicinæ. Bax.

Salias. saltes non admodum scienter, neque numerose. saliunt enim verius, quam saltant rustici. idem de arte poët. 430. *Saliet, tundet pede terram.* Lam.

Terræ gravis; deridet agrestem saltatorem. Bax.

Et

Jampridem non tacta ligonibus arva, bovemque
Disjunctum curas, et ſtrictis frondibus exples:
Addit opus pigro rivus, ſi decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato.
Nunc, age, quid noſtrum concentum dividat, audi.
Quem tenues decuere togæ nitidique capilli,
Quem ſcis immunem Cinaræ placuiſſe rapaci,

Quem

Et tamen urges Jampridem, &c. hæc ſunt referenda ad ea, quæ ſunt ſupra. *nam, quæ deſerta, & inhoſpita teſqua.* vel ad principium epiſtolæ, *Quem tu faſtidis habitatum*, &c. hoc modo, quamvis agrum meum faſtidias, vel quamvis locum iſtum ſterilem, deſertum, & incultum eſſe dicas, tu tamen arva, quæ jampridem non fuerunt culta, aut foſſa, ſtudioſe, & aſſidue fodis, ſubigis, & colis. LAM.

Et tamen, plurima habes quæ agas, neque vacat tibi nugari. BAX. Recte vir doctus & melius illis, qui hic proponi volunt objectionem ſ. excuſationem villici, quem potius ipſe laudat hic Horatius, quod deſiderio urbis non negligat officium. GES.

Quamquam in te eſt urbis & urbanarum deliciarum nugarumque deſiderium: tamen tu non negligis opera ruſtica. ZEUN.

Urges, oportet te urgere, h. e. fodicare. BAX.

27 *Ligonibus*, ſarculis latis; Μαχέλλας Græci dicunt: erant & Δίχελλαι, quos bidentes vocabant. BAX.

Bovem dejunctum. bovem ſejunctum, ac ſeparatum ab altero: vel jam diſſolutum: quod fit veſperi. ideoque βυλυτὸν nominant Græci tempus veſpertinum. annotatum ſup. ad Od. 3, 6, 42. ibid. *& juga demeret Bobus fatigatis. dejunctum* autem excudendum curavi, quattuor libros manuſcrip. ſecutus. LAM.

Bovemque disjunctum. Sic habent noſtra exemplaria, vix uno atque altero demto. atque ita legendum, quicquid dicat Lambinus: quemadmodum & apud Juven. 5, 119. *O Libye disjunge boves dum tubera mittas.* Unde *disjunctiones amicorum amantiumque*, Terentio, Ciceroni, & aliis, venuſta à bubus tralatione. TORR.

28 *Et ſtrictis.* id eſt, ſtringendo ſuccisis. ſic Virg. Ecl. 9, 60. *hic, ubi denſas Agricolæ ſtringunt frondeis.* Idem Georg. 2, 368. *tunc ſtringe comas, tunc brachia tonde.* Idem primo, v. 305. *Sed tamen & quernas glandeis tunc ſtringere tempus.* eodem libro v. 316. *cum flavis meſſorem induceret arvis Agricola, & fragili jam ſtringeret hordea culmo.* LAM.

Strictis et. CUN.

29 *Pigro*, otianti, interquieſcenti. BAX.

30 *Docendus*; *præfoſſis tramitibus: ſic alibi* (A. P. 68.) *ipſe de fluvio*; *Doctus iter melius.* Vet. Sch. BAX. Nempe de incilibus & foſſis vel odiendis, vel purgandis aperiendiſque, aquæ pluviæ derivandæ cauſa, loquitur. GES.

31 Concentum quid noſtrum. CUN.

Comice protulit *quid* pro *quantum.* BAX. Quantum inter me atque te interſit. GES

33 *Immunem, ſine munere.* Vet. Schol. BAX. De Cinara Od. 4, 1, 4. & 13, 21. GES.

Scis, quippe qui internuncius fuiſti, & mihi puellam adduxiſti vinumque appoſuiſti. *Rapaci*, qualis erga alios amatores erat. ZEUN.

34 *Bibulum*

Quem bibulum liquidi media de luce Falerni, *Carm. I. 1. 20.*
Cœna brevis juvat, et prope rivum ſomnus in herba;
Nec luſiſſe pudet, ſed non incidere ludum.
Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat; non odio obſcuro morſuque venenat:
Rident vicini glebas et ſaxa moventem.
Cum ſervis urbana diaria rodere mavis;

Horum

34 nocte *Mſ. Mus. Br. G* 40 reddere *Fl.* 1482.

34 *Bibulum.* bibacem, ut 1. Ep. 18, 91. *Potores bibuli media de nocte Falerni*, ita per tralatione bibulam arenam dixit Lucret. 2, 376. *Littoris incurvi bibulam lavit æquor arenam.* Lam.

Media de luce. II. S. 8, 2. *dictus here illic De medio potare die.* atque hoc tempore diem frangere dicebantur homines inertes, voluptarii, luxurioſi, in cute curanda occupati: conviviaque ad multam noctem nonnumquam producebant. ego igitur (inquit) qui cenis à meridie uſque ad multam noctem productis olim delectabar, nunc brevibus delector magis. Lam.

Liquidi, ſacco liquati. Bax.

36 *Incidere ludum. Ludum* vocat quicquid fert adoleſcentia. alia autem ætas alios mores poſtulat: ac prudenter Juven. Sat. VIII, 163, & ſqq.

Defenſor culpæ dicet mihi, fecimus & nos
Hæc juvenes, eſto. deſiſti nempe, nec ultra
Foviſti errorem: breve ſit quod turpiter audes.

& noſter Flaccus II. Epl. 2, 214. ſq.

Luſiſti ſatis, odiſti ſatis atque bibiſti,
Tempus abire tibi eſt.

Ariſtippus denique non ad meretricem ingredi, ſed egredi non poſſe turpe eſſe dicebat. Torr.

Pudet modo poſuit, pro *pudor eſt.* Bax.

Incidere; abrumpere, vel per compendium finire. Bax.

Ludum per Charientiſmum dicit res Venereas & cæteras nugas. Bax.

37 *Non iſtic obliq. oculo*, &c. Non temere (inquit) vitæ ruſticæ cupiditate afficior. Nam nemo iſtic, id eſt, rure, mea commoda oculo obliquo limat: hoc eſt nemo meis commodis invidet: nemo aſpectu maligno, & invido mea commoda faſcinat, & minuit. Nam ſiquam invidiam mihi conflarent res ſecundæ meæ, riſus vicinorum eam diſcuteret, atque obrueret. Lam.

Temperantur dixit *mea commoda* pro *meas felicitates.* Bax.

Iſtic, in villa mea Uſticæ. Zeun.

38 *Limat*, radit & per hoc urit. *Floriferis ut apes in ſaltibus omnia limant.* Lucretius. Bax. Locus eſt 3, 11. Sed meliores *libant. Limat* eſt minuit, detrahit. Ges.

Obſcuro; *invidia tacitum eſt odium.* Vet. Schol. Cruq. Clancularie res ſunt & Invidia & Obtrectatio, quam modo morſum dicit. Bax.

39 *Rident*, adeo non invident. Bax.

40 Bentleius *cum ſervis tu urbana*, tenui de cauſa, & nullo cum fructu, niſi quod auribus placuerit ſuis. Bax.

Diarium unius diei demenſum eſt. Torrentius. Bax. Recte. Sic Petronianum illud ſcortillum negat ſe *poſt aſellum ſumere diaria*, cibum vilem poſt delicias. Non audiendus eſt Landinus, qui *diaria* interpretatur lucra diurna, quæ ſervus mereatur domino. Nempe legebat *reddere* pro *rodere.* Ges.

Rodere apte de victu arido & tenui. Zeun.

Horum tu in numerum voto ruis: Invidet uſum
Lignorum et pecoris tibi calo argutus, et horti.
Optat ephippia bos piger; optat arare caballus:
Quam ſcit uterque, libens (cenſebo) exerceat artem.

EPISTOLA XV.

AD NUMONIUM VALAM.

QUÆ ſit hiems Veliæ, quod cœlum, Vala, Salerni,
Quorum

41 *Horum tu in numerum*; etſi fueris rure procurator meus & libertus. BAX.

42 *Calo.* qui lignum domi non habet: qui it lignatum foras. *Calones* (inquit Feſtus) *militum ſervi dicti, quia ligneas clavas gerebant, quas Græci κάλα vocant. Cala* (inquit Servius in 6. Æneid. v. 1.) *dicebant majores noſtri, fuſteis, quos portabant ſervi ſequentes dominos ad prælium.* M. Tull. lib. 3, 5. de nat. Deor. *Eos* [Tyndaridas] *tu canteriis albis, nullis calonibus obviam Vatieno veniſſe exiſtimas.* LAM.

Calo; mediaſtinus, qui jam de longinquo ligna atque olera petit. BAX.

43 *Optat ephippia bos*; etiam noſtratibus familiare adagium eſt, *As a Saddle to a Cow.* BAX.

Ephippia; *ſagmata.* Vet. Schol. & bene de ruſtici caballi ſtramentis. Hodie etiam caballi arare norunt. BAX. *Piger*, quem piget laboris ſui. Ita nihil refert, ſive ad bovem, ſive ad equum referas. GES.

44 *Quam ſcit uterque, libens.* proverbium eſt vulgatiſſimum: *Quam quiſque didicit, eam artem exerceat.* Ariſtophanes in Veſpis, Ἐρᾷοι τις ἂν ἕκαστος ἐιδείη τέχνην. apud Ath. lib. 8. in illo Stratonici, hominis falſiſſimi reſponſo ad harmonicum illum, qui antea hortorum cuſtos fuerat, cum eo de harmoniis diſputantem, ſcriptum eſt, ἄᾷοι τις, non ἔρᾷοι τις, levi immutatione facta, propter ejus in quem dicebatur, perſonam. utitur & M. Tull. epiſt. ad Attic. lib. V. quem proxime citavi, & cap. 10. *O rem minime aptam meis moribus, ὁ illum verum,* ἔρᾷοι τις. LAM.

Uterque, tu ſcilicet & calo meus. BAX.

Cenſebo; ſententiam dicam, tractum a Senatu. Notum eſt Græcorum dictum, [Ariſtoph. Veſp. 1422.] Ἔρᾷοι τὶς ἂν ἕκαστος ἐιδείη τέχνην. BAX.

Præſertim cum tu artem calleas villici. Cf. vers. 26. ſeqq. ZEUN.

ARGUMENTUM. Horatius curandæ valetudinis cauſa Philoſophicum arcum retendit.

1 *Quæ ſit hiems Veliæ, quod*, &c. hæc referenda ſunt ad verſum, qui eſt infra v. 25, *Scribere te nobis*, &c. ea autem, quæ ſtatim ſequuntur

Quorum hominum regio, et qualis via (nam mihi Baias
Musa supervacuas Antonius, et tamen illis

Me

untur, *nam mihi Baïas Musa*, &c. usque ad verbum, *Major utrum populum*, &c. includenda sunt interpositionis nota. Horatius ab Antonio Musa clarissimo, ac præstantissimo medico edoctus, Baias, Campaniæ oppidum amœnissimum, ad cujus aquas, & ceteras delicias concurrebant homines voluptarii, ad easdemque ægri, quod essent salubberrimæ, confugiebant, edoctus igitur, Baias minime sibi esse necessarias, nec ad valetudinem utileis, cogitat Veliam, & Salernum proficisci, ibique hiemare. Iccirco petit à Vala, ut scribat ad se, quæ sit illis in locis hiems, quod cælum, &c. Lam.

Familiaris sermonis negligentiam imitatur hæc epistola. Pendet prima illa interrogatio a v. 25. *Par est, te nobis scribere, quæ sit hiems*, &c. nam ego in illam oram inferi maris venire non soleo, cum Antonius Musa interdicat thermis, quales ibi sunt, commendet fontes frigidos. Ges.

Velia & Salernum oppida sunt Lucaniæ : Salernum a salis copia dictum est. Vet. Schol. Et *Velia*, olim *Helia*, teste Plinio, lib. 3, 10. h. e. Paludosa ; a Græco Ἕλος. Bax.

Vala ; in antiquo Nummo est C. Numonius Vaala. Lambinus. Bax.

Nam mihi Baias, &c. nam si quæras, cur Veliæ, & Salerni hiemare cogitem, & non Baiis, Antonius Musa ait, aquas calidas Baiarum mihi esse supervacuas : id est, ad voluptatem gignendam duntaxat valere : ad bonam valetudinem autem inutileis esse. M. Tullius pro Cœlio, cap. 11. *si fas est eum à me hominem defendi, qui nullum convivium renuerit, qui unguenta sumserit, qui Baias viderit.* Lam.

2 *Quorum hominum* ; i. e. *quibus moribus ibi sunt homines.* Landinus. Bax.

3 *Antonius Musa, frater Euphorbi Medici Jubæ, Augusti libertus.* Torrentius. *Antonius Musa ægritudine Augusti artem suam illustravit : nam cum dolore Arthritico laboraret, & ad summam maciem perductus esset, curante Aimilio Medico, qui eum adeo calidis curabat, ut tectum cubiculi ejus velleribus muniret : hic postea in contrarium versis omnibus, non solum perfusionibus frigidis, sed etiam Gargarismis Cicerninæ Aquæ, quæ est Atellæ, in domo Cæsaris, & potionibus usus est ; ita ut intra breve tempus eum curaret. Ob quam causam ab Augusto usque ad Sestertium quadringenties ex Senatusconsulto accepit. Hic autem Musa Horatio jusserat ut lavacro frigido uteretur propter oculorum dolorem.* Vet. Schol. Cruq. *Medico Antonio Musæ, cujus opera ex ancipiti morbo convaluerat, statuam ære collato juxta signum Æsculapii statuerunt.* Suetonius in Augusto [c. 59]. En autem quod nuperrime accidit Londini, apud *Fontem* dictum *Clericorum*, qui haud ita longe est ab *Iselduno*, frequenti vico, aquis frigidis modo celebris : a viro autem & claro & fide digno, *Edvardo Baynardo*, M. D. Collegiique Londinensis Socio celeberrimo accepimus. Rusticus quidam cognomento *Plumbarius*, in vico agit vernacule appellato *Harrow on the Hill*, quod est *Herga* sive *Castra super colle* ; qui quidem vicus satis notus est in Mediosaxonum nostrorum pago ; præsertim vero nobis, qui in sacro isto monte Musas primum adivimus. Laborarat hic vir sesquimestri fere spatio immanibus arthritidos vagæ, paralyseos, atque etiam spasmatum doloribus, adeo ut neque pedibus insistere valeret. Plurimis autem incassum tentatis remediis, imo & Mercuriali saliva inutiliter mota, misellus iste tandem (incredibile dictu) ab omnibus istis tam sævis symptomatibus, vel unica in Frigidas nostras immersione ex toto liberatus, ad integram sanitatem restitutus est ; jussus tamen firmioris efficaciæ causa iterato bis terve in easdem aquas se demittere. Ostendit idem vir elegans & locum mihi Senecæ, qui est in Epistola quadam illius ad Lucilium ; [83] quem quoniam huc pertinere videbatur, apponendum duxi. *Ab hac*

quum

Me facit invisum, gelida cum perluor unda
Per medium frigus: sane murteta relinqui,
Dictaque cessantem nervis elidere morbum

Sulphura

fatigatione magis quam exercitatione in frigidam descendi: hæc apud me vocatur parum calida; ille tantus Psychrolutes qui Kalendis Januariis in Euripum saltabam. Derivabantur autem *Euripi* isti *ex Aqua Virgine* gelidissima atque Alsietina: atque hi ad instar *Votarum* nostrarum circuibant Circi Maximi & Theatri interiora, nonnunquam & privatas domos. *Auspicabar* (inquit idem Autor) *in Virginem desilire.* Qua de re & Ovidius de Ponto [1, 8, 38] *Stagna quoque Euripi Virgineusque liquor.* Atque alias [Art. Amat. 3, 385] *Nec vos Campus habet, nec vos gelidissima Virgo.* Vide Julium Frontinum de Aquæductibus. Neque hoc loco silentio prætereundas censeo pene a tribus retro sæculis apud Venedotos Britannos miraculorum fama nobilissimas *Albicollinas Frigidas:* sic enim illas appellandas duxi, quod vetere indigenarum sermone idem sit *Gwenvre*, vel *Gwenbre*, quod Romanis *Albus Collis*; & quod *wy* eadem lingua aquam sonet. Ex Britannico igitur *Gwenvrewy*, vel *Membre-wy* Johannes a Pennant, *Salopiæ* (sive *Novi Veroconii*) Abbas, qui primus Fabellam istam ex ore vulgi depromtam consarcinavit, pro more rudioris sæculi, nescio quam Saxonico Vocabulo *Winefridam*, sive Divam, sive Nympham, ausus est comminisci. Verum e diverticulo in viam redeundum erit. Bax.

Supervacuas per Charientismum posuit pro inutiles, vel nihil agentes. Bax.

Tamen; neque enim excusor autoritate tanti Medici. Bax.

4 *Cum perluor unda.* Libri vetustissimi *quod perluor unda.* duo etiam *cum pervehor unda:* quæ scriptura melius exprimit quod inquit Plin. 29, 5. *mergi in lacus ægros.* sed nihil muto. Torr.

5 *Sane myrteta relinqui.* Vetustiores codices MURTETA scribunt more saeculi Horatiani; ad cujus exemplum nos toto opere orthgraphiam instituimus. Ceterum *sulfura* illa in *murtetis Baiarum* cave cum magnis Interpretibus *aquas sulfuratas* accipias aut Thermas naturales: ficca enim sudatoria erant instar Laconicorum. Celsus de his ipsis loquens III, 21. *Maxime*, ait, *utiles* (in hydrope) *naturales & siccae sudationes sunt, quales super* BAIAS *habemus in* MURTETIS. & iterum clariusque ibidem II, 17. *Siccus calor est & arenae calidae, & laconici, & clibani, & quarundam naturalium sudationum, ubi a terra profusus calidus vapor aedificio includitur, sicut super* BAIAS *in* MURTETIS *habemus.* Murtetorum etiam horum meminit & Martialis III, 58, 1 & sqq.

Baiana *nostri villa, Basse, Faustini,*
Non otiosis ordinata myrtetis,
Sed rure vero barbaroque laetatur.
Bentl.

Sane; neque enim per jocum mentior. Bax.

Murteta, ea est scriptura meliorum Codicum. *Est & quarundam naturalium sudationum* [*calor*] *ubi e terra profusus calidus vapor aedificio includitur, sicut super Baias in Murtetis habemus.* Cornelius Celsus 2, 17, pr. Bax.

6 *Cess. nervis elid. m.* elidere, id est, depellere e nervis. cessantem autem morbum intellige, vel longum, & adversus remedia contumacem, & difficilem curatu: vel ab effectu, quia tardet, & cessare cogat. Articulorum dolores, qui manus, aut pedes infestos habent, significat. Lam.

Doctaque. Cun.

Cessantem morbum; *podagram.* Vet. Schol. Bax.

Elidere; efficaciter eliminare, per sudores scilicet. Bax.

7 *Sulf.*

Sulphura contemni, vicus gemit, invidus ægris,
Qui caput et ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis, Gabioſque petunt, et frigida rura.
Mutandus locus eſt, et diverſoria nota ;
Præteragendus equus : Quo tendis ? non mihi Cumas
Eſt iter, aut Baias, læva ſtomachoſus habena
Dicet eques : ſed equi frænato eſt auris in ore.)

Major

13 equis *Bentl. Cun.* equi *defendit Jonſon.*

7 *Sulf. cont. vicus gemit.* Baiæ moleſte ferunt, ſulfura, id eſt, aquas ſulfuratas, quæ dicuntur valere ad morbum articulorum levandum, contemni, ac pro nihilo putari. Lam.

Invidus ; *quia iter ad alia loca.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

8 *Qui caput* ; *Aqua frigida infuſa, præterquam capiti, etiam ſtomacho prodeſt : item articulis, doloribuſque qui ſunt ſine ulceribus : item rubicundis nimis hominibus, ſi dolore vacant.* Cornelius Celſus (1, 9). In reſolutione etiam ſtomachi idem celeberrimus Autor hæc præcipit (4, 5). *Huic generi inutiliſſimum balneum eſt : Lectiones exercitationeſque ſuperioris partis neceſſaria : item unctiones frictioneſque ; hinc perfundi frigida, atque in eadem natare, canalibus ejuſdem ſubjicere etiam ſtomachum ipſum, & magis etiam a ſcapulis id quod contra ſtomachum eſt : conſiſtere in frigidis medicatiſque fontibus, quales Cutiliarum Subcutiliarumque ſunt, ſalutare eſt.* De Cutiliis autem & Subcutiliis Aquis vide Plinium (2, 95 & 31, 2) & Vitruvium (8, 3). Bax.

9 *Cluſinos.* ſic habet cod. Bland. antiq. & Sil. quos ſequor, non ſine cauſa, ut lector doctus, ſi advertat, facile judicabit ſic legi debere ; non etiam, Cluſinis, qui caſus hic irrepſit propter τὸ fontibus. Cruq.

Cluſinæ & Gabinæ aquæ frigidæ ſunt. Cluſinæ in Hetruria, Gabinæ in Sabinis. Vet. Sch. Bax.

Frigida rura, montana loca, maritimis contraria ; Sabinos agros intellige. Bax.

10 *Locus* ; Vetus hoſpitium. Bax.

Diverſoria ; interquieſcendi loca. Bax. Equi meritorii aſſueti viæ Baias ducentis, eo tendebant ab ea, quam exſpectationem ſimilium caſuum vocat hodierna ſchola. Fingit ergo expoſtulationem poeta equitis ſuo cum equo, quem dextrorſus ad Cumas & Baias nitentem *læva habena* ad Gabios reflectit. Ges.

11 *Tendis* ; niteris. Bax.

13 *Sed equi frenato eſt auris in ore.* Tacent hic interpretes, neque quicquam ex codicibus ſuis proferunt : Videamus tamen locum integrum :

Mutandus locus eſt, & diverſoria nota
Praeteragendus Equus. *Quo tendis ? non mihi Baias*
Eſt iter aut Cumas, laeva ſtomachoſus habena
Dicet eques : ſed equi *frenato eſt auris in ore.*

Ubi qui Latine ſciunt, id primum mirabuntur, *equi* caſu genitivo hic efferri : cum caſtigati ſermonis ratio dativum poſtulet : Sed *equo auris eſt in ore frenato.* Ita boni auctores ſemper loquuntur. Plinius : 8, 50. *Cervis vita in confeſſo longa :* 8, 67. *Equo fere, qui homini, morbi ſunt :* 8, 70. *Bubus Indicis camelorum altitudo : Tauris minora, quam bubus, cornua.* Hanc igitur labem eluunt codices noſtri optimi Voſſianus, & Reginenſis ; quibus accedit & alter recentior : Sic enim exhibent,

Dicet

Major utrum populum frumenti copia paſcat ;
Collectoſne bibant imbres, puteoſne perennes
Jugis aquæ ; (nam vina nihil moror illius oræ.
Rure meo poſſum quidvis perferre patique ;
Ad mare cum veni, generoſum et lene requiro ,

Quod

15 puteoſve *Mſ. Mus. Br. F.* 16 Dulcis *Mſ. Mus. Br. B.* 17 quodvis *conj. Heinſ. Adv.* 3, 13. p. 493. 18 Venio *Mſ. Muſ. Br. F.*

Dicet eques : ſed EQUIS *frenato eſt auris in ore.* Sententioſe hoc dictum eſt ; non de hoc tantum equo, ſed de omnibus. Quod cum non animadverterent Librarii, ideo corrumpebant locum, quia ex prioribus verbis de uno equo hic agi exiſtimabant. Inde eſt, quod in Reginenſi S a mala manu pene eraſa conſpicitur. BENTL.

Eſt auris in ore ; ſuavis Allegoria, qua ſignificat voluptatem magis homines captare, quam curam corporis. Vet. Schol. BAX. Nempe proprie dicit, ad equum verbis nihil profici, frenis opus eſſe. Ab hoc autem verſu redit ad quæſtiones v. 2. GES.

14 *Major utrum populum.* Velienſeis, an Salernateis. & repete eum, quem dixi, verſum, *Scribere te nobis, &c.* LAM.

Major utrum ; ſupple *Te nobis ſcribere par eſt.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Utrum populum ; utram civitatem, Velinam an Salerninam. BAX.

15 *Collectos, ciſterninos.* Vet. Sch. Cruq. BAX.

16 *Dulcis aquæ.* ſic ſcriptum reperi in duobus codicib. manuſcrip. uno Vatic. & Jann. atque hanc puto rectam, ac germanam ſcripturam : non *Jugis*, ut eſt in vulgatis, & aliis calamo exaratis. nam cum peremneis puteos dixerit, ſupervacaneum ſit addere, *Jugis aquæ :* quandoquidem *jugis*, & *perennis*, idem valent. neque vero eſt, quod quiſquam mihi dicat, aquam ἄχυμον, id eſt, ſaporis expertem eſſe oportere, ut ſcribit Ariſtot. lib. περὶ αἰσθήσ και αἰσθητῶ· non igitur dulcem. primum enim dulcem aquam appellant Latini, & γλυκὺ ὕδωρ Græci, quæ non eſt ſalſa, à marina ſcilicet diſtinguentes. ut M. Tull. Verr. de ſignis lib. IV, 53. *In hac inſula extrema eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium.* idem de natura Deorum libr. 3, 14. *Ali autem ſolem, lunam, reliqua aſtra aquis alia dulcibus, alia marinis, &c.* Poſtremo Aldus Pius vir doctiſſ. qui olim Venetiis Græcarum litterarum naufragii reliquias collegit, nobiſque tradidit : quique Paullum Manutium, hominem eloquentiſſimum ſuæ probitatis, atque humanitatis effigie nobis reliquit, jam pridem teſtatus eſt, ita ſcriptum eſſe in antiquo exemplari, quod habebat domi ſuæ : & præter eam rationem, quam initio de ejus ſententia propoſui, exemplum profert e Virgilio Ecl. v, 47. *Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere rivo.* LAM.

Puteoſne perenneis dulcis aquæ. ſic habent duo cod. Mart. & Bland. antiq. reliqui omnes, jugis aquæ. diſputent alii, utra lectio prævaleat alteri, ego certe manum non vorterim (ut aiunt) jugis ne an dulcis legam. CRUQ.

Nonnulli Codices inepte reponunt *Dulcis* pro *Jugis*, ex aliquo Interpretamento ut puto : eſt autem *Jugis* quæ continenter manat, & *perennis*, quaſi per omnes annos. BAX.

Nihil moror ; quia nihil capior. BAX. Ego ita putabam, *Non moror*, non opus habeo de illis quærere : novi illa Campana, Maſſica, Cæcuba, Falerna : quibus rure meo facile careo, cum ad mare deſcendi, utor jucunde. GES.

18 *Ad mare*, ad loca voluptatum. BAX. Calabriam intelligere nos jubet N. Heinſ. Adv. 3, 13. p. 493. hic pariter & Epiſt. I, 7, 11. Sed hic Lucaniam intelligi nimis apertum : & ipſum *deſcendere* in loco priore *inferum*

Quod curas abigat, quod cum ſpe divite manet
In venas animumque meum, quod verba miniſtret,
Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ :)
Tractus uter plures lepores, uter educet apros :
Utra magis piſces et echinos æquora celent ;
Pinguis ut inde domum poſſim Phæaxque reverti ;
Scribere te nobis, tibi nos, accredere par eſt.
Mænius, ut rebus maternis atque paternis
Fortiter abſumtis, urbanus cœpit haberi,
Scurra vagus, non qui certum præſepe teneret,
Impranſus non qui civem dignoſceret hoſte ;
Quælibet in quemvis opprobria fingere ſævus ;
Pernicies et tempeſtas barathrumque macelli,
Quicquid quæſierat, ventri donabat avaro.

Hic

20 Miniſtrat. *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 26 Mænius *incipit Novam Epiſt. in MSS. Mus. Br. C. D. F. G.* 30 Stringere *conj. N. Heins.* figere *conj. Cun.* 32 donarat *G. S. et Mſ. Mus. Br. F.* donaret *Bentl. ex Mſ.*

inferum potius mare ſignare videtur. Bax.

Lene; *ſuave*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

21 *Juvenem commendet*; i. e. *quod calidiorem faciat ad amplexus*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

23 *Echinos*; Vide Sat. 2, 4, 33. Bax.

24 *Phæax*; alter Alcinous. Bax. Vid. Epiſt. 1, 2, 28. Ges.

25 *Scribere te nobis*; *hic verſus principia Epiſtolæ concludit*. Vet. Schol. Immane Hyperbaton. Bax.

Accredere, verbum Lucretianum. Bax.

27 *Fortiter, magnanimus puer*, ut ait Perſ. v1, 22. Bax.

Urbanus; dicax, falſus, ſodalis commodus. Bax.

28 *Non qui cert. præſepe ten.* declarat vocem, quæ antecedit *vagus*. non enim domi ſuæ cibum capiebat, ſed menſas alienas ſectabatur: neque ſemper eaſdem, ſed alias, atque alias. & eſt tralatio ab equis, per quam ſignificat, homines gutturis vitio, & abdomini deditos, beſtiarum eſſe ſimileis. Lam.

Scurra; paraſitus, ad aſſentationem compoſitus. Bax.

certum non qui. Cun.

Præſepe; mire tanquam de voraci belua. *Satyrice pro menſa*. Vet. Schol. Bax.

29 *Impranſus*; *ideo iratus ob hoc ipſum*. Vet. Schol. Eſt autem *Impranſus* pro *impaſtus*. Bax. Marcilius *impranſum* interpretatur bene ſaburratum, & inde petulantem. Sed deſtituitur, puto, ab exemplo. *Impranſus* certe noſtro eſt non pranſus Ser. 2, 2, 7 & 3, 257. Ges.

civem non qui. Cun.

31 *Barathrum*, *vorago*. Vet. Sch. Cruq. Bax. V. Sat. 2, 3, 166. Ges.

32 *Quicquid quæſierat*; nam emendicabat undique, hinc Pantolabus dictus. Bax.

33 *Timidis*

Hic, ubi nequitiæ fautoribus et timidis nil
Aut paulum abſtulerat, patinas cœnabat omaſi,
Vilis et agninæ, tribus urſis quod ſatis eſſet;
Scilicet ut ventres lamna candente nepotum
Diceret urendos, corrector Beſtius. Idem
Quidquid

35 agnini *MSS. Torrent. G. Z. Med.* 1477. *F.* agnini *MSS. Mus. Br. B. C. D. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 36 lama *G. it. Med.* 1477. *F.* 37 corrector *Lambi. ex Mſ. etiam Sax.* Correctus *MSS. Mus. D. F. G.* Beſtius *omnes MSS. Cruq. G. pr. edd.*

33 *Timidis.* ſic reperi ſcriptum in duobus cod. Vatic. & Jann. Faërn. Torneſ. non, ut alii librorum arrogantiſſimi corruptores, repoſuerant, *tumidis.* ac teſtatur quoque P. Victorius, quem ſemper honoris cauſa nominatum volo, ita ſcriptum eſſe in uno, atque altero codice antiquo: idemque hunc locum hoc modo explicat, intelligere oportere ſcurras eoſdem fuiſſe, & ſycophantas: quos divites, propterea quod ſibi ab eis metuerent, ſtudioſe, & crebro ad cenam vocabant, & liberaliter, prolixeque accipiebant. LAM.

Nequitiæ fautoribus, luxuriæ plauſoribus: nam fautores ſunt qui plaudunt fere ſcenicis. BAX.

Timidis, non generoſis: nam meticuloſi ſunt avari. BAX. *Timidos* interpretor, qui metu quodam petulantis hominis illud maledicum offercire cibis malebant, quam fame irritare. Duplex genus eorum, qui ſcurrras alunt, *fautores*, quibus placent maledicta: *timidi*, qui metuunt, ne in ſe convertantur. GES.

34 *Patinas cenabat omaſi Vilis, &c.* tanta erat hujus ſcurræ edacitas, ut cum epulæ lautiores, carioreſque eum deficerent, maximam ſibi viliſſimorum, & plebeiorum ciborum copiam apponendam curaret. agninum omaſum dixit, ut diſtingueret à bubulo: de quo Plin. lib. 8. cap. 45. Horat. Sat. 2, 5, 40. *Seu pingui tentus omaſo Furius hibernas cana nive conſpuet alpeis. Patinas omaſi cenare* dixit, ut epiſt. 1, 17, 13, *Si pranderet olus:* & epiſt. 2. 2, 168, *Emtum cenat olus.* & II. Sat. 8, 27, *Nos (inquam) cenamus aveis.* Sed non eſt diſſimulandum, in aliquot libris manuſcriptis ita legi *patinas cenabat omaſi, Vilis & agninæ, &c.* quæ ſcriptura fortaſſe recta eſt: in voce *agninæ* autem ſubintelligendum, *carnis.* de omaſo ſuprâ ad Sat. 5. lib. 1. Præterea quidam legunt *tabulas*, pro *patinas:* quo nomine ſcilicet major ſignificaretur edacitas. Græci πίναχας dicunt. LAM.

Patinas, ſupple *plenas.* Teſtaceis patinis elixabant carnes & piſces.

Omaſi, viſceris bubuli. Vet. Schol. *Tripe.* BAX.

35 *Tribus urſis quod ſatis eſſet.* edacitatem hominis declarat loquendi genere hyperbolico. LAM.

Omnes fere MSS. pro *agnini* legerunt *agninæ* cum Cruquiano Interprete, & Turnebo. Agnina nihil vilius apud Veteres. Qua de re videſis Turnebi Adverſaria. BAX.

36 *Lamina candente.* lamina candente. genus cruciatus fuiſſe apparet vel ex illis verbis Ciceronis Verr. de ſupplic. 63. *quid, cum ignes, candenteſque laminæ, cetereſque cruciatus admovebantur?* quamquám eo loco Ciceronis quidám libri, habent, *ardenteſque.* quam ſcripturam non probo. lamina enim candens dicitur, non ardens. Erant autem laminæ, cruſtæ ferreæ, quæ igni candefactæ, admovebantur nocentium corporibus. LAM.

Lamna candente; Ligurientium ſervorum ventres ſtigmate ſcribebantur, ut oſtendit Dacerius ex Galeno. BAX.

Fingere certus. promptus, paratus. ſic habent duo codic. Bland. Tonſa. & Siliali habent, ſævus, cum vulgatis. CRUQ.

37 *Correctus.* hunc locum in omnibus libris vulgatis & manu ſcriptis, in quibus legitur

Quidquid erat nactus prædæ majoris, ubi omne
Verterat in fumum et cinerem, Non hercule miror,
Aiebat, si qui comedunt bona; cum sit obeso
Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla.
Nimirum

40 Comedant *Mss. Mus. Br. D.*

gitur partim *correctus*, partim *correptus*, depravatum esse puto, & emendandum, *corrector*, ut sit ironia, hoc modo. ubi nihil abstulerat à divitibus, & profusis hominibus, & nihil habebat opipari, quod esset, nepotes & luxuriosos dicebat esse castigandos, & gravibus suppliciis afficiendos, ut corrector quidam, & magister morum. sic Terent. Adelph. 4, 7, 22. *si illud, quod est maxime opus, jacto non cadit, illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.* Dem. *Corrector. nempe tua arte, &c.* Nuper quidem paullo ante hanc secundam editionem, ita scriptum vidi in uno antiquissimo cod. manuscript. Lam.

Mænius idem. quidam libr. veteres habent. *Bestius idem.* nonnulli sic, *diceret urendos correptus.* al. *correctus Bèstius. idem, &c.* Lam.

Correctus Bestius. hanc lectionem habent omnia quæ vidi scripta. unus Blandin. habet, correptus: quo majus miror alios enarratores Horatii ita ἐκ παρέργου præteriisse hunc locum, velut indignum in quo se gravius torquerent, maluisseque nugas suas obtrudere, quam vera, & antiqua lectione proposita lectori consulere. Cruq.

Mænius interdum invehebatur in lautitias hominum æque severe ac *Bestius* ille nobilis *corrector* & castigator nequitiæ. Ges.

Omnes fere scripti Codices legerunt *Bestius* pro *Mænius*, & nonnulli *correptus* pro *correctus*. *Bestius* etiam est in Cruquiano Interprete, *nomen parcissimi cujusdam Romani.* Lucro hic unice deditus est. *Cornelius Bestius* apud Plutarchum pupillum suum, ut alter Polymnestor, ob spem auri obtruncavit; quod ostendit Cruquius. Pro *correptus* vel magis *correctus*, Bentleius posuit ex ingenio suo *corrector*, optima ut puto cum ratione. Fuerat enim *Bestius* iste homo frugi atque avarus, & nebulonum castigator, quod vel ex Persii Satyra (6, 37) constat. Bax.

38 *Quicquid erat nactus praedae majoris.* Et in editis omnibus & in membranis plerisque QUICQUID. At codices aliquot Torrentii habent,

SI QUID *erat nactus praedae majoris.*

Rectissime: hoc enim & justius vulgato est, & significantius. *Si forte majoris praedae quid nactus erat*; quo ostenditur, tam largam fortunam & rarius & difficilius ei obtigisse.

Bentl.

Siquid Bentleius, levi de causa; quod scilicet unus vel alter scriptus Liber repræsentet *Siquid*. Ego nihil moveo. Bax.

prædæ nactus. Cun.

39 *Verterat in fumum & cinerem*; h. e. in culina absumserat. Bax.

40 *Siqui comedunt bona.* omnes codices manuscripti, quos quidem viderim, hanc scripturam tuentur, ac retinent: omnes viri docti probant: nonnulli tamen indoctissimi homines corrupta vera scriptura, *comedunt bene*, suppofuerant. Est autem usitatissimum loquendi genus bonis scriptoribus *bona comesse*. M. Tull. pro Flacco 36. *Quid attinuit hanc urbem relinquere, libertate tam præclara carere? adire periculum navigandi? quasi bona comesse Romæ non liceret.* Lam.

41 Notum est suillam vulvam olim habitam in deliciis. Bax.

Plin. 11, 37 s. 84. *Vulva ejecto partu melior quam edito: ejecticia vocatur illa, hæc porcaria.* Martial. 13, 56. *Te fortasse magis capiet de virgine porca, Me materna gravi de sue vulva capit.* V. Apic, 7, 1. Ges.

volva nil. Cun.

Nimirum hic ego ſum; nam tuta et parvula laudo,
Cum res deficiunt, ſatis inter vilia fortis:
Verum ubi quid melius contingit et unctius, idem
Vos ſapere et ſolos aio bene vivere, quorum
Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.

EPISTOLA XVI.

AD QUINCTIUM.

Ne perconteris, fundus meus, optime Quincti,
Arvo paſcat herum, án baccis opulentet olivæ,
Pomiſve, an pratis, an amicta vitibus ulmo:

Scribetur

2 bacis *MSS. ap. Cruq. it. G. S.* opulenter *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 3 Pomiſne et *MSS. Mus. Br. B. C. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* vincta *Mſ. Mus. Br. C.*

42 *Hic ego ſum*; de me fabula narratur. Bax.

tutus nam. Cun.

Seu, ego hac in re ſum ſimilis Mænii. Zeun.

43 *Fortis*; magniloquus, alter Hercules. Bax.

44 *Unctius*; lautius, opimius. Bax.

45 *Aio bene vivere*; *Poteſt hoc Epicurus dicere, qui ait divitias, ut non appetendas, ita nec fugiendas, ſi contigerint.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

46 *Quorum Conſpicitur nitid. Fund.* id eſt, quorum pecunia ab incerto aliquo quæſtu non pendet, ſed in prædiorum, ac fundorum fructibus poſita eſt. nitidas autem villas appellat, refertas uberes, opimas, & fructuoſas. Lam.

Bene *conſpicitur* ſubjecturus *nitidis*: nam marmoreas ſignificat villas. Bax.

Fundata, & per hoc manſura: nam facile perit pecunia in fœnore poſita, vel intus condita. Bax.

Argumentum. Vitam beatam æquanimitate conſtare, & conſcientia veræ virtutis.

1 *Ne*; *id eſt*, *ne forte*. Vet. Schol. Bax. *Fundus ager eſt cum ædificio*. Torrentius. Bax.

Hic forte erat Q. Hirpinus, de quo Od. 2, 11. Torrentius. Bax.

2 *Arvum ager dicitur ſegetis ferax & præparatus frumento*. Vet. Schol. Bax.

3 Optimi MSS. pro *pomiſne* legerunt *pomiſve*, quod mihi cum Cruquio arridet. *Pomiſne* Bentleius, ſed parum refert. Placet tamen

Scribetur tibi forma loquaciter, et ſitus agri.
Continui montes, niſi diſſocientur opaca
Valle ; ſed ut veniens dextrum latus aſpiciat Sol,
Lævum decedens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes. Quid ſi rubicunda benigne
Corna vepres et pruna ferunt ? ſi quercus et ilex
Multa fruge pecus, multa dominum juvat umbra ?
Dicas adductum propius frondere Tarentum.
Fons etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus ;

Infirmo

5 ni *Mſſ. Mus. Br. C. F. G. 9. 10.* In quibusdam ferant et juvet.

tamen *an*, pro &, autoritate ſcriptorum Codicum. Bax.

4 *Loquaciter* ; non quod multa dicat, ſed quod de ſuis crepet, ut fere ſolent loquaculi. Bax.

5 *Niſi diſſoc. Ni diſſocientur* habent plures & meliores codices. Torr.

Cruquius putat Uſticam dici & Lucretilem, de quibus in Odis. Bax.

6 *Dextrum* in ſacris erat oriens, quod Romanis deorum ſimulachra in templis ſpectarent meridiem. Bax. Ponit ſe & ſuum Quinctium in villa, quæ, ut in frigida regione meridiem adſpicit, & vallem, cujus dextrum latus orienti ſoli oppoſitum eſt, lævum occidenti. Ges.

7 *Decedens* Bentleius ex optimis Libris. Bax.

Vaporet, Lucretio *vapor* dicitur calor. Bax. *Vaporare*, eſt quocunque modo calefacere. fomentis, igne accenſo &c. Ges.

Curru fugiente. Bland. antiq. habet, curſu. Cruq.

8 *Quid ſi*. in duobus Cod. Vat. & Jannoct. Faërn. Torn. ſcriptum eſt, *Quod ſi*, &c. ſine interrogationis nota. Eam.

benigne. codic. Tonſa. cum duobus Blandinianis habet *benigni*. Cruq.

Bentleius præpoſuit Adjectivum *benigni*, quod non æque placet. Major enim eſt vi Adverbii in iſto loco. Bax.

Sed *benigni* eſt ποιητικοτερον. Zeun.

9 Melius in Indicativo *ferunt* & *juvat* : atque ita Bentleius ex Libris quos ipſe probandos putat ; neque nobis ſecus videtur. Bax.

ſi quercus. aut potius, ni quercus, ut volunt Blandinii. Cruq.

10 *Fruge* ; glande. Bax.

11 *Dicas*, h. e. fatendum tamen tibi erit. Bax. Si temperiem illam conſideres, ſitum, amœnitatem, dicas alterum hic eſſe Tarentum, quaſi a maritima illa & humili regione huc verſus mediterranea adductum. Ges.

Nota Horatium in Italia nihil magis laudare quam Tibur & Tarentum. Vet. Schol. Bax.

12 *Fons Bandinus, e quo rivus qui Digentia dicitur*. Vet. Schol. Cruquianus Interpres *Banduſius* habet. Bax. V. Car. 3, 13, 1. Ges.

Dare nomen rivo ; mira Hypallage, pro dare rivum non ſine nomine. Bax. Quo plus aquarum dat fons rivo, tanto digniorem facit, ut ſuum ſibi nomen habeat. Itaque dat nomen cum aqua. Ges.

Infirmo capiti fluit utilis, utilis alvo:
Hæ latebræ dulces, et jam, ſi credis, amœnæ,
Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis.
Tu recte vivis, ſi curas eſſe quod audis:
Jactamus jampridem omnis te Roma beatum:
Sed vereor ne cui de te plus quam tibi credas,
Neve putes alium ſapiente bonoque beatum,
Neu, ſi te populus ſanum recteque valentem
Dictitet, occultam febrem ſub tempus edendi
Diſſimules, donec manibus tremor incidat unctis.
STULTORUM incurata pudor malus ulcera celat.

Si quis

14 fluit aptus et *S. Z. Med.* 1477. *F. MSS. Mus. Br. B. D. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*
15 etiam *Mſ. Mus. Br. D.* 22 tempus habendi *Zar. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

14 *Fluit utilis.* Nulla cauſſa eſt, cur hæc mihi ſcriptura diſpliceat. Plures tamen libri habent, *Fluit aptus & utilis alvo.* TORR.

15 Acutiſſime Bentleius pro *etiam (ſi credis)* & *(jam ſi credis)* h. e. audita mea deſcriptione. BAX. Mihi magis placet, *& jam*, etiam nunc, hoc ipſo tempore, quo ſcribo, debeo valetudinem agello meo, tempeſtate anni alias graviſſima. Illud *tibi* ἦθος habet amicitiæ. GES.

16 *Septembrib. horis.* illo anni tempore: ut epiſtol. de arte poët. v. 302. *ſub verni temporis horam.* ſeptembre tempus autem dixit, ut fundi ſui amœnitatem, & ſalubritatem demonſtret ac declaret, qui tempore anni maxime inſalubri, Horatium ſalvum & recte valentem præſtet amicis. LAM.

Septembribus horis, h. e. quaque Septembri hora, ſive tempeſtate: *quo tempore in urbe facile morbo tentantur corpora, ex Autumni æſtu noxio*; ut ait Vet. Schol. BAX.

17 Temperando dicit, *Tu recte vivis ſi*, pro *Non recte vivis niſi: recte* autem dicit tam ad animum quam ad rationem: nam & animus vulgo norma recti eſt. BAX.

18 *Jactamus:* prædicamus. BAX. *Beatum*, opinione vulgi, ob famam ſcilicet atque divitias. BAX.

19 *Ne cui de te plus*; egregius eſt iſte Catonianus verſus [1, 14]. *Plus aliis de te quam tu tibi credere noli.* BAX.

20 *Alium*; divitem ſcilicet, vel fama celebrem: eſt autem Helleniſmus in *alium ſapiente*, quaſi ἄλλον τὸν σοφὸν, quod advertit Cruquius. *Quod ſi accuſator alios Sejano foret.* Phædrus lib. 3, Pro. 42. BAX. Add. 2, 1, 240. GES.

22 *Febrem*; notum eſt Stoicos omnes affectus pro animi morbis habere. BAX. Comparandi particulas more ſuo omittit. Similis eſt diſſimulator morborum animi ægroto intemperanti, qui, ne interdicatur ipſi cibo, diſſimulat ſenſum adventantis febris, donec in ipſis epulis ſuperveniens ille algor tremore partium prodatur. *Manus unctas* vocat, jam jurulentis cibis pingues. GES.

23 Paralyticus tremor futuræ mortis indicium. BAX.

24 *Malus*; perverſus & pravus. BAX.

26 *Dicat*,

Si quis bella tibi terra pugnata marique
Dicat, et his verbis vacuas permulceat aures;
" Tene magis ſalvum populus velit, an populum tu,
" Servet in ambiguo, qui conſulit et tibi et urbi,
" Jupiter;" Auguſti laudes agnoſcere poſſis?
Cum pateris ſapiens emendatuſque vocari,
Reſpondeſne tuo, dic ſodes, nomine? ¶ Nempe
Vir bonus et prudens dici delector. ¶ Ego, ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras, ſi volet, auferet; ut ſi
Detulerit

30 Cum cupias *MS. Boſ. G. S. MSS. Mus. Br. C. D.* cupies *Z. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Videri *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 32 ac *Mſ. Mus. Br. B. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Sapiens *MSS. Mus. Br. C. D.*

26 *Dicat*, cantet. Bax.

Vacuas; & per hoc patulas. Bax.

27 *Tene magis ſalvum, &c.* hæc oratio neque ad Quinctium apte convenit, neque omnino ad quempiam alium, quam ad Auguſtum. eſtque veriſimile verſum eſſe alicujus poëtæ illius temporis, Auguſto aſſentantis. Si quis igitur (inquit) tecum ita loquatur, Utrum tu cupidior ſis populi ſalutis, an tuæ populus, dubium eſt atque incertum: faxitque Deus ne hujus rei periculum fiat, id eſt, ut quam diutiſſime vivas, ne te mortuo, ex deſiderio tui, populique merore intelligatur quam ſis carus populo: ſi quis igitur hujuſmodi orationem tecum habeat, facile intelligere poſſis, tales laudes ad te non quadrare ſed ad Auguſtum: itaque continuo eas reſpueris. Lam.

Tene magis; *Hæc enim Varius de Auguſto ſcripſerat*; *ſunt autem ex notiſſimo Panegyrico Auguſti.* Vet. Schol. Obiter & Auguſto & Vario amico ſuo gratificari ſtudet. Bax.

28 *Servet in ambiguo.* ita legendum, non *Servat*, ut habent quidam libri corrupti. eſt enim bene precantis oratio. Lam.

29 *Auguſti laudes*; non tuas. Bax. Poſſiſne ita ſtolidus eſſe, ut in te agnoſcas laudes, quæ in neminem præter Auguſtum conveniunt? Sed non multo prudentius admittas *ſapientis* vel *emendati* hominis nomen, &c. Ges.

30 *Sapiens emendatuſque*, h. e. doctrina & moribus egregius. Bax.

31 *Reſpondeſne tuo nomine?* h. e. an non falſo nomine apellaris, neque enim ſapientis eſt captare opinionem imperiti vulgi. Bax. Metaphora ſumta a dilectu vel luſtratione militum, cenſu &c. ubi nomine ſuo recitato quiſque reſpondet, ſe adeſſe. *Nomine* Dativus antiquus videtur Marcilio, nec repugnem. Sed poteſt etiam ad quæſtionem, Quis eſt ſapiens? ſuo nomine reſpondere, caſu auferendi. Ges.

Nempe, ex abrupto concedentis eſt; forſan enim dicturus es, omnes hoc morbo pariter laborare. Bax.

32 *Prudens*, doctus, Philoſophus. Bax.

Ego ac tu, ſupple *æque*. Bax.

33 Poſtquam conceſſit jucundum eſſe vocari bonum & prudentem, addit, ab eodem populo æque facile auferri illum honorem. Itaque leve putandum eſt, quod pendet a levitate multitudinis. Si volumus non dolere finiſtris judiciis plebis, neque debemus efferri ſecundis. Ges.

34 *Indigno*,

Detulerit faſces indigno, detrahet idem.
Pone, meum eſt, inquit: pono, triſtiſque recedo.
Idem ſi clamet furem, neget eſſe pudicum,
Contendat laqueo collum preſſiſſe paternum,
Mordear opprobriis falſis, mutemve colorem.
Falſus honor juvat, et mendax infamia terret,
Quem, niſi mendoſum et medicandum? Vir bonus eſt quis? Qui

38 Mutemque colores *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 40 medicandum *probat etiam Bentl. it. Cun. Sandb.* Mendacem *Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

34 *Indigno*, ſupple *mihi*. Bax.

35 *Pone.* depone magiſtratum, (inquit populus, qui eum mandavit) quod idem dicere non poteſt virtuti, aut viro virtute prædito, quia *Virtus repulſæ neſcia ſordidæ in-Contaminatis fulget honoribus, Nec ſumit, aut ponit ſecures Arbitrio popularis auræ.* 3 Od. 2, 17. Lam.

35 *Inquit*, ſcil. populus. Zeun.

36 *Idem ſi clamet furem.* Nullus, quod ſciam, Interpretum filum & ductum hujus orationis recte accepit:

Cum pateris ſapiens emendatuſque videri,
Reſpondeſne tuo dic ſodes nomine? nempe
Vir bonus & prudens dici delector ego ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras ſi volet, auferet: ut ſi
Detulerit faſces indigno, detrahet idem.
Pone, meum eſt; inquit: pono, triſtiſque recedo.
Idem, ſi clamet furem, neget eſſe pudicum,
Contendat laqueo collum preſſiſſe paternum,
Mordear opprobriis falſis mutemque colores.

Ubi hic ordo, haec ſententia eſt: *Qui hodie dedit hoc*, nomen ſc. ſapientis & emendati, mihi indigno; *cras auferet, ſi volet. Pone*, inquit, iſtud nomen, quo tibi adulatus ſum: *meum eſt*, quod eo nomine tibi places. Ego vero *pono*, & *triſtis recedo. Idem* ego, qui falſis prius laudibus criſtas erigebam, *mordear etiam opprobriis falſis, ſi clamet me furem eſſe, impudicum, parricidam.* Ejuſdem enim eſt, *falſo honore juvari* & *mendaci infamia terreri.* Idem igitur primæ hic perſonae eſt; *Pono triſtiſque recedo: Idem mordear opprobriis falſis.* Ita noſter paſſim; ut Epiſt. II. 2. v. 104.

Multa fero ut placem genus irritabile vatum,
Cum ſcribo & ſupplex populi ſuffragia capto:

Idem, *finitis ſtudiis & mente recepta,*
Obturem *patulas impune legentibus aures.*

& in Arte v. 358.

Quem bis terve bonum cum riſu miror; & idem Indignor, *quandoque bonus dormitat Homerus.* Cicero Epiſt. Fam. IV, 4. *Et ego ipſe me non eſſe verborum admodum inopem agnoſco: ſed tamen* idem facile cedo *tuorum ſcriptorum ſubtilitati.* At Interpretes τὸ *Idem* tertiae hic perſonae eſſe arbitrantur, & ultima illa *mutemque colores* per interrogationem efferunt? quo omnis ſententiae vis corrumpitur, & orationis filum intereciditur. Bentl.

Mire *clamet*; de rauca turba. Bax.

38 Magis nobis arridet *mutemve* quam *mutemque.* Verum Particulae *que*, *ne* & *ve* frequenter errore Librariorum commiſcentur. Bax.

Tres Cruquii Codices cum Vetere interprete pro *colores* legerunt *colorem*, quod rectum eſt. Neſcio cur eruditiſſimus Bentleius praetulerit hoc loco Plurali Numero *colores*, etſi forſan rarius occurrat in tali ſenſu.

Lectionem edd. vett. cum Bentleio revocandum putavi, tanquam exquiſitiorem, quia crebro pallorem ruboremque ire ac redire ſignificat: ſed per interrogationem extuli. Zeun.

40 *Quem niſi mendoſum et mendacem.* Quod in

Qui consulta patrum, qui leges juraque servat;

Quo

in priscis editionibus sic exhibetur,

Falsus honor juvat, & mendax infamia terret
Quem, nisi mendosum & mendacem?

vetustiores plerique codices ad hunc modum variant,

Quem nisi mendosum & MEDICANDUM?

Ita quattuor Blandini cum tribus apud Cruquium, ita unus Berśmanni & bini Pulmanniani; ita ex nostris optimi Leidensis & Reginensis. Et Cruquius quidem sic edidit, suorum auctoritate fretus, quem tamen nemo imitari ausus est praeter Baxterum nostratem. Torrentius vero illud *Medicandum, ut insulsum plane & insipidum, rejicit.* Quo magis elaborandum est nobis, qui Cruquianum quidem lectionem sequimur, licet alio prorsus modo interpretemur; ut sententiae nostrae ratio constare, & a posterorum cavillationibus immunis aetatem ferre possit. Quis igitur est *medicandus?* is profecto, cui medicina, emendatione, correctione opus est. Nam ut *morbi*, ita & *medicinae* vocabulum ad animum transferri solet, apud optimos quosque scriptores. Terent. And. v. 1, 12.

Ejus labore atque ejus dolore gnato ut medicarer *tuo.*

Noster Epist. I, 8. 7, et sqq.

Sed quia mente *minus validus, quam corpore toto,*
Nil audire velim, nil discere, quod levet aegrum;
Fidis offendar medicis, *irascar amicis.*

Seneca Epist. L. *nemo se esse avarum intelligit, nemo cupidum. Caeci tamen ducem quaerunt, nos sine duce erramus: & ideo difficulter ad* sanitatem *pervenimus, quia nos aegrotare nescimus: nec quaerimus quidem* medicum; *erubescimus discere bonam mentem.* Ita apud Graecos θεραπεία & θεραπεύεσθαι de mente passim usurpantur. Plutarchus Περὶ Ἀοργησίας p. 806. Ed. Steph. Τὸ τοῦ Μασωνίου, Δεῖν ἀεὶ θεραπευομένους βιοῦν πεπαύσεσθαι μέλλοντας. Marcus Antoninus I, 7. Παρὰ Ῥυσίκου, τὸ λαβεῖν φαντασίαν τοῦ χρήζειν διορθώσεως καὶ θεραπείας τοῦ ἤθους. Ergo hoc vult Horatius: qui falso honore delinitur, aut falsa infamia cruciatur; is certe mendosus est, & medicinae indiget; quantumvis se sanum & ab omnibus animi morbis liberum esse opinetur. Nihil profecto aptius ad totam orationis seriem vel fingi poterit. Sic enim antea dixerat, eadem qua hic tralatione:

Jactamus jampridem omnis te Roma beatum:
Sed vereor, ne cui de te plus quam tibi credas;
Neve putes alium sapiente bonoque beatum:
Neu, si te populus sanum recteque valentem
Dictitet, occultam febrem *sub tempus edendi*
Dissimules; donec manibus tremor incidat unctis.
Stultorum incurata pudor malus ulcera *celat.*

Haec omnis μεταφορικῶς de animi morbis accipienda esse quivis videat. Ergo ubi in versibus sequentibus quaesiverat, an amicus ille suus & falsis laudibus non delectari, & infamia falsa non concuti didicisset, tandem eadem metaphora sic argumentum claudit,

Falsus honor juvat, & mendax infamia terret
Quem nisi mendosum & MEDICANDUM?

Si his, inquit, rebus concuteris, morbo utique laboras & *medicandus* es, quantumvis *sanum te & recte valentem* & populus dictitet, & tu credulus sic existimes. Noster Serm. I, 6. v. 65.

Atqui si vitiis mediocribus & mea paucis
MENDOSA *est natura, alioqui recta.*

& iterum I, 4, 130.

Ex hoc ego SANUS *ab illis*
Perniciem quaecumque ferunt, mediocribus & queis
Ignoscas vitiis teneor.

Ex his locis inter se collatis facile perspectu est, quam vere apteque vocabula illa hic conjungantur, MENDOSUM & MEDICANDUM. Mendosi siquidem sumus ob *vitia:* & vitia illa *sanatione* & *medicina* indigent. Omnis itaque mendosus propterea est *medicandus:* at non omnis mendosus necessario est *mendax:* poterit enim quis menda sua cognoscere & confiteri: ut Noster loco jam laudato,

Serm.

Quo multæ magnæque ſecantur judice lites;
Quo res ſponſore et quo cauſæ teſte tenentur:
Sed videt hunc omnis domus et vicinia tota
Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.
Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat
Servus:

43 Reſponſore *MSS. Mus. Br. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 45 Introrſus *Bentl.* 46 non *Mſ. Mus. Br. B.* dicit *poſt alios Bentl. & Cun.*

Serm. I, 4, 130. De qua re vide egregie differentem Senecam De Tranquillitate cap. 1. Quid quod *Medicandum* olim legit Porphyrio Scholiaſtes? *Mendoſum*, inquit, *Vitioſum. Mendacem, hoc eſt, non ſanum.* Ita quidem Georgii Fabricii editio praefert: ſed naris eſſe obeſae debet, qui illud *Non ſanum* minime ad *Mendacem*, ſed ad *Medicandum* ſpectare non ſubodoretur. Atque ita clare exhibet Editio Veneta anni MCCCCXC. *Medicandum, hoc eſt, non ſanum.* Valeant itaque, qui *Mendacem* hic ſupponunt, magno ſententiae diſpendio: quamquam in iis eſt Joannes Sariſburienſis vir ſuae aetatis eruditiſſimus, qui ante annos plus quingentos ſic in ſuis codicibus legebat,

Quem niſi mendoſum & mendacem?

ut videbis Policrat. II, 14. nam & ſic ibi codex ſcriptus in Bibliotheca hujus Academiae publica. Sed hujus auctoritati praeponderant & codices qui octingentos annos facile ſuperant, & Scholiaſtes his omnibus prior, &, quod maximum eſt, ipſa ratio & ſeries orationis. BENTL.

Mendoſum, vitiis minorem & hoc ſtultum. BAX.

Mendoſum & Mendacem Cacozelon eſt Horatio indignum: quare non dubitavimus cum Cruquii MSS. & Veteri Interprete *medicandum* in ſuam ſedem reducere. *Medicandum*; h. e. *non ſanum.* Vet. Schol. Egentem ſcilicet Helleboro. BAX.

Vir bonus eſt quis; Subjectio eſt Horatii, cui vulgus ſua more reſpondet. BAX.

42 *Secantur.* tranſiguntur, dirimuntur, deciduntur. ſic idem Sat. x. lib. 1. v. 15, *ridiculum acri Fortius, & melius magnas plerumque ſecat res.* LAM.

Secantur; dirimuntur. BAX.

43 *Reſponſore*, fidejuſſore. Bentleius poſuit ſolute *res ſponſore*, ſecutus quendam Cruquii ſcriptum Librum. Verum haec Lectio ſola raritate placitura eſt. BAX. Cum *reſponſor* nondum habeat alium auctorem; cum pro veteri ratione ſcribendi vix diſtinguantur *reſponſore* & *res ſponſore*; cum denique poſterior ratio ſententiam pulcherrimam pariat: faciendum putavi ut exhiberem lectionem, cujus paraphraſis quædam eſſe videtur Perſ. 5, 79. *Marco ſpondente recuſat Credere tu nummos? Marco ſub judice palles? Marcus dixit*; *ita eſt.* GES.

Tenentur, obtinentur. Torrentius. Sic & Cicero voce utitur. BAX.

44 *Domus*, domeſtici ſui. BAX.

45 *Introrſum turpem.* Silent hic Interpretes: ſed veterrimi noſtri Leidenſis, Voſſianus, & a prima manu Reginenſis,

INTRORSUS *turpem, ſpecioſum pelle decora.*

Vere ſine dubio & concinne: ne tria verba continua in eandem literam exeant. BENTL.

Pelle decora; i. e. *ſolummodo fama bonum, ſimulatione virtutum.* Vet. Schol. BAX.

Bonus & frugi; probus: neque enim te fallo; vel quae tua ſunt luxuriae inſumo. BAX.

Quis probet Bentleii *negitatque Sabellus*, etſi adducat teſtem neſcio quem manuſcriptum Librum? BAX.

Sabellus; Horatius Sabinus, & per hoc durus, catus & ſeverus, ut oſtendunt ſequentis. BAX.

Verſ.

Servus: Habes pretium, loris non ureris, aio.
¶ Non hominem occidi: ¶ Non paſces in cruce corvos.
¶ Sum bonus, et frugi: ¶ renuit negat atque Sabellus:
Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque
Suſpectos laqueos, et opertum miluus hamum.
Oderunt peccare boni virtutis amore;
Tu nihil admittes in te formidine pœnæ:
Sit ſpes fallendi, miſcebis ſacra profanis.
Nam de mille fabæ modiis cum ſurripis unum,
Damnum eſt, non facinus mihi pacto lenius iſto.

Vir

47 non loris *Mſ. Muſ. Br. B.* 49 negitatque *ex MSS. Cruq. Bentl. Cun.* renuitque *Z. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br. fuit forte* renuitque negatque. renuitque negatque *Mſ. Mus. Br. D.* 51 Suſpectus *Sax.* 52 oderunt peccare mali form. *MSS. Mus. Br. D. F. & etiam G. ſecunda manu.* 55 unam *conj. Cun.*

47 *ureris.* cederis. urit enim verberum dolor. ſic ſup. epod. 4, 3. *Ibericis peruſte funibus latus.* & II. Sat. 7, 58. *Quid refert uri virgis, ferroque necari Auctoratus eas?* Lam.

49 *Ren. neg. atque Sabell.* ego Horatius Sabellus renuo ac nego, te ideo bonum eſſe dicendum, quod hominem non occideris, aut furatus non ſis. nam pœnæ metu abſtinuiſti à maleficio, non amore recti. Sabellus autem idem valet, quod Venuſinus: quia pulſis Sabellis, in loca vacua coloni Venuſini deducti ſunt à Romanis. II. S. 1, 35 & ſq. *Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus, Miſſus ad hoc, pulſis, vetus eſt ut fama Sabellis, &c.* Lam.

ac, frugi. Cun.

50 *Accipiter.* Falco Niſus. Linn.

51 Vetuſti Codices legerunt *milvus* non *milvius*. Bax. Piſcem *milvum* hic eſſe, hamus monere poterat interpretes Gallum, Germanum, Anglum. Tria totidem genera animalia rapacia memorat poeta. Ges. *Miluus.* Triglæ Linn. Species.

52 *Signate locutus eſt primum non timent peccare, ſed oderunt; deinde non metu pœnarum, ſed amore virtutis.* Vet. Schol. Cogitavit de Biantis dicto, Μὴ διὰ φόβον ἀλλὰ διὰ τὸ δέον ἀπέχεσθαι χειὰν ἁμαρτημάτων, Cruquius oſtendit. Bax.

53 *Admittes in te*; verum naturam tuam expellis furca. Bax.

54 *Fallendi*, latendi. Bax.

Miſcebis ſacra profanis, Proverbiale dictum eſt de his qui quævis ſcelera pro levibus habent. Bax.

56 *Eſt damn. levius: ſed non facin. tam. eſto:* ſic reperi hunc verſum productum ab antiquo, & nobili ſcriptore, Accurſio Florent. Et vero conſuetudo Latini ſermonis poſtulat, ut ita loquamur, *leve damnum, leve facinus*, non *lene*. Lam.

Damnum eſt non f. m. p. lenius iſto. Lambinus contra omnium meorum librorum fidem legit:

Eſt damnum levius mihi, non facinus tamen: eſto. Damnum autem *lene* interpretor; quod quia exiguum, leniter feras, ut lib. II. Od. XIX, 14

——*Tectaque Penthei*
Dejecta non leni ruina.

Torr.

Damnum

Vir bonus, omne forum quem ſpectat et omne tribunal,
Quandocunque deos vel porco vel bove placat,
Jane pater, clare, clare cum dixit, Apollo:
Labra movet, metuens audiri: Pulchra Laverna,
Da mihi fallere, da juſtum ſanctumque videri;
Noctem peccatis, et fraudibus objice nubem.
Quî melior ſervo, quî liberior ſit avarus,
In triviis fixum cum ſe demittit ob aſſem,
Non video: nam qui cupiet, metuet quoque; porro
Qui

59 cum clare dixit *MSS. Mus. Br. B. F.* ſupplex dixit *Mſ. Mus. Br. D.* 61 juſto ſanctoque *Cruq. Torr. Rutg.*

Damnum eſt non facinus. Codices plerique & typis excuſi,

Damnum eſt, non facinus, mihi pacto lenius iſto. At Magdalenenſis, cum Excerptis in Bibliotheca Bodleiana,

Damnum eſt, non facinus, pacto mihi lenius iſto. Quod aliquanto rotundius eſt, & numeroſius. BENTL.

Damnum eſt, non facinus; Hoc ſecundum Stoicos, qui paria dicunt eſſe peccata. Vet. Schol. BAX.

Mihi; apud me. Vet. Sch. Cruq. BAX. *Mihi*, mea ſententia & judicio. GES.

Hactenus philoſophatus eſt Flaccus cum ſervo. ZEUN.

57 *Spectat*; in quem ora convertit. Salſiſſima Ironia eſt. BAX.

58 *Deos vel porco.* ut Tellurem epiſt. ad Aug. *Tellurem porco, Silvanum lacte piabant.* & Genium, ut III. Od. 17, 14. ſq. *cras Genium mero Curabis, & porco bimeſtri, &c.* LAM.

60 *Laverna in via Salaria lucum habet; eſt autem dea furum, dicta Laverna a lavando; nam fures lavatores dicuntur.* Vet. Schol. Unde etiam forſan & Hebræis גנב fur, quaſi Γναφεὺς, Ducta Mataphora a re fullonica: Erat & Cella Lavernæ juxta Ædem Telluris, ut oſtendit Voſſius: qui diverſam hanc putat a Græcorum Praxidice. BAX. Voſſ. de Idol. 8, 17 & 9, 37. Cf. Perſius 2, 4. GES.

61 *Da juſtum, ſanct. q. v.* ſic legendum videtur, & ita habent omnes noſtri libri veteres, duob. exceptis, in quibus eſt *da juſto, ſanctoque videri.* quam ſcripturam tamen etiam probo. repetitur enim ἀπὸ κοινοῦ *mihi*: ut ſit, *da mihi juſto, &c.* LAM.

Juſtum ſanctumque. Ita quidem plures libri: ſed meliores,

——*Da juſto ſanctoque videri.* TORR.

Fallere, latere. BAX.

Etſi aliquot Exemplaria a Bentleio huc adducta pro *juſtum ſanctumque* habeant *juſto ſanctoque*, non auſim tamen affirmare utra Lectio fuerit Horatiana, cum utravis poſſit ſtare. BAX.

At Bentleiana eſt exquiſitior, Græca, et Horatio digna. Ergo recepi. ZEUN.

62 *Objice*, Oppone. BAX.

64 *In triviis fixum*; notiſſimus puerorum luſus. BAX. Solent etiam in Germania ferrum vel calidum abjicere temere, vel affigere, in quo vel manus adurant, vel fruſtra certe conentur boni patres familias, qui lucellum neque parvum contemnunt. Perſ. 5, III. *Inque luto fixum poſſis tranſcendere nummum.* GES.

66 *Libet*

Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam.
Perdidit arma, locum virtutis deſeruit, qui
Semper in augenda feſtinat et obruitur re.
Vendere cum poſſis captivum, occidere noli:
Serviet utiliter: ſine paſcat durus, aretque;
Naviget, ac mediis hiemet mercator in undis;
Annonæ proſit; portet frumenta penuſque.
Vir bonus et ſapiens audebit dicere; Pentheu,
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum coges? ¶ Adimam bona. ¶ Nempe pecus, rem,
Lectos, argentum: tollas licet. ¶ In manicis et
Compedibus ſævo te ſub cuſtode tenebo.

¶ Ipſe

72 penuſque *etiam S.* penumque *al. & MSS. Mus. Br. B. D. F.* 76 Maniciſque *Mſ. Mus. Br. F.*

66 *Liber mihi*; aliud Stoicorum Paradoxum eſt, *ſtultos eſſe ſervos, & ſolos ſapientes liberos.* Bax.

69 *Vendere*; amarulenta Irriſio, qua ſignificat ignoſci debere hujuſmodi mancipiis, quia proſunt aliis etſi ſibi ſint inutiles. Bax.

70 *paſcat ſine.* Cun.

Paſcat, paſtorem agat. Bax.

71 *Mercator:* nam apud Romanos mercaturam in contemtu fuiſſe, conſtat. Zeun.

72 *Annonæ proſit*; efficiet enim ut viliori veneat triticum. Bax.

Portet, importet. Bax.

Penuſque. hoc penus, oris dicimus, & hæc penus, us. M. Tull. lib. de nat. deorum. 2, 27. *Penates, ſive à penu ducto nomine, (eſt enim omne, quo veſcuntur homines, penus) ſive ab eo, quod penitus inſideant.* Lam.

73 *Ac*, ſapiens. Cun.

Pentheu; iſta deſumta ſunt ex Bacchis Euripidis [v. 492. ſqq.] ut olim oſtendit vir doctiſſimus Antonius Muretus. Dialogiſmus eſt inter Bacchum captivum & Regem Penthea. Bax.

74 *Quid me:* Εἶφ' ὅτι παθεῖν δεῖ. τι με τὸ δεινὸν ἐργάσει. Torr.

75 *Indignum coges.* Mallem *cogas*, ut in tribus exemplaribus. Torr.

Adimam bona; Πρῶτον μὲν ἁβρὸν βόστρυχον τιμῶ σίδιν. Suaviter pro capillis repoſuit *bona*. Bax.

76 *In manicis*; Ἐρκταῖσι τ' ἔνδον σῶμα σὸν φυλάξομεν. Bax.

¶ Ipse deus, simul atque volam, me solvet. ¶ Opinor,
Hoc sentit: Moriar; mors ultima linea rerum est.

EPISTOLA XVII.

AD SCÆVAM.

QUAMVIS, Scæva, satis per te tibi consulis, et Scis

Quo

78 atque volet *Mss. Mus. Br. D.*

78 *Ipse deus:* Αὐσει μ᾽ ὁ δαίμων αὐτὸς, οταν ἐγὼ θέλω. *Deus ipse,* ὁ δαίμων αὐτὸς populari loquendi formulâ Principis Dei numen significabatur. Sic & Homerus Iliad. 10, 446.

—Οὐδ᾽ ἐκεν ὑποσαίη Θεὸς Αὐτὸς.

Τῆας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα.

Ἡ γὰρ Αὐτὸς Ἀντωνυμία τὸν ὄντως ὄντα σημαίνει Θεόν. Justin. Martyr in Cohort. ad Græcos. BAX. Ambiguum responsum Bacchi, qui se vindicaturum sese in libertatem innuebat, ad Stoicum dogma & Autochirian accommodat. GES.

79 *Ultima linea,* meta: Metaphora a stadio. *Extrema linea* Proverbio dicitur. Erat autem linea ista sulcus transversus, solo impressus insperſa calce vel creta; ut monstravit doctissimus Grævius: *Ad hanc albam lineam* (inquit idem vir doctus) *decursis septem spatiis, legitimo scilicet missu peracto, consistebant, Dicebatur illa linea etiam creta & calx.* Unde & Proverbium *Arena sine calce,* de Infinito. BAX.

Rerum, supple *malarum.* Sic & Virgil. Æn. 1, 182. *Fessi rerum*; & Æn. 1, 466. *sunt lacrymæ rerum. Mors sola omnium est finis malorum.* Vet. Schol. Ἐπ᾽ ἄκρα νῆχομεν γραμμὴν κακῶν. Euripides in Antigone, ut ostendit Torrentius. BAX.

ARGUMENTUM. Modus promerendi potentes. Non esse scurrandum.

1 *Per te.* id est, sine alterius præcepto, aut consilio. Sapientissimus autem ille est, qui per se sibi consulit: secundum sapientiæ gradum tenet qui alteri bene suadenti obtemperat: deterrimus qui neque per se sapit, neque bene momenti paret. Hesiod. de Op. et Die. 293. Οὗτος μὲν παναρίστος, &c. Optimus ille quidem est, &c. notissimi sunt versus. lege Aristot. lib. 1. de morib. ad Nicomach. non longe à princip. LAM.

Quamvis; προδιεξάπτωσις. Vet. Schol. BAX.

Ad Scævam Lollium Equitem Romanum hæc Epistola scribitur. Vet. Schol. BAX. Nondum inventum est hoc cognomèn in gente Lollia. Sed potuit esse proprium hujus juvenis, & alias non commemorari. Certe argumentum adeo affine illi, quod proxima epistola tractatur, quæ Lollium alloquitur, ut non sit improbabile, vel plane eam conjungendam & continuandam huic nostræ, vel certe, cum ad hanc nostram respondisset Lollius Scæva, se parasitari & scurrari non posse, illi repositam esse Epistolam 18. GES.

2 *Majoribus:*

Quo tandem pacto deceat majoribus uti;
Diſce, docendus adhuc quæ cenſet amiculus; ut ſi
Cæcus iter monſtrare velit: tamen aſpice, ſi quid
Et nos, quod cures proprium feciſſe, loquamur.
Si te grata quies et primam ſomnus in horam
Delectat; ſi te pulvis ſtrepituſque rotarum,
Si lædit caupona, Ferentinum ire jubebo:
Nam neque divitibus contingunt gaudia ſolis;
Nec vixit male, qui natus morienſque fefellit.

Si

8 lædet *Cruq. Bentl. Cun. MSS. Mus. Br. D. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

2 *Majoribus: id eſt, amicis, ſed in conſuetudine majores dicimus.* Vet. Sch. Bax.

Uti, Commode cum illis verſari. Bax.

Majores hic ſunt potentes, ut Serm. II, 1, 61. Zeun.

3 Ordo eſt, *docendus quæ cenſet:* neque enim noſti quæ ego cenſeo, cum ſatis per te ſapias. Bax. Mihi placet *amiculus adhuc docendus*, qui tamen docere audet, & *cæcus* ipſe *iter monſtrare:* ut modo I. Epiſt. 16, 40. *medicandum* dixit, ægrum. Illuſtravit Bentleius ex imitatione Auſonii præf. Cento & Epiſt. 17. Ges.

Amiculus, etſi tantillus: elevando ſe commendat. Bax.

4 *Ut ſi Cæcus iter monſtrare velit.* hoc dicit ὑφωτυόμενος: quod eſt Horatio uſitatum. nam neque ducem viæ cæcum quiſquam adhibet impune, neque ſtulti conſilium ſequitur. norum illud τυφλὸς, ὁδηγός, id eſt cæcus viæ dux. Lam.

Cæcus iter; Græcum eſt Proverbium, Τυφλὸν ὁδηγόν. Bax.

5 *Cures*; operæ pretium duxeris in uſum vitæ reponere, & memoriæ tuæ mandare. Bax.

6 Prima hora nobis ſeptima dicitur matutina. *Magnis opibus dormitur in urbe*, ut ſcite Juv. 3, 235. Bax.

8 *Si lædit. Si lædet* habent m. s. omnes: nec mutari ideo debuit, quia præcedit *delectat.* Torr.

ſi lædat. ſic omnes ſcripti præter duos Bland. qui ſequuntur lectionem vulgatam. Cruq.

Livius aquæ Ferentinæ meminit. 1, 51. Glareanus. Puto dici Tuſcum Ferentinum, non Campanum: deſertum hoc erat oppidulum. Bax.

10 *Nec vix ma. qui na. Mor. Fef.* Græce locutus eſt Latino ſermone. ſic enim illi loquerentur, ὅς ἔλαθε γενόμενός τε καὶ θανών· qui natus & mortuus latuit, id eſt, cujus ortus, & interitus fuit hominibus incognitus atque obſcurus: vel quem neque natum, neque mortuum eſſe quiſquam mortalium ſcivit. ſic enim loquitur M. Tull. epiſt. ad Pap. Pætum libr. 9, 15. cujus princ. *Duabus tuis, &c. quos ego non modo Reges appellatos, ſed omnino natos neſciebam.* Reſpexit autem illud Epicuri λάθε βιώσας: quod improbat, & refellit Plutarchus in libello, εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας. eodem pertinent Horatianum illud in

Si prodeſſe tuis, pauloque benignius ipſum
Te tractare voles, accedes ſiccus ad unctum.
¶ Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Ariſtippus. ¶ Si ſciret regibus uti,
Faſtidiret olus, qui me notat. ¶ Utrius horum
Verba probes et facta, doce; vel junior audi,
Cur ſit Ariſtippi potior ſententia. namque
Mordacem Cynicum ſic eludebat, ut aiunt:

Scurror

11 benignior *Cun.* 12 inunctum *Cun. ſolus.*

in epiſt. ad Loll. 2. inf. *fallentis ſemita vitæ.* ſic Eurip. Iphig. in Aulide, ζηλῶ δ' ἀθρῶν, ὃς ἀκίνδυνον βίον Εξεπέρασ' ἀγνὼς, ἀκλεὴς· τὼς δ' ἐν τιμαῖς Ησσον ζηλῶ. quorum verſuum hæc fere ſententia eſt. fortunatum autem eum judicio, qui ignotus, inhonoratus, inglorius curſum vitæ confecit: eos vero, qui honores adepti ſunt, minus fortunatos puto. Sententia contraria in Medea, Εἴη δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις, Μήτ' Ὀρφέως τι κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος Εἰμὴ πίσιμος τύχη γένοιτό μοι, id eſt, *Verum neque auro mi domus refulgeat, Neque Orpheo cantare dulcius ſciam, Niſi honore, gloriaque magnus claream.* Lam.

Fefellit, latuit; ut fere ruſtici, quorum & vita & mors æque in obſcuro eſt. *Eſt autem Epicureorum hæc ſententia.* Λάθε βιώσας, h. e. *Late in vita.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

12 Cod. Bland. antiq. habet inunctum, una voce, pro valde unctum. Cruq.

Siccus, quantumlibet ſobrius. Bax.

Ad unctum, ſupple *epulum.* Sic & Perſius 6, 16. *Cœnare ſine uncto*; h. e. cibo duplice jure condito, de quo vide Sat. 2, 4, 63. Bax. Sed *ſicco* melius opponitur *unctus*, ut perſona intelligatur, homo *lautus*, qui *ungi* extra & intus ſolet. E balneo lauti & uncti ad cœnam ibant. Ges.

Lambinus non male ſic: Tu pauper et tenuis ad amicitiam divitis et copioſi applicabis. *Unctum*, unguento delibutum, et ita divitem. Zeun.

13 *Si pranderet*; ex notiſſima Hiſtoria deſumtum: eſtque Subjectio, cui Horatius reſpondet veluti Ariſtippi verbis. Bax. V. Diog. Laërt. 2, 68. Ges.

14 *Si ſciret*; quod ego ſcilicet jam monſtro. Bax.

15 *Notabant* proprie Cenſores. Bax. *Qui me notat*, h. e. Diogenes Cynicus. Zeun.

16 *Junior*, h. e. implens locum junioris, cujus eſt majorem natu patienter audire. Bax. Scribit ad juvenem, ſi hic Scæva eſt Lollius, ad quem eſt Epiſt. 17. Vid. ibi v. 60. ſq. Ges.

18 *Mordacem* ſcite de cane. Bax. *Cynicum*, *Antiſthenem*, *vel Diogenem.* Vet. Schol. Nam de utroque fabula iſta narrabatur. Bax.

Gladiator eludit, dum arte effugit ictus. Bax.

Eludebat, riſu & joco refellebat. ſumtum à gladiatoribus. Sic M. Tull. principio actionis primæ in Verr. cap. 10. *magnas accuſatoris minas, magnamque exſpectationem judicii, ad noſtrum arbitrium libidinemque eludemus.* Lam.

19 *Scurror*

¶ Scurror ego ipſe mihi, populo tu: rectius hoc et
Splendidius multo eſt, equus ut me portet, alat rex,
Officium facio: tu poſcis vilia rerum
Dante

21 vilia, verum es *vulg. & MSS. Mus. Br. C. D. F. G.* vilia, verum *Z. & Cruq. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* vilia rerum *Lambi. ex MSS. H. Steph. in marg. Bentl. G.*

19 *Scurror ego ipſe mihi.* riſum moveo divitibus, ut mihi proſim, & jucunde vivam. tu ſcurrando ludum, & voluptatem populo præbes, nihilque tibi ex ea re quæritur. Lam.

Scurror; aretalogum ago, vel urbanum, & per hoc verniliter obſequor. Bax.

Populo tu; venabantur Cynici plebeculæ gratiam obtrectando ſuis potioribus; quod oſtendit Dion Chryſoſtomus. Bax.

Rectius, rationabilius. Bax.

mihi, ut proſim mihi, habeamque unde laute vivam. Zeun.

20 *Splendidius multo eſt.* Et hic quoque locus in omnibus quot vidi editionibus à prava interpunctione laborat:

Scurror ego ipſe mihi, populo tu: rectius hoc &
Splendidius multo eſt, equus ut me portet, alat
rex.
Officium facio: tu poſcis vilia rerum.

Immo tu contra ſic divide orationem; ut τὸ *rectius* ad praecedentia referatur; non, ut vulgo, ad ſequentia:

Scurror ego ipſe mihi, populo tu: rectius hoc &
Splendidius multo eſt. Equus ut me portet, alat
rex,
Officium facio: tu poſcis vilia rerum.

Rectius, inquit, *hoc eſt*; ſcurrari ſcil. mihi, quam, quod tu facis, populo. Ego *officium facio, ut equus me portet*, &c. ut grande operae pretium conſequar: *tu* tuis officiis *vilia rerum* captas. At in vulgata illa diſtinctione prava ſunt omnia: neque ſanam inde ſententiam ullo modo exſculpere poteris. Bentl.

Splendidius, forti viro dignius. Bax.

Proverbium Græcum eſt, ἵππος μὲ φέρει, βασιλεὺς μὲ τρέφει. Vet. Schol. Bax.

21 *Tu poſcis vilia rerum.* hunc locum reſtitui, ſecutus auctoritatem trium librorum. Vatic. & Jann. Torn. Raïn Card. & eorum, quos poſtea in Gallia vidi, Cleric. Nicotianorum, Ruſſardinorum. dictum eſt autem *vilia rerum, ut vana rerum, amara curarum, anguſta viarum.* Lam.

verum dante minor. hic locus varie legitur 4. Blandin. cod. Buſlid. Nan. Silv. verum dante minor. Mart. habet rerum. Diu. rerum es dante m. vulgati habent, verum es dante m. ego certe ſubſequor conſenſum plurium cod. ſcriptor. atque ſic ordino, Tu ô Cynice, quamvis fers te nullius nec rei nec perſonæ egentem; verum tamen, dante minor, id eſt, impotentior, & pauperior eo qui tibi dat, poſcis impudenter vilia dona, non ſplendida, nec regia: atque hoc modo docet Ariſtippus utrumque ſcurrari dona, ſe quidem tacendo humanius, Diogenem vero poſcendo impudentius, arrogantiuſque, ut qui opulentior ceteris, potentiorque hominibus imperare ſe diceret, cum tamen re ipſa poſcendo accipiendoque ſe pauperem declarare egenumque. Diſpiciat lector peritus. Lambinus ex ſcriptis legendum cenſet, vilia rerum. cui non aſſentior. Diu. cod. & Buſl. habent, tu paſcis vilia; quod non diſpliceret, pro comedis; niſi obſtaret τὸ dante. quid ſi τὸ vilia per antimeriam interpretemur viliter, eo quod dicit, officium facio, quod ex oppoſito pugnat cum τῷ poſcis? *minor.* impotentior, pauperior, ut ſupra τὸ major, potentior, ditior. Cruq.

Officium facio, humanitate reges demereor, & per hoc non me demitto. Bax.

22 *Dante*

Dante minor, quamvis fers te nullius egentem.
¶ Omnis Ariſtippum decuit color, et ſtatus, et res
Tentantem majora fere, præſentibus æquum.
Contra, quem duplici panno patientia velat,
Mirabor vitæ via ſi converſa decebit.
Alter purpureum non exſpectabit amictum,
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,
Perſonamque feret non inconcinnus utramque:
Alter Mileti textam cane pejus et angue
Vitabit chlamydem; morietur frigore, ſi non
Retuleris

30 angui *Bentl. ex Priſcia. & Cun. ex* XX. *editt.*

22 *Dante minor*; neque enim pro ſodali haberis, uti ego, ſed pro vago ſcurra. BAX.

Fers te, te geris. BAX.

23 *Omnis Ariſtippum*; *laudat Ariſtippum ex ſententia Platonis, qui cum inveniſſet illum naufragum diploide, id eſt, panno duplici, involutum, laudavit eum dicens*; *Omnis color & ſtatus & res decuit Ariſtippum*. Vet. Schol. Ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ. Laërtius, 2, 66. BAX.

Color, ſpecies; *ſtatus*, locus; *res*, fortuna. BAX.

24 *Tentantem*, affectantem. BAX.

Æquum; quieto animo ferentem. *Æquus* eſt cui ſemper mens in ſua ſede eſt. BAX.

25 *Quem*, &c. h. e. Diogenem Cynicum & ejus ſimiles. ZEUN.

Duplici panno; diploide, ſeu pallio cynico, quod in alterum humerum rejectum, altero nudo, eo modo duplicabatur. Vide Salmaſium de Pallio (p. 396. ſqq.). Forſan etiam in eam formam conſuebatur: *Pannum* autem contemtim dicit, ut Græci ῥάκος. BAX.

Patientia; tolerantia, duritia. BAX.

26 Ἐν ἤθει poſuit *mirabor* pro *mirandum eſt*. BAX.

Converſa, temperanter dicit pro contraria. BAX. *Via*, ratio, genus vitæ. ZEUN.

27 *Non exſpectabit*, non morabitur: nam ſuſque deque habet. Reſpicit ad ea quæ ſuperius dixi de naufragio. BAX.

29 *Non inconcinnus*; quia ſatis erat compoſitus ad utramque fortunam. *Perſonam ferre*, Tranſlatio eſt a ſcena. BAX.

30 *Mileti*; *ſane nunc veſtes Mileſiæ pretioſæ ſunt*. Vet. Schol. BAX.

Cane peius & angue; pejus quam inſui culeo cum cane, angue & ſimia uti parricidæ. Inepti ſunt Interpretes quos vidi. BAX. Nihil equidem ineptiarum video, ſi quis *canem*, rabioſum, & *anguem*, viperam intelligat. Hæc fugiunt omnes; parricidarum culeum timent pauci. Certe de hoc non cogitavit Theophraſtus cum ἱέρωνα ſ. cavillatorem caveri juſſit magis quam viperas, φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τὰς ὄχεις GES.

31 *Chlamydem*, purpureum palliolum. BAX.

Moriet

Retuleris pannum: refer, et ſine vivat ineptus.
Res gerere et captos oſtendere civibus hoſtes,
Attingit ſolium Jovis, et cœleſtia tentat:
Principibus placuiſſe viris, non ultima laus eſt.
Non cuivis homini contingit adire Corinthum.
Sedit qui timuit ne non ſuccederet: eſto:
Quid, qui pervenit, fecitne viriliter? Atqui
Hic eſt, aut nuſquam, quod quærimus: hic onus horret,
Ut parvis animis et parvo corpore majus;
Hic ſubit, et perfert. Aut virtus nomen inane eſt,
Aut

41 ac perfert *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Morietur frigore; *aiunt Ariſtippum, invitato Diogene ad balneas, dediſſe operam, ut omnes prius egrederentur, ipſiuſque pallium induiſſe, illique purpureum reliquiſſe, quod Diogenes cum induere noluiſſet, ſuum repetiit, tunc Ariſtippus increpuit Cynicum, famæ ſervientem, qui algere mallet quam conſpici in veſte purpurea.* Vet. Sch. Bax.

32 *Ineptus*; ſtomachabunde ineptum dicit. Bax.

33 *Res*, ſupple *magnas*. Vet. Schol. Bax.

34 *Attingit ſol. Jov.* eſt proximum ſedi Jovis: proxime accedit ad divinitatem. Lam.

Tentat, affectat. Veteres nihil magis probabant in ſummo numine quam potentiam. Bax. Vid. Car. 1, 1. Ges.

35 *Principibus placuiſſe, promereri principes civitatis.* Vet Schol. ex MS. Steph. Bax.

36 *Non cuivis*; *Græcum Proverbium eſt.* Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἐστιν ὁ πλοῦς. Vet. Schol. Cruq. Contigit hoc ſane Ariſtippo noſtro, qui Laidem Corinthiam habuit, ſed non habebatur a Laide. Bax. Sed hic *Corinthum adire* eſt magnum quiddam efficere vel conſequi. Ges.

37 *Sedit*, domi manſit. Bax.

Eſto; ſit ut libet, de hoc nihil pronuntio. Bax.

38 *Pervenit*, ſupple *Corinthum*. Bax.

Quid? qui perv. h. e. quid videtur tibi de eo qui ſuperatis difficultatibus eo pervenit, quo voluit? num recte & fortiter fecit? Jam vero in hac poſita eſt quæſtio, deceatne amicitiam potentium ſectari. Zeun.

Atqui hic eſt; *quaſi tergiverſantem urget ad reſpondendum.* Vet. Schol. Bax.

39 *Hic onus horret.* qui ad principum amicitiam aſpirare non audet, non putat ſe tanto oneri parem eſſe, vereturque ne opprimatur, id eſt, veretur, ne non ſuccedat conatus. Lam.

Quod quærimus, & per hoc, quod nobis dicendum eſt. Bax. Quærimus, utrum deceat virum bonum affectari reges? Ges.

41 *Virtus nomen.* Vid. Epiſt. 1, 6, 32. Ges.

ac perfert. Cun.

Aut decus et pretium recte petit experiens vir.
Coram rege ſua de paupertate tacentes
Plus poſcente ferent: diſtat, ſumaſne pudenter,
An rapias: atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
" Indotata mihi ſoror eſt, paupercula mater,
" Et fundus nec vendibilis, nec paſcere firmus;
Qui dicit, clamat, " Victum date: ſuccinit alter,
" Et mihi dividuo findetur munere quadra.

Sed

43 ſuo *vulg.* 44 ferunt *conj. Cun.* 49 quadrans *Mſ. Mus. Br. G.*

42 *Recte petit.* recte, id eſt, jure & merito: καλῶς ποιων. Sed Paſſeratius noſter putabat eſſe legendum *recti:* quod quia nuſquam reperi, vulgatam ſcripturam retineo. Cum his Horatianis congruunt illa Ciceronis ex libro 3. de rep. *Vult plane virtus honorem, nec eſt virtutis ulla alia merces; quam tamen illa facile accipit: exigit non acerbe. ſed ſi aut ingrati univerſi, aut invidi multi, aut inimici potentes ſuis virtutem premiis ſpoliant: næ illa ſe tamen multis ſolatiis oblectat, maximeque ſuo decore ſe ipſa ſuſtentat.* Contra lib. 1. 18. de legibus. *Ergo item juſtitia nihil expetit præmii, nihil pretii: per ſe igitur expetitur: eademque omnium virtutum cauſa, atque ſententia eſt.* LAM.

Decus, honores. pretium, mercedem ſ. præmium ſuæ fortitudinis, qua ſuperatis impedimentis aſſequitur potentium amicitiam. ZEUN.

Experiens. id eſt, prudens, & uſu peritus, ſic utitur eadem voce M. Tull. lib. 4. 17. in Verr: Accuſ *Promti hominis, & experientis & in primis gratioſi.* LAM.

Recte; ſuo merito. BAX.

Experiens vir; qui ſcilicet audet experiri quid poſſit. BAX.

43 *Rege*, majori amico. BAX.

Sua de paupertate; ita ex conjectura ſua Bentleius edidit [pro *ſuo* &c.] neque male, etſi parum interſit. Nemo eſt qui non videt, hanc Lectionem altera eſſe longe concinniorem. BAX.

Ego ſua *reponendum eſſe atque ita in codice Petrenſi ſine litura offendi.* Friſchlinus in interpretatione refert pronomen ad *paupertate*, *Nam qui coram Principibus de paupertate* ſua *tacent:* & ita quoque Piſcator, Lubinus, Junckerus, et Fratres Cevalierii in Gallica verſione *ceux qui devant le Roy taiſent leur povreté. Suo* tamen retinendum. CUN.

45 *An rapias.* an impudenter petendo extorqueas. LAM.

Atqui rerum; h. e. Quin & hoc palmare præceptum eſt: & Comice protulit *rerum* pro *rei.* BAX.

Atqui, &c. Et ſane hoc ſpectabant, ut a rege beneficia acciperent. ZEUN.

47 *Nec paſcere firmus.* οὐχ ἱκανὸς τρέφειν, non ita fructuoſus, ut ſumtus ad victum neceſſarios ſuppeditare poſſit. *Paſcere firmus*, genus loquendi Græcum. LAM.

Firmus, ſatis certus. BAX.

48 *Succinit: cantilenam mendicorum pulchre expreſſit, qui ſuccinunt ſibi invicem.* Vet. Schol. BAX.

49 in libro Donati ſcriptum eſt *quadrans*, non *quadra* LAM.

Quadra; *Satyrice panis qui uni cibus dari poterat.* Vet. Schol. Notum eſt quid ſit quadra

Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet
Plus dapis, et rixæ multo minus invidiæque.
Brundusium comes aut Surrentum ductus amœnum,
Qui queritur salebras, et acerbum frigus, et imbres,
Aut cistam effractam aut subducta viatica plorat,
Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe periscelidem raptam sibi flentis; uti mox
Nulla fides damnis verisque doloribus adsit.
Nec semel irrisus triviis attollere curat
Fracto crure planum; licet illi plurima manet
Lacryma; per sanctum juratus dicat Osirim,
Credite, non ludo; crudeles tollite claudum:
Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

EPIS-

54 Et cistam *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Et subducta *Mss. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 62 reclamant *conj. N. Heins.*

quadra panis. Bax. Postulat, non totam dari placentam illi primum petenti; sed eum cogi, ut secum dividat. Vid Cerda ad Virg. Aen. 7, 115. Ges.

50 *Si posset corvus; nam corvus cum accedit ad cibum strepitu vocis alias aves rauce ciet.* Vet. Sch. Bax.

54 *Et subducta viatica.* id est, aut plorat sibi furtim esse ablata viatica, quæ non sunt ablata. Lam.

55 *Acumina, astutias: hic locus de Truculento est, Plauti Fabula* [1, 1, 32] *ubi adolescens dicit; Aut aurum periit, aut conscissa pallula est, aut armariola Græca; aliquid semper est quod pereat, debeatque amans scorto suo.* Vet. Sch. Bax.

Catellam, catenam parvam. Vet. Schol. Bax.

56 *Periscelidem*, tibialia: delicatulæ fasciolis involvebant sibi crura & femora. Bax. Hic potius intelligam eas, quas Petronianus Trimalchio c. 67. *compedes mulierum* vocat, ex auro &c. Ges.

58 *Irrisus;* illusus, falsus. Bax.

Attollere, in rhedam, vel vehiculum; de via scilicet. Bax.

59 *Planum.* planus vox est Græca, qua & M. Tull. utitur in Cluentiana. significat autem fallacem, & qui in fraudem alterum inducit. sic Cic. Or. pro A. Cluent. cap. 26. *hic ille planus improbissimus, quæstu judiciario pastus, contrahit frontem.* Lam.

Planum, mendacem erronem. Vet. Schol. Cruq. *Planum autem scurram dicit. Hinc etiam Proverbium natum est; Qui semel scurra nunquam paterfamilias.* Vet. Schol. Bax.

60 *Osirim*; notat Ægyptios & cæteros orientis populos, ut Planos improbissimos. Est autem Ægyptiis Οὐ Σίρι, ὁ υἱὸς; h. e. Liber, sive Bacchus; qui & Sol. Bax. Salmasiana hæc sententia, quam refellit consultissimus rerum Ægyptiarum P. E. Iablonskius in Pantheo 2, 1, 7 p. 130 sq. Ges.

61 *Non ludo*, non fingo. Bax.

62 *Rauca: ad ravim.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Observand. 72 ad 75. ubi turpia de puero -

EPISTOLA XVIII.

AD LOLLIUM.

Si bene te novi, metues, liberrime Lolli,
Scurrantis ſpeciem præbere, profeſſus amicum.
Ut matrona meretrici diſpar erit atque
Diſcolor, infido ſcurræ diſtabit amicus.
Eſt huic diverſum vitio vitium prope majus,
Aſperitas agreſtis, et inconcinna, graviſque,
Quæ ſe commendat tonsâ cute, dentibus atris;
Dum vult libertas dici mera, veraque virtus.
Virtus eſt medium vitiorum, et utrinque reductum;

Alter

8 lib. mera dici *vulg.* 9 redactum *Z. Med.* 1477.

Argumentum. In eandem materiam. Vitandam eſſe aſperitatem in aſſectatione divitum.

1 *Liber* dicitur qui ea quæ ſentit dicit. Bax.

Crediderim hunc eſſe *Lollium* Scævam, ad quem præcedentem ſcripſit. Bax. Vid. ad illius princip. dicta. Ges.

2 *Scurrantis*; leviter aſſentantis, ſeu belli & urbani paraſiti. Bax.

Mire *ſpeciem*; neque enim potuit plane ſcurrari vir bonus & ingenuus. Bax.

Profeſſus, ſupple cum fueris: *amicum* autem nunc dicit minorem, ſeu clientem. Bax.

4 *Diſcolor*, ſpecie diverſa. Bax.

Infido, ficto. Bax.

Inconcinna graviſque; *inſocialis & odioſa.* Vet. Schol. Inconcinnus incompoſitus dicitur & parum commodus ſodalibus. Bax.

7 *Tonsâ cute*, ad cutem tonſus ἐν χειρὶ ξυρῷ. Bax. Vid. Epiſt. 1, 7, 50. Ges.

Atris; *ſordidis ab incultu.* Vet. Schol. Bax.

8 *Facete* vult *dixit*. Vet. Schol. Uti & *mera*. Bax.

Libertas dici mera; ita edidit Bentleius ex melioribus quos putat Codicibus, atque hoc dicit meliore eſſe Rhythmo atque auribus magis placere. Atque equidem non ibo infitias, quando tantus vir ita in ſuo ediderit Libro. Vellem enim, quod ille ait, aurem habere eruditam. Bax.

9 *Virtus eſt*: *virtus inter contraria vitia debet in*

Alter, in obſequium plus æquo pronus, et imi
Deriſor lecti, ſic nutum divitis horret,
Sic iterat voces, et verba cadentia tollit,
Ut puerum ſævo credas dictata magiſtro
Reddere, vel partes mimum tractare ſecundas;

Alter

14 recitare *Mſ. Mus. Br. F.*

in medio ſita eſſe, ut ab utroque crimine tantundem remota ſit. Vet. Schol. Atque hoc ex Ariſtotelis diſciplina, virtutes medio conſtare ſcribit. Bax.

Reductum, retractum. Bax.

10 *Imi lecti.* in quo ipſe accumbit. eſt enim imus lectus vel infima pars lecti, vel lectus infimus, minuſque honorificus, in quo videlicet diſcumbunt inferiores amici. quod declarat locus Sueton. in Auguſto, cap. 64. *Neque cenavit umquam, niſi in imo lecto aſſiderent.* Plautus in Sticho, 3,2, 33. *ſcis tu me dudum eſſe imi ſubſellii virum.* ibid, 3, 2, 36. *Ergo oratores populi, ſummates viri, ſummi accumbent, ego infimatis infimis.* imi igitur lecti deriſorem ſic accipio, qui ſe, & ejuſdem loci, ordiniſque homines derideat. ſolet enim aſſentatores, & ſcurræ de ſe, quam maxime fieri poteſt, detrahere, ſuaque omnia extenuare, ſeipſos denique deridere: diviti autem parcere: ei omnia tribuere: eum ſuſpicere, & admirari: ut ſat. libr. 1, 4, 86. *Sæpe tribus lectis videas cenare quaternos: E quibus unus avet quavis aſpergere cunctos, Præter eum, qui præbet aquam, &c.* Lam.

Imi deriſor lecti; Μετωνυμικῶς, *pro accubitoris amici: nam in ſummo & in medio amici, in imo vero ipſe dominus diſcumbit.* Vet. Schol. Cum accubitoribus ſcilicet, ſeu certis convivis ſuis, quos quotidie paſcere conſueverat. Bax. *Deriſor*, ἱερων ſ. ſcurra in imo lecto apud regem convivii ſ. patrem familias accubans. *Deriſor* ut Art. P. 433. Sen. Ep. 27. *Satellius Quadratus ſtultorum divitum* arroſor, *& quod ſequitur* arriſor, *& quod duobus his adjunctum eſt*, deriſor. Ges.

11 *Sic nutum divitis horret, Sic iterat voces.* Codex Collegii Trinitatis,

—— *ſic* vultum *divitis horret.*

Utrumque ſane junxit Livius XXXIX, 5, *Suo quemque judicio & homines odiſſe aut diligere, & res probare aut improbare, debere: non pendere ex alterius* vultu ac nutu, *nec alieni momentis animi circumagi.* Praeſtat tamen nutum retinere cum ceteris codicibus. Bentl.

Horret; *horrere ſe fingit.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

12 *Iterat voces.* Ut videlicet quod rex ait & ipſe aiat, negetque quod negat, tamquam admirans hominem, unde & aſſentatoris nomen defluxit. ſemper enim ad alterius voluntatem agit, eique quam ſimillimus vitiis etiam morbiſque, ſi qua fieri queat, videri ſtudet. Torr.

13 credas ſævo. Cun.

Dictata, quæ Magiſter prælegendo puero ediſcenda tradit. Bax.

14 *Partes ſecundas*; *ſcilicet ut in actoribus Græcis fieri videmus ſæpe illum qui eſt ſecundarum partium, aut tertiarum, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſummittere, ut ille princeps quam maxime excellat.* Cic. div. in Cæcil. c. 15. referente Cruquio. *Primæ partes ſunt dictatoris, ſecundae mimi qui refert dicta prioris.* Vet. Schol. Cruq. Hypocritarum erat principum actorum actionem mimice referre, & loculatores hi erant. Bax.

Tractare,

quae Theocrito, 12.19. Ἐπὶ δ' ἀραχνιῶν κυνάδας, γελᾶν ἀποτίλματα πηρῶν.

15 Alter rixatur de lana ſæpe caprina,

Propugnat

15 rixatus *MS. Cruq.* rixator *conj. Muret. probat Cun.*

Tractare, pronuntiare: & manu & lingua tractare eſt. Bax.

vel mimum partis. Cun.

15 *Rixatur.* nonnulli legi volunt *rixator*, & delent comma poſt vocem *caprina:* à quibus diſſentio. Lam.

alter rixatus. locus hic in ſcriptis varie legitur, & non uno modo clauſulas habet interpunctas. Bland. antiquiſſ. ex quo Comment. deſcripſimus, habet, alter, rixatus de lana ſæpe caprina propugnat: nugis armatus ſcilicet. ubi ſupra ſcriptum eſt, nugis armatus, id eſt, inutilibus argumentis, verbis, λόγοις, lingua ſcilicet. Duo alii Blandin. alter rixatur de lana ſæpe caprina propugnat nugis armatus. ſcilicet. quartus Bland. alter rixatus de lana ſæpe capr. propugnat nugis armatus. ſcilicet. Tonſ. al. rix. d. l. ſ. c. p. n. armatus ſcilicet. deligat lector peritus quam velit: mihi profecto lectio Comment. non diſplicet, etiamſi non ignorem ab eo diſſentire Lambinum, quod factum credo propter τὸ rixatus, quod nuſquam inveniſſet *propugnat* προμάχεται, ſe propugnatorem & velut anteſignanum in prima acie ſtatuit.

Cruq.

15 *Alter rixatur de lana.* Noſtri omnes Codices cum editionibus priſcis,

Alter rixatur de lana ſaepe caprina,
Propugnat nugis armatus.

Quae cum hiulca & inconnexa editores merito offenderent, Muretus ex conjectura dedit,

Alter RIXATOR.

Cruquius ex duobus, ut ait, codd.

Alter RIXATUS.

Nos addita conjuctione, quae in fine verſus, ſi ſalvo ſit metro, facillime ſolet excidere, ſic locum refinximus,

Alter rixatur de lana ſaepe caprina, ET
Propugnat nugis armatus.

Neque enim nomen *Rixator* apud quemquam veterem reperimus; nec *Rixatus* admittere potuimus ſine labe ſententiae: quae, ſi participio opus foret, *Rixans* omnino poſtulat, temporis praeſentis. Bentl.

Rixator uſurpat Quintilian. Inſt. Orat. lib. XI. c. I. *Videas autem* rixatores *quoſdam neque judicum reverentia, neque agendi more ac modo contineri.* Ego ſane; etiamſi vox *rixator* nuſquam inveniretur, ei tamen in contextu locum libens concederem: tum quia Analogiæ ratio ei favet, tum quia antecedentia id verbum omnino reponi jubent: nam, cum, Poeta, poſtquam ſcurræ, et hominis inurbani et agreſtis mores improbaſſet, ſubjecerit v. 10.

Alter in obſequium plus æquo pronus, et imi
Deriſor lecti,

ubi verbum *alter* ad *ſcurram* refert, recta ſcribendi ratio poſtulat, ut de altero, id eſt *agreſti*, ſubjungat, *alter rixator*, præſertim cum verba, quæ ſequuntur, vocem *rixator* non aſpernentur ſed efflagitent,

Alter rixator, *de lana ſæpe caprina*
Propugnat, nugis armatus.

& diſtinguendum poſt *propugnat* (quod a te factum non eſt) idque recte percepit Torrentius, *quamquam enim*, inquit, propugnare nugis, *et ſimilia recte dici non negaverim; multo tamen urbanius eſt, rixoſum ac contentioſum hominem, de re nihili certaturum, nugis, veluti armatum in campum deducere.* Ceterum, cum jam oſtenderim Quinctilianum uſum eſſe verbo *rixator*, non dubito quin Mureti emendationem probes. Quod autem obſervas particulam ET *in fine verſus facillime excidere* id et verum et notum eſt: ſed huic loco illa obſervatio non convenit; neque, etiamſi tua correctio certa eſſet, quidquam laudis mereret: nam et Lubinus in interpretatione, et Minellius in commentariis *Et* addiderunt. Cun.

De lana caprina; de villo caprino, utrum lana ſit an ſeta. Proverbium ex antiqua aliqua fabella. Bax.

16 *Propugnat*

Propugnat nugis armatus; ſcilicet, ut non
Sit mihi prima fides, et vere quod placet ut non
Acriter elatrem, pretium ætas altera ſordet.
Ambigitur quid enim? Caſtor ſciat an Dolichos plus;
Brunduſium Minucî melius via ducat, an Appî.

Quem

19 Docilis *G. & Mſs. Mus. Br. B. C. D. F. G. & pr. editt.* 20 Numici *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

16 *Propugnat nugis*; h. e. *pugnat pro nugis*, Minellius. Bax.

Mire armatus, tanquam pro aris & focis decertaturus. Minellius. Bax.

Scilicet: ut non; Ethopœia ſeu Mimeſis agreſtis Diſputatoris. *Scilicet*; quippe hoc vult, & ſecum cogitat. Bax.

17 *Placet vere*, ut Gaius, l. 2 §. 2 ff. ad L. Aquil. *An ſues pecudum appellatione contineantur, quæritur, & recte Labeoni placet, contineri.* Ges.

18 *Elatrem*; mire de rabioſulo. Bax.

Pretium; *deſignat nam tanti facere immortalitatem, ut quod ſenſerit non defendat.* Vet. Sch. *Ætas altera*; renovata qualis Hippolyti. *Altera inſtauratio vitæ ut Virbio conſtitit.* Vet. Schol. Bax. Pone huc rixatori aſſignatos fato annos ſexaginta: quodſi deus aliquis illi promittat alteros ſexaginta ea lege, ut concedat, non pugnet; hoc tantum pretium modeſtiæ & ἰπιυκίας jejunum & ſordidum illi videtur præ libidine animum explendi &c. Ges.

Sordet, prorſus a me ſpernitur, inquit iſte rixator agreſtis. Zeun.

19 *an Dolichos plus.* ſic habent tres codic. Mart. Tonſ. & Sil. quos ſecutus ſum. Dolichos autem fortaſſis gladiator aut pantomimus dictus eſt à ſtatura corporis procera. tres Bland. habent, Dolicis. Cruq.

Comice *quid enim* pro *quid putas?* Bax Suſpendit lectores exſpectatione: *Quidnam eſt, de quo ambigitur?* Deinde infert quæſtiones futiles. *Parturiunt montes* &c. Ges.

Caſtor & Dolichos erant illius temporis nobiles gladiatores. Vet. Schol. Scholiaſtæ conſentiunt tres Cruquii Codices; alii tres pro *Docilis* vitioſe legerunt *Dolicis* Bentleius tenuit *Docilis*: invito Scholiaſte, atque indicta cauſa. Puto illum parum attendiſſe. Bax.

20 *Brundiſium Minuti.* hic variant omnes ſcript. Divæ Mart. Nan. conſentiunt vulgatæ lectioni 4 Bland. & Sil. habent Minuti. Buſl. Menuti. Tonſ. Munici. Equidem vulgatam mutavi, quia lectio Bland. codicum mihi probatur in primis. Nam ſi trigemina porta dicta quoque fit Minutia, à Minutii Augurini ſtatua, ejus qui ad aſſem pretium farris redegerat, ut ſcribit Plin. non uno in loco, quid vetat viam quoque per Sabinos Brunduſium Minutiam nominatam fuiſſe? nec aliter opinor Cic. epiſt. 5, lib. 9. ad Attic. legendam, cujus exordium eſt Natali die tuo, &c. ad Curtium Minutia tranſiiſſe, &c. ſed per t litteram, non etiam per c in ultimo. nec eſt cur Lambinus mediam longam formidet, quando doctis in vocibus ejuſmodi primæ & mediæ ſyllabæ ſint fere communes, ut omittam Silium lib. 7, 386. qui mediam corripit, Si factis nondum Minuti te cauta probare erudiit fortuna meis, nec ducere verba ad verum decus, ac pravis arcere valebunt, &c. verum enim vero judicet lector doctus. Cruq.

Minucia

Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat,
Gloria quem ſupra vires et veſtit et unguit,
Quem tenet argenti ſitis importuna fameſque,
Quem paupertatis pudor et fuga, dives amicus,
Sæpe decem vitiis inſtructior, odit et horret:
Aut, ſi non odit, regit: ac, veluti pia mater,
Plus quam ſe ſapere, et virtutibus eſſe priorem
Vult: et ait prope vera; Meæ (contendere noli)

Stul-

Minucia Via eſt a Porta Minucia, ſive Trigemina; per Sabinos ad Brunduſium. Minucia autem Porta dicta eſt a Minucio Augurino Præfecto Annonæ, qui quod farris pretium ad aſſem redegerit, Statuam æream extra Trigeminam portam habuit. Plinius, citante Cruquio. Alii corrupte legunt *Numici*. Mirari ſatis nequeo *Minuci* placuiſſe Bentleio pro *Minuti*. Bax. Si *Minuti*: ſcribas, derivatum videtur a *minutus* penultima longa: quam tamen brevem habet. Cic. Att. 9, 6. pr. eſt eadem varietas, ſed prævalet *Minucia*, quod probat etiam ad Bergerium Henninius. *Minucii* apud Livium lib. 34, 53 & 54. & in lapidibus plurimi. Itaque hic etiam *c* poſuimus pro *t*. Ges.

21 *Damnoſa*, pretioſa. Bax.

Nudat, omnibus bonis exuit. Bax.

22 *Supra vires*; *ultra vires habitus nitor*. Juvenalis. 3, 180. Bax.

23 *Importuna*, Metonymice quod importunum faciat & odioſum domino. Bax.

24 *Paupertatis pudor*. parſimoniæ, vel paupertatis pudorem ait eſſe peſſimum M. Porcius Cato apud Livium lib. 34, 53 & 54. annalium. Sic ex vulgi opinione dixit Horat. Od. 24. lib. 3. v. 42. *Magnum pauperies opprobrium jubet quidvis & facere & pati*. eodem pertinet illud epiſt. 1, 1, 42. *vides, quæ maxima credis Eſſe mala, exiguum cenſum, turpemque repulſam, Quanto devites animo, capitiſque labore.* Lam.

Pudor & fuga; dum certare ſtudet lautitia cum domino. Bax.

25 *Decem vitiis auctior ad peccandum quam amicus minor*. Vet. Sch. Bax.

Odit; nauſeat, faſtidit. Bax.

26 *Regit*. Nec mirum qui *regis* nomine appelletur: quo vocabulo Romani varie uſi ſunt. ut Od. 1, 36, 7.

—— *Memor*
Actæ non alio rege puertiæ.
Torr.

Regit; catechizat. Bax.

Veluti pia mater; feſtiva Ironia. Bax. Votum piorum parentum, ut liberi ſui ſe meliores fiant. Ges.

Monet, ut a vitiis iſtis abſtineat. Zeun.

28 *Meæ (contendere noli) St. p. o.* Hanc ſcripturam omnium, quos viderim, librorum teſtimoniis confirmatam, primus Lambinus, neſcio qua fide, adulterare auſus eſt, ſubſtituens, *mihi contendere*: nec animadvertens, ſi ipſius conjecturæ locus ſit, mox idem repeti, *deſine mecum Certare*. nunc vero *contendere noli*, incluſum parentheſi, contentioſe agere ac jurgari dum potenti amico ſignificat. Sententia enim eſt, divitem, ſi plus forte ſapientiæ aut

Stultitiam patiuntur opes; tibi parvula res eſt:
Arcta decet ſanum comitem toga; deſine mecum
Certare. Eutrapelus, cuicunque nocere volebat,
Veſtimenta dabat pretioſa: beatus enim jam
Cum pulchris tunicis ſumet nova conſilia, et ſpes;
Dormiet in lucem; ſcorto poſtponet honeſtum
Officium; nummos alienos paſcet; ad imum
Threx erit, aut olitoris aget mercede caballum.

Arcanum

36 Thrax. *MSS. Mus. Br. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

aut virtutis minori ineſſe fateatur, id perfunctorie, &, quod aiunt, dicis cauſſa, ut de filiis materculæ ſolent, facere: non quod ideo moneri ſe de vitiis, quæ in magnis opibus tolerandæ ſint, patiatur. Talia igitur illa Juvenalis, 5, 130, et ſqq.

——*Plurima ſunt quæ*
Non audent homines pertuſa dicere læna. &:
Nil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quam quod ridiculos homines facit. Torr.

28 *Prope vera*; imo veriſſima. Comica Mejoſis. Bax.

Mea; *per Mimeſin loquentem divitem facit.* Vet. Schol. Bax.

29 *Patiuntur*; excuſant. *Opibus compenſo ſtultitiam meam. Simile illud eſt Salluſtii* (Hiſt. Lepidi 1, 10.) *Quia ſecundæ res mire ſunt vitiis obtentui.* Vet Schol. Bax. Meæ opes tantæ ſunt, ut ſtultitia illa veſtiendi illas non attenuet; quam ob cauſam vix ſtultitia vocari meretur. Quod in divite ſtultitia eſt & vanitas, illud in paupere furor eſt ac dementia. Ges.

30 *Arcta decet*; Toga quæ bis ter ulnarum non ſit, ut in Epod. 4, 8 dixit. *Pro opibus enim veteres magnas vel parvas habebant togas.* Cicero in catel. 2, 10. *Velis amictos non togis.* Vet. Schol. Bax.

Sanum; *mentis compotem.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Comitem: aſſectatorem, clientem. Bax.

31 *Volumnii Eutrapeli non uno in loco meminit Cicero.* Torrentius. Eutrapeli nomen illi adhæſit ob urbanum ingenium. Bax.

Cuicunque nocere volebat; Πολλοῖς ὁ δαίμων ἐκ κατὰ ἴυνοιαν φέρων μεγάλα δίδωσιν εὐτυχήματα, ἀλλ' ἵνα τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανεῖρας. Ariſtoteles in Rhetoricis, citante elegantiſſimo Viro Jacobo Cruquio. Bax.

32 *Beatus enim jam*; ridicule tumeſcit; & ſupple *factus.* Bax. Verba ſunt Eutrapeli rationem ſibi reddentis conſilii ſui. Ges.

33 *Nova conſilia*; *fiet delicatus.* Vet. Schol. Non enim vivet ut hactenus, ſed convertet vitæ propoſitum. Bax.

Pulchris cum. Cun.

34 *Honeſtum Officium* dicit pauperis amici inopiam ſublevare. Bax.

35 *Paſcet, ad fœnus accipiet & augebit.* Landinus. Bax.

Ad imum; *ad extremum.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

36 *Thrax erit.* gladiator erit. vel ſeſe auctorari patietur, ut depugnet in ludo. M. Tull. oratione de provinciis conſular, 5. *Cujus iter in provinciam fuit ejuſmodi, ut rex Ariobarzanes conſulem veſtrum ad cædem faciendam, tanquam aliquem Thracem, conduceret.* Horat. II. S. 6, 44. *Thrax, an Gallina Syropar?* In quibuſd. libris reperi ſcriptum *Trex erit:* in nonnullis *Threx erit.* Lam.

Arcanum neque tu ſcrutaberis illius unquam;
Commiſſumque teges, et vino tortus et ira.
Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprêndes;
Nec, cum venari volet ille, poëmata panges.
Gratia ſic fratrum geminorum, Amphionis atque
Zethi, diſſiluit, donec ſuſpecta ſevero
Conticuit lyra; fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion: tu cede potentis amici
Lenibus imperiis; quotieſque educet in agros
Ætolis

37 ſcrutaberis *Cun.* illius *Bentl. ex MSS. etiam G. Ullius MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 38 Conſiliumque *Mſ. Mus. Br. D.*

Threx erit, auctorabitur ſe in ludum, ut gladiator ſit. Vet. Schol. Thraces parmula Thracica & gladiolo depugnabant. Bax.

Aut olitoris aget; Satyrice invenit ſordidiſſima poſt beatum inceſſum cultumque lætantem. Vet. Schol. Bax.

37 Recte Bentleius *illius* pro *ullius*. In cauſa fuit erroris quod Vocales *i*, *y*, & *u* non fuerint olim adeo diverſi ſoni, ut alias diximus. Bax. Conf. v. 40. Ges.

38 *Commiſſumque teges.* ſic I. S. 4, 84. *commiſſa tacere Qui nequit, bic niger eſt.* I. S. 3, 95. *quid faciam, ſi furtum fecerit, aut ſi Prodiderit commiſſa fide?* & commiſſa ſimpliciter intelliguntur arcana, & conſilia alterius fidei commiſſa, ut hic, & infra ead. epiſt. 70. *Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.* & in epiſt. de Arte Poët. 200. *Ille tegat commiſſa.* Lam.

Commiſſum; nempe arcanum. Bax.

Et vino tortus, et ira. torquentur enim homines quodammodo vino & ira, id eſt, vino & ira explorantur, & ſpectantur ὡς βασανιζονται, ſintne fidi. nam poti, & irati arcana ſibi commiſſa interdum enuntiant. Jam hominum ingenia vino explorari conſtat: ut III. Od. 21, 13, et ſq. *Tu lene tormentum ingenio admoves Plerumque duro.* & de Arte Poët. 434 et ſqq. *Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant, An ſit amicitia dignus.* hoc ergo dicit: neque potus, neque iratus occulta tuæ fidei credita, aperies. Lam.

Vinum & ira tormenta ſunt, quibus multi inviti ſecreta fuderunt. Vet. Sch. Bax. Vid. Art. p. 435. Ges.

39 *Studia*, exercitationes corporis, vel ingenii. Bax.

40 *Poëmata panges.* ſcribes verſus, cum &c. *pangere* proprie figere eſt. itaque dicuntur ruſtici pangere plantas, & terminos, niſi quis dicat non minus proprie dici pangere verſus & carmina, quam plantas, quia veteres, qui in cera ſcribebant, verſus in cera figere non immerito dici poterant. ſic Lucr. lib. 1, 25 *Te ſociam ſtudeo ſcribundis verſibus eſſe, Quos ego de rerum natura pangere conor.* Idem ibid. 932. *Deinde quod obſcura de re tam lucida pango Carmina.* Horat. A. P. 416. *Nunc ſatis eſt dixiſſe, ego mira poëmata pango.* Lam.

Panges, condes. Bax.

41 *Gratia*, intima amicitia. Ex Antiopa Euripidis, quod oſtendit Daniel Heinſius ex Olympiodoro, Platonis Gorgiæ Enarratore. Bax.

42 *Suſpecta* per Charientiſmum poſuit pro *odioſa*. Bax.

Severo, agreſti & paſtori, & per hoc, triſti & imperito. Bax.

45 *Lenibus imperiis; quia cum poteſt imperare blanditur* Vet. Schol. Et quia nihil imperat quod

Ætolis onerata plagis jumenta, caneſque,
Surge, et inhumanæ ſenium depone Camœnæ,
Cœnes ut pariter pulmenta laboribus emta;
Romanis ſolenne viris opus, utile famæ,
Vitæque et membris; præſertim cum valeas, et
Vel curſu ſuperare canem vel viribus aprum
Poſſis: adde, virilia quod ſpecioſius arma
Non eſt qui tractet; ſcis quo clamore coronæ
Prælia ſuſtineas campeſtria: denique ſævam
Militiam puer et Cantabrica bella tuliſti,
Sub duce qui templis Parthorum ſigna refigit
Nunc, et ſi quid abeſt, Italis adjudicat armis.

Ac,

46 Æolis *MS. Boſ. & Vlitius ap. Bentl.* 48 Tu pariter *Mſ. Mus. Br. G.* 54 ſuſtentes *Cun.* 56 refigit *etiam Bentl. ex MSS. it. Z.* refixit *vulg. & Talb. Cun. & Mſs. Mus. Br. B. F.* retraxit *Mſ. Mus. Br. D.* 57 arvis *conj. Bentl.*

quod jure poſſit tibi diſplicere: Dilogia eſt. Bax.

46 *Ætolis onerata plagis.* plagas Ætolas poſuit pro optimis, & præſtantiſſimis, & ad apros capiendos aptiſſimis, vel ad venandum natura factis; idque propter Meleagrum, qui aprum Calydonium cepit. Sic Martialis aprum neſcio quem, ei ſimilem, ac parem, qui cuſpide Ætola captus eſt, dixit, ſignificans aprum ingentem, lib. 13, 93. *Qui Diomedæis metuendus ſetiger agris Ætola cecidit cuſpide, talis erat.* Erat autem Calydon in Ætolia. Lam.

Ætolis plagis; uti alter Meleager aprum venaturus. Bax.

Jumenta; burdones. vel mulos. Bax.

47 *Inhumanæ*, inſocialis. Bax.

Senium; pallorem, mœſtitiam. *En pallor ſeniumque!* Perſius 1, 26. Bax. Senes tardi, pigri, moroſi. Sic *inſenuit*. Epiſt. 2, 2, 82. Ges.

48 *Pulmenta*, opſonia quaſi pulpamenta. Bax.

49 *Opus*; Studium. Exercitatio. Bax. Studium venandi. Zeun

50 *Vitæ*, ſupple longæ, & per hoc valetudini. Bax.

53 *Coronæ*, circumſtantis turbæ. Bax.

54 *Prælia Campeſtria*; *armorum ludicra*. Landinus. In Campo Martio ſcilicet. Bax.

56 *Sub duce*; ſub Auguſto. Bax.

Refigit nunc. ſic habent omnes libri ſcripti cum interpunctione τὸ nunc, ac τὸ & quam lectionem confirmat τὸ adjudicat. Cruq.

Pro *refixit*, *Et nunc*, omnes fere ſcripti Codices legerunt *refigit Nunc*, & ſic Vetus Scholiaſtes. Bax. Pulchre etiam ratio temporum Bentleiana convenit. Ges.

57 *Abeſt*, deeſt: ſic & Juvenalis, 6, 293. *Nullum crimen abeſt. Eſt* & *abeſt* contraria ſunt. Bax.

Mire *adjudicat*; tanquam ſedende vincat: nam per Tiberium recepit Craſſi ſigna. Bax. Ut *abjudicare ſe vita* eſt adimere ſibi vitam: ita *adjudicare armis Italis* eſt ſubjicere, vel metu certe armorum ad comiter reverendam

Ac, ne te retrahas et inexcuſabilis abſtes,
Quamvis nil extra numerum feciſſe modumque
Curas, interdum nugaris rure paterno:
Partitur lintres exercitus; Actia pugna
Te duce per pueros hoſtili more refertur;
Adverſarius eſt frater; lacus, Adria; donec
Alterutrum velox victoria fronde coronet.
Conſentire ſuis ſtudiis qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.

Pro-

58 abſtes *conj. Bentl. & Baxt.* 2. Abſis *MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

majeſtatem imperii adigere. Ges.

58 *Ne te retrahas*; h. e. ne videare inexcuſabiliter te officiis ſubtrahere virilibus.

Melius *abſtes*, [quam *abſis*] quod oſtendit Bentleius ſub autoritate quorundam Librorum. Bax. Quin mera conjectura eſt, nec illa neceſſaria. Hoc dicit, ne te ſubtrahas ſtudiis venandi Tiberii, & ita abſis, ut plane excuſationi locus non ſit, illud te admoneo: ſoles ludos tuos & tu habere; hos ſi probari vis Tiberio, viciſſim illius ſtudio faveas facito. Alias excuſationes jam præciderat, nunc ſubjicit, quod videtur potentiſſimum. Ges.

59 *Quamvis nil*, προθεραπευσις *ſubſequentis Ludi in Villa paterna.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Extra numerum modumque; quod Græci Proverbiali Schemate dicunt, παρὰ μέλος. Numerus in voce eſt, modus in Lyra: *Numeros memini ſi verba tenerem.* Virgilius Ecl. 9, 45. Bax. Quin *numerus* & *modus* tum voci tum lyræ conveniunt. *Numerus* eſt longorum breviumque temporum permiſtio: *modus* melos etiam & ſublationem atque depreſſionem ſonorum indicat. Ges.

extra numerum modumque, h. e. inepte. Zeun.

60 *Curas*, amas, gratum tibi eſt, vel cordi. Bax.

Ad Emphaſin poſuit *nugaris*, quaſi ludos pro nugis ille haberet. Oſtendit illum non eſſe natura alienum ludis. Bax.

61 *Lintres*, *monoxylos*. Bax.

Actia pugna; *Imaginem pugnæ Actiacæ tu Cæſari* (melius Cæſaris) *facis*. Vet. Schol. Bax.

62 *Per pueros*, per vernas tuos. Bax.

Refertur, *exprimitur*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

63 *Donec alterutrum: Tamdiu ſimulata nomina ſervantur, donec alteruter vincat.* Vet. Schol. Bax.

64 Dilogως *velox* poſuit, & quia Victoria pennata eſt, & quia Actiaca victoria fuit omnium celerrima. Bax.

Fronde, laurea. Bax.

65 *Qui crediderit*, Auguſtum dicit. Bax.

66 *Fautor*, plauſor. Bax.

Utroque pollice compreſſo ſignificare volebant deoſculandum eſſe eum qui bene luſerat; contra converſis pollicibus ignave devictum necari jubebant: Eo enim modo necantur pulices; *Et verſo pollice vulgi, Quemlibet occidunt populariter.* Juvenalis 3, 36. Fruſtra ſe hactenus torſerunt eruditiſſimi. Quid apertius? Bax.

67 *Pro-*

Protinus ut moneam (si quid monitoris eges tu)
Quid, de quoque viro, et cui dicas, sæpe videto.
Percontatorem fugito; nam garrulus idem est;
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures;
Et semel emissum volat inrevocabile verbum.
Non ancilla tuum jecur ulceret ulla, puerve,
Intra marmoreum venerandi limen amici:
Ne dominus pueri pulchri caræve puellæ
Munere te parvo beet, aut incommodus angat.
Qualem commendes, etiam atque etiam aspice; ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, et quondam non dignum tradimus: ergo
Quem

70 commissa *Sax.* ruborem *Sax. Cuu.*

67 *Protinus*; ferente impetu, absque ulla præfatione. Bax. Porro continuatis præceptionibus. Ges.

Siquid; διεξαπτυσις est. Bax.

Ut prioribus monitis alia addam, videto &c. Zeun.

68 *Quid, de quoque*; *Tria dixit, quid dices, de quo dicas, & cui dicas.* Vet. Schol. Bax.

69 *Percontatorem*; *Eadem enim libidine prodit qua & audit.* Vet. Schol. Bax.

71 *Et semel emissum*; *terribiliter pronuntiandum est.* Vet. Schol. Bax.

Volat irrevocabile verbum. Facete Plautus Amph. 1, 1, 169.

Vox ad aures advolavit.

respondit aliter:

——*Næ ego homo infelix fui*
Qui non alas intervelli: volucrem vocem gestito

& graviter admodum Cicero pro Plancio: *Nihil est tam volucre quam maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dispatur.* Recte igitur Homerus ἐπεα πτερόεντα προσηυδα. verba enim veluti pennatæ esse ait, quæ teli instar per aures ad animum celerrime perferantur. *Inrevocabile* autem legunt fidelissimi codices. Torr.

72 *Jecur*, affectuum sedes propter bilem. Bax.

Ulceret, incendat, amore urat. Bax.

73 *Marmoreum limen*, Synecdochice pro marmoream Villam, vel Prætorium. Bax.

75 *Munere te parvo*; mancipio scilicet. *Alludit ad Virgilium, cui Alexandrum puerum Pollio dominus dono dedit.* Vet. Schol. Bax. Munere parvo data magnas gratias a te eliciat; qua re alterius forte majoris obtinendi spes tibi pereat. Ges.

Incommodus, male falsus in negando. Bax.

Angat; cruciet, dum hoc agit ut doleas, & mimum sibi parat de tua frustrata libidine. Bax.

76 *Aspice*; vide, confidera. Bax.

77 *Incutiant*, inspergant, injiciant. Bax.

78 *Quondam:* nonnunquam. Bax.

79 *Pre-*

Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri:
Ut penitus notum, ſi tentent crimina, ſerves,
Tuteriſque tuo fidentem præſidio: qui
Dente Theonino cum circumroditur, ecquid
Ad te poſt paulo ventura pericula ſentis?
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet;
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit. Tu, dum tua navis in alto eſt,
Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura.
Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi,
Sedatum celeres, agilem gnavumque remiſſi;

Potores

80 At *Bentl. Cun.* 81 fidenter *Bentl. Cun. Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 86 Amici eſt *Mſ. Mus. Br. D.* 88 Hæc age

79 *Premet*; urgebit, onerabit. Bax.

80 Bentleius conjecit *At* reponendum eſſe pro *Ut*, contra quod ego ſentio. Bax. *Ut* poſſis tanto majori cum fiducia tueri innocentem, omitte tueri eum qui peccavit, eaque re integrum & dignum fide Patrono te proba. Ges.

Tentent; invadant, impetant. Bax.

Crimina, criminationes, mendacia; ſupplendum enim *falſa*. Bax.

81 *Fidenter. Tuteriſque tuo fidenter praeſidio. Fidenter* extabat in vetuſtiſſimo codice Barthii; quem vide Adverſ. XXXVII, 22. Amat autem hujoſmodi adverbia Noſter, *pudenter*, *potenter*, *ſapienter*. Si falſus es, inquit, in commendatione hominis indigni, ſine hunc ſuæ culpæ poenas luere: *at* ſi quis a te traditus, quem intus & in cute noviſti purum & inſontem, criminationibus falſis per aemulos petatur, tu tace hunc tuo praeſidio *fidenter*; non timide & dubitanter, ne ipſe forte ut ejuſdem criminis conſcius arguaris. *Tuteris*, inquit, *tuo praeſidio*. Bentl.

Fidentem pulchrum, quin dulce eſt & ἦθικὸν maxime. Talem, tam dignum tua ope ut poſſis tueri, para tibi fidem. Ges.

Præſidio, patrocinio. Bax.

82 *Luthienus Theon libertinus, dicacitatis amaritudine præter cæteros, ita Patronum ſuum exaſperavit, ut domo ejus ſummoveretur, & quaternario legato (an quadrantario?) juberetur rêſtem ſibi palumque emere.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Circumroditur; undique a pluribus obtrectatoribus. Bax.

85 *Sumere*, colligere. Bax.

86 *Dulcis inexpertis*; detorſit antiquum adagium, *Dulce bellum inexpertis*. Bax.

Cultura; affectatio. Bax.

87 *Dum tua navis in alto eſt*; *cum proſperum curſum amicitiæ tenes, & eſt Τρόπος Ἀλληγορίας.* Vet. Schol. Bax.

88 *Hoc age*; huic rei totus incumbe. Bax.

Aura, tenuis ac levis culpa. Vet. Schol. Hoc oſtendunt ſequentia. Bax.

89 hilarum. Cun.

90 *Sedatum*; *lentum, tardum.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Re-

Potores bibuli media de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula; quamvis
Nocturnos jures te formidare vapores.
Deme ſupercilio nubem: plerumque modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi.
Inter cuncta leges et percunctabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter ævum,
Ne te ſemper inops agitet vexetque cupido,
Ne pavor, et rerum mediocriter utilium ſpes:

Virtu-

91 de luce *conj. Bentl. & Cun.* liquidi media de luce *Mſs. Mus. Br. C. G.* 93 tepores *G. S. Med.* 1477. *& Mſs. Mus. Br. B. C. G.* 98 Neu te *Mſ. Mus. Br. C.* non te *Mſ. Mus. Br. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 99 Neu pavor *Mſ. Mus. Br. C.* non pavor *Mſs. Mus. Br. B. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Remiſſi; enerves, pigri: Metaphora ab arcu retento. Bax.

91 Bentleio non placent *Potores bibuli*, putatque idem valere quod *potores potantes*, cum *bibuli* ſint *nimii* vel *aſſidui* in potando. Ipſe mallet de ſuo penu reponere *liquidi*; quod ſi fieret, nihil illud eſſet niſi perpetuum Epitheton. Bax.

Potores acres *oderunt* te recuſantem bibere *pocula Falerni* poſt mediam noctem tibi *porrecta*, *quamvis jures*, te recuſare ob metum æſtus nocturni a vino intempeſtive ſumto orituri. Plana ſententia & recta emendando corrumpitur. Ges.

93 Plurimi MSS. pro *vapores* legerunt *tepores*, verum interpretamentum eſt: *Vapor* Lucretio calor eſt, ut alias diximus. Bentleius utcunque vult retinere *tepores*, etſi ſit minus Poeticum & minus Lucilianum. Bax.

94 *Modeſtus*; gravis, vel, ut vulgo dicimus *the formal*: qui ſcilicet modos ſuos & numeros per omnia ſervat. Bax. Conf. Ser. 1, 3, 60. Ges.

95 *Obſcuri*, tecti, inſidioſi. Bax.

Acerbi, Cenſoris amari. Bax.

96 *Optimi quique ſcriptorum veterum, cum doctos nominant, fere Stoicos intelligunt.* Cicero, citante Cruquio. Bax.

97 *Trad. lenit. æv.* placide, quiete, tranquille ætatem agere. nonnulli libri manuſcrip. habent, *tranſducere*. Lam.

Leniter, ſuaviter. Bax.

98 *Ne te ſemper inops.* magna eſt hic librorum inter ſe diſſenſio. Nam alii habent, ut vulgati fere omnes, *Ne te ſemper, &c.* & prox. verſu, *Ne pavor, &c.* quomodo edendum curavimus; alii, *Non te ſemper, &c.* & item proximo verſu, *Non pavor, &c.* alii, *Num te ſemper, &c.* & prox. verſu, *Num pavor, &c.* quam poſtremam ſcripturam rejicio. Lam.

Ne te ſemper. Mirum eſt in omnibus mss. legi *num te*; demto uno *Non te*, & altero *Nec te*: verſu item ſequenti *Non pavor*, aut *Nec pavor*. vulgatam tamen ſcripturam retineo. Torr.

Ne te ſemper. Bland. 4. Tonſ. Buſlid. Nann. in utroque verſu habent num. Divæ. legit, non. Mart. Sil. conſentiunt vulgatæ lectioni, quæ mihi non improbatur. Alii in priori verſu legunt, non; in altero, nec. deligat lector. Cruq.

Semper inops; uno ſpiritu proferend ſunt. Bax.

Agitet, inquietet, huc & illuc diſtrahat: *Vexet*, in diverſa vehat. Bax.

99 *Me-*

Virtutem doctrina paret, naturane donet?
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum?
Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum,
An ſecretum iter, et fallentis ſemita vitæ?
Me quoties reficit gelidus Digentia rivus,
Quem Mandela bibit, rugoſus frigore pagus;
Quid ſentire putas? quid credis, amice, precari?
Sit mihi quod nunc eſt; etiam minus: et mihi vivam
Quod ſupereſt ævi, ſi quid ſupereſſe volunt dii:
Sit bona librorum et proviſæ frugis in annum
Copia; neu fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ.

Sed

100 Naturave *Mſs. Mus. Br. D. F.* 107 Ut mihi vivam *Mſ. Mus. Br. C. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

99 *Mediocriter utilia* externa ſunt, quæ Stoici dicunt *Media*, h. e. per ſe neque bona, neque mala. BAX.

100 *Doctrina*; ars, diſciplina. BAX. Theorema antiquum Socratis, εἰ διδακτὸν ἡ ἀρετή; an virtus doceri poſſit? Tractat dedita opera Æſchines dial. 1. GES.

101 *Quid te tibi reddat amicum: nihil ſtulte facere, ac per hoc teipſum non lædere.* Vet. Schol. BAX. Plato polit. 10 extr. δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδευσομεν, ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ὦμεν καὶ τοῖς θεοῖς κ. τ. λ. GES.

102 *Pure tranquillet*, h. e. animum ſerenet, ut ne ſit vel macula nubis. BAX.

Honos; magiſtratus. BAX.

Lucellum, mercaturam elevat. BAX.

103 *An ſecr. iter.* tralatio eſt, ut & in hoc prox. quod ſequitur, & *fall. ſem. vitæ* nam per ſecretum iter, vitæ genus a luce forenſi, & ſtrepitu populi, & aulis principium remotum ſignificat. LAM.

Fallentis; ſenſim relabitur in Epicureiſmum, quorum Dogma eſt, *Late in vita:* Λάθε βιώσας. BAX.

104 In Sabinis hæc ponenda cum fonte *Banduſiæ*, *Lucretili* & *Uſtica* montibus, oſtendit ipſe Car. 2, 18, 14. *Contentus* unicis *Sabinis*. GES.

Reficit, refrigerat. BAX.

105 *Rugoſus*; *rugoſa faciens hominum corpora.* Vet. Schol. BAX.

107 *& mihi vivam.* ſic 4. Bland. & Sil. quod magis placet. CRUQ.

Pro *ut mihi vivam*, optimi & plurimi Codices legerunt, *& mihi vivam*; quod cum Lambino, Cruquio, Torrentio mihi quoque arridebat. Quaſi dicat, nec ulterius ſim in clientela potentum. BAX.

109 *Proviſæ frugis in annum*; quantum una meſſis villæ meæ præſtare poſſit. BAX.

110 Omnia fere ſcripta habent *neu* pro *ne*; & ſic legerat Cruquianus Interpres. BAX.

Fluitem, h. e. inter ſpem vitæ & metum mortis natem. BAX.

Neu fluitem, &c. Et ne incertus ſim de futuro, quo quidem ad uſum vitæ ſit neceſſarium. ZEUN.

Horæ. codex Martin, habet, auræ. CRUQ.

Hora.

Sed ſatis eſt orare Jovem quæ donat et aufert:
Det vitam, det opes: æquum mi animum ipſe parabo.

EPISTOLA XIX.

AD MÆCENATEM.

Prisco ſi credis, Mæcenas docte, Cratino,

Nulla

111 qui donat *MSS. Mus. Br. C. D. F. G.* qui ponit *MS. Mus. Br. B.* ponit *Bentl. ex MSS.* 112 opes, animum mihi ego ipſe *MSS. apud Bentl.*

Horæ, extenuando poſuit pro *vitæ*; Mortis contemtum optat, vel potius, *ut ſpatium vitæ extremum inter munera ponat Naturæ*; quod ait Juvenalis 10, 358. Bax.

111 Male nonnulli repoſuerunt *Hæc* pro *Sed*, cum ſit Correctio priorum votorum; ut docte Minellius. Bax.

Tres Torrentii Codices pro *qui* legerunt *quæ*, quod multo melius videtur. Res mira mihi videtur potuiſſe placere Bentleio *quæ ponit & aufert* pro *quæ donat & aufert*: Verum illum obſcura fere ſemper neſcio quomodo magis delectant, & veluti de angulis petita. Conqueritur ille hæc Librariorum nationi minus placitura. Bax. Nihil tale video: ſed monet, quod ego etiam verum puto, ſi qua lectio ſit obſcurior, abſtruſior, bona tamen ſententia, eam videri præferendam planiori & uſitatiori: cum non ſit probabile, librarios, parum doctos homines, recondita illa excogitaſſe. Ges.

112 *Ut æquum animum geram, in mea magis eſt poteſtate quam Jovis.* Vet. Schol. Nam *nullum numen abeſt ſi ſit prudentia*, [Juvenal. 10 extr.] Stoici docent, fruſtra rogari deos quæ jam noſtræ fecere poteſtatis, beate ſcilicet & tranquille vivere. Bax. Vid. Seneca Epiſt. 41 pr. Ges.

Det vitam, det opes: æquum mi animum ipſe parabo. A v. 107 recenſuit quid convenire putet Deos precari, et deinde ſubjungit, v. 111.

Sed ſatis eſt orare Jovem.

Cur denuo repetit, *det vitam, det opes?* An ſenſus erit, ſi *Jupiter* mihi bona fortunæ concedat, nempe, vitam et opes, ipſe mihi animum æquum parabo. Egregiam vero laudem æquo animo ferre ſuam ſortem quando omnia cadunt ex voto.

Forſan pro *vitam* legendum *vel non*,

Det, *vel* non det *opes*.

Satis mihi erit *Jovem* orare; ſive vero illi viſum eſt quæ peto dare, ſive negare, æquo animo feram.

Ad talem animi moderationem hortatur Dellium II. Od. 3. ab initio.

Æquam memento rebus in arduis
Servare mentem: non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam,
Lætitia moriture Delli.

Wadd.

Argumentum. Poetæ judicium de ſuis & poetaſtrorum ſui ſæculi ſcriptis.

1 *Priſco*; *antiquæ Comœdiæ ſcriptori*. Cruquius. Poteſt ineſſe Dilogia. Bax. Ridicule dejeratur apud Ariſtoph. Equ. 399

Nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus: ut male ſanos
Adſcripſit Liber ſatiris fauniſque poëtas,
Vina fere dulces oluerunt mane Camœnæ.
Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus:
Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſiluit

4 Aſcripſit *etiam edd. pr.* Aſcribit *Aſc.* 1544. *Fabr.* 1555 *&c.*

ἢ σὲ μὴ μισῶ, γενόμην ἐν Κρατίνου χοδίων. Obſervat ibi Vet. Schol. hoc dici in ebrietatem Cratini per quam immejeret pellibus, in quibus accumberet. Pulchre hoc vidit Marcilius, & inde emendari poſſe oſtendit Acronem ad h. l. GES.

3 *Ut; poſtquam.* Vet. Schol. BAX. *Ut* per *tanquam* potius interpretatur Bentleius. Sed hoc videtur magis poeticum. GES.

Ut male ſanos. tanquam inſanos, aut parum ſanos. Non celabo lectorem tamen, veteres interpretes, *ut* hoc loco accipere pro *poſtquam*, quod probat Simeo Boſius: ut ſit hæc ſententia. Poſtquam Liber retulit in numerum Satyrorum, & Faunorum poetas Græcos ac Latinos, Vina fere dulces, &c. Vult enim, treis verſus, qui deinceps ſequuntur, pendere ab illis verbis, *ut male ſanos Aſcripſit Lib. Sat. F. que p.* quod mihi vix probari poteſt. LAM.

Male ſanos; Democritus excluſit ſuo judicio ſanos poëtas a numero Muſarum, dicens inſanos in numerum Faunorum & Satyrorum deorum tranſire, quaſi veriores. Vet. Schol. Quin & omnes dii Manes; excepto uno Tireſia, extra ſe poſiti ſunt. BAX. De Tireſia ex Odyſſ. K, 493 ſqq. De Democrito poetas ſanos Helicone excludente noſter A. P. 297. *Fauni, Fatui, Satyri*, ſtulti, veridici iidem: inſaniunt affines poetarum, vates &c. De Bacchi tutela noſter Epiſt. 2, 2, 77 & totum Argumentum Ranarum Ariſtophanis. GES.

4 *Aſcripſit liber Satyris, &c. aſcripſit* habent duo cod. Vatic. Jann. Faer. Torn. & alij manuſcr. quinque, quos hic nuper in Gallia inſpexi, duo Ruſſard. Cleric. Nicot. unus meus, quos ſecutus ſum. Poſtremo ita legit Servius in Commentar. in Melibœum Virg. Ecl. 7, 25. ibi, *Paſtores hedera creſc. orn. p.* vulgati *Aſcribit.* Satyrorum autem nomen referendum eſt ad poetas Græcos: Faunorum ad Latinos, ut recte putat Boſius. Itaque Homerum, poetam Grecum & eum quidam principem, primo loco poſuit: & ſic reſpondet Satyris: Ennium, poetarum Latinorum patrem, ſecundo: atque hic reſpondet Faunis. LAM.

Octo Lambini MSS. cum Vetere Scholiaſte & Servio legerunt *Aſcripſit*, non *Aſcribit.* Notum eſt Satyros atque Faunos eſſe in clientela Liberi Patris & infernalis Numinis, & primi Muſicæ repertoris & Choreæ. BAX. Poſt verſum 4 ponit Marcilius eos, qui nunc ſunt 10 & 11. Sine auctore, & ut puto, ſine cauſa idonea. GES.

5 *Vina fere*, faceta & ſuavis Ironia. BAX.

Mane; quod infame erat. Notum eſt illud; Οὔκ ἐστὶ Διθύραμβος ἂν ὕδωρ πίνει. BAX.

6 V. G. Iliad. Z, 261 Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μὲγα οἶνος ἀέξει. GES.

7 *Pater*; Latini ſcilicet carminis. BAX.

Ad arma dicenda; ad Libros Annalium. Vet. Schol.

Profiluit dicenda. " Forum putealque Libonis
" Mandabo ficcis, adimam cantare ſeveris."
Hoc ſimul edixi, non ceſſavere poëtæ
Nocturno

10 edixit *vulg. MSS. Mus. Br. C. D. F. G. et Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* edixti *(o Mæcenas) Da Heinſ. conj.* edixi *MSS. Lambi. & Torr. & plures Bentl. it. Boſ. quam lectionem probant etiam Da. Heinſ. Talb. Cun.*

Schol. Bax.

8 Mire *profiluit*, tanquam ipſe pugnaturus. Bax.

Forum putealque Libonis; ſupple *Dixit Ennius*. Vet. Schol. Cruq. Quod mirum eſt non advertiſſe Interpretes. *Puteal Libonis*; *ſedes prætoris fuit, prope Arcum Fabianum*. Vet. Schol. *Sacellum erat ſuperne apertum*; quod oſtendit Cruquius ex Feſto. Hoc eſt ara conditi Fulminis. Vide Gutherium de Jure Manium. Bax. *Puteal Libonis* recentius longe Ennio. De eo Serm. 2, 6, 35. Ergo Ennii non poteſt eſſe illud edictum. Scilicet *Edixi* legendum, ut Horatius de ſe loquatur non minus quam v. 18. Conf. Epiſt. 1, 5. 19. Decepit Baxterum corrupta lectio Vet. Schol. Ges.

9 *Mandabo*. frequentandum dabo, committam. Significat jocans, homines ſiccos, ad poeticam ineptos eſſe: ad res forenſeis, judiciaque prætoria aptiores. *mandabo forum* autem ſic dictum, ut *mandare parteis*. in lib. de art. poet. 176. *ne forte ſeniles Mandentur juveni partes*. ibidem 104. *male ſi mandata loqucris*. Lam.

Mandabo & *adimam*, Comica Temporum Enallage; nam ἐν ἤθει dicuntur. Quin & *ficcis* & *ſeveris* Comice protulit, pro *ſobriis* & *triſtibus*. Bax.

10 *Hoc ſimul edixit*, &c. Quaerunt enim, quis ille ſit qui hoc edixerit, *Cratinuſne* an *Maecenas*, an *Ennius*, an *Liber*? finguli enim ex his aſſertores ſuos habuerunt. Et feſtivi oppido ſunt qui pro *Cratino* & *Ennio* digladiuntur: quaſi vero aut hic aut ille de *Puteali Libonis* quicquam edicere poſſet, quorum uterque plus toto ſaeculo ante occiderant, quam Libo iſte naſceretur; ille vero Athenis natus morienſque ne Romae quidem ipſius nomen fando audiverat. Neque minus, etſi minus turpiter, peccant Simeo Boſius & Dacierius, qui *Libero* edictum hoc vindicant. Quid enim? Non ante puteal illud conditum licebat poëtis vino ſe invitare? cur igitur injuſſi & ſine edicto quos hic memorat omnes, Homerus, Cratinus, Ennius, & ipſae Camenae vina mane oluerunt? Parum profecto liberaliter egit Liber, qui poëtis Graecis nihil tale edixerat. Theodorus quidem Marcilius, ut *Cratino* hoc edictum aſſereret, luxatos eſſe verſus ſomniabat, & decimum undecimumque verſum poſt quartum inſerebat; oblitus illud EDIXIT omnino referendum eſſe ad verba illa quaſi ex formula edicti,

Mandabo *ficcis*, adimam *cantare ſeveris*.

Longe ſanius Daniel Heinſius, qui ad Maecenatem hoc refert, levi immutatione corrigens, *Hoc ſimul* EDIXTI: nihil enim eſt quod in hac lectione jure vituperes, praeterquam quod ſequentia alio nos ducunt, & Horatio ipſi, non Maecenati, edictum hoc adjudicant. Legendum enim,

Hoc ſimul EDIXI; *non ceſſavere poëta*
Nocturno certare mero, putere diurno.

Ita clare habet Reginenſis noſter, cui accedunt duo Berſmanni, Torrentii unus, & a manu ſecunda unus Lambini. Suos enim, non alterius cujuſquam imitatores hic ſale perfricat Horatius: ut ex toto Epiſtolae filo conſtat. Verſu 18.

quod ſi
Pallerem *caſu*, *biberent exangue cuminum*.

Quo ſodes illum *Pallerem*, niſi de ſe & ſuo edicto jam fuerit locutus? utique, ſi Maecenatis edictum ſupra intellexit, *Palleres* hic dicere voluiſſet: ſin autem dei Liberi, aut mortuorum Cratini vel Ennii; jam totum hoc de *pallore* fuerit abſurdiſſimum. Fixum igitur & conſtitutum eſto, lectionem illam *Edixi*

Nocturno certare mero, putere diurno.
Quid, ſi quis vultu torvo ferus, et pede nudo,
Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem,
Virtutemne repræſentet moreſque Catonis?
Rupit Iarbitam Timagenis æmula lingua,

Dum

13 teſquore *Mus. Dac. quod nuſquam inventum.* 15 *pro* lingua, cæna *Sanad. ex MSS.*

ſolam eſſe ſinceram & Horatio agnoſcendam: quod & viderant Viri ſummi Torrentius Heinſiuſque, ſed ſententiis fluctuantes non auſi ſunt clare aſſerere. Ceterum cave credas tum primum hoc edixiſſe Horatium, cum hanc Epiſtolam edolaret: unde enim tot e veſtigio imitatores naſcebantur, dum unum aut alterum verſiculum pangeret? Immo jam olim & inſcriptis & in vita profeſſus erat, ſine Libero Muſam ſuam nihil magni poteſſe: Epiſt. I. 5, 16.

Quid non ebrietas deſignat? ——addocet artes.
Fecundi calices quem non fecere diſertum?

Carm. III, 25.

Quo me, Bacche rapis tui
Plenum? quae nemora aut quos agor in ſpecus,
Velox mente nova? ——
Dicam inſigne, recens, adhuc
Indictum ore alio. BENTL.

Mire *edixit*, cum de prætore ante cogitaſſet; nam prætoris erant edicta. *Edixit*; *viſus eſt omnibus dixiſſe*. Vet. Schol. Mirum eſt eruditiſſimum Bentleium non vidiſſe hæc eſſe Ennii verba, præſertim cum antiqua Scholia illud modo monuiſſent. Fruſtra igitur ille repoſuit *edixi* pro *edixit*, ac ſi ſui ipſius verba narraret Horatius. BAX. Non recte ad Vet. Schol. provocat vir doctus. Porphyrio edit. 1486, tum Pinc. it. Aſc. 1519 & Fabric. 1555 ita habet, *Statim u. hoc viſum eſt omnibus dixiſſe*, quæ multo ſane commodius ad ipſum Horatium referuntur. Ceterum ſimilis huic ſententia eſt Art. P. 297. Omnium ſæculorum querela eſt, quod imitantur homines externas quaſdam notas, ſæpe vitioſas, rem ipſam non attingunt. GES.

Revocari antiquam lectionem *edixit*, ut intelligatur Ennius, quemadmodum ſeries orationis oſtendit. Nam ſalva Modeſtia Horatius non ſic de ſe loqui poteſt. At puteal Libonis eſt recentius Ennio. Recte: ſed poeta uſus eſt prolepſi hiſtorica. ZEUN.

11 *Nocturno certare mero*; Mira Enargia aſſiduitatem ſignificat potandi; ſic in arte Poetica 269; *Nocturna verſate manu, verſate diurna*. BAX.

12 *Vultu torvo ferus*; *Cato Senator Romanus*; ut *ſeverior appareret, intonſa barba capilliſque, prodibat in publicum, duroque calceamento & ſæpe nullo, togaque exigua*. Vet. Schol. Cruq. De Catone loquitur Uticenſi. BAX.

13 *Textore*; nequibat dicere *textura*. Apage *teſquore*. BAX. Conf. omnino Epiſt. 1, 1, 94. GES.

14 *Virtutem*; fortitudinem, vel maſculum animum. BAX.

Repræſentare eſt ob oculos ponere. BAX.

15 Facete poſuit *Iarbitam* pro *Maurum*: nam & Iarbas æmulus erat Æneæ. *Hic Iarbita Maurus fuit Cordus, qui dum Timagenem imitabatur poſt convivium & inter pocula declamantem, propter inſolentiam faciendi quod conabatur, pene diſruptus eſt*. Vet. Schol. *Cordi* nomen in Cruquiani Interpretis Auctario invenimus. Timagenes Alexandrinus, celeberrimus ejus temporis Rhetor, a Gabinio Pompeianis temporibus Romam adductus eſt. BAX.

Æmula lingua. duo Blandin. codic. habent linga, alias, cœna; quam lectionem ſequitur Commentator, & vulgatus Porphyr. judicium penes lectorem eſto. CRUQ.

16 *Urba-*

Dum ſtudet urbanus, tenditque diſertus haberi.
Decipit exemplar vitiis imitabile: quod ſi
Pallerem caſu, biberent exſangue cuminum.
O imitatores, ſervum pecus, ut mihi ſæpe
Bilem, ſæpe jocum veſtri movere tumultus!
Libera per vacuum poſui veſtigia princeps;

Non

19. 20 bilem Ut mihi ſæpe *MSS. ab Talb. Bentl. Cun.*

16 *Urbanus*; elegans ornatus. Bax.

Tendit, nititur. Bax.

Diſertus; eloquens, proprius, copia, diſpoſitu & pronuntiatione eximius. Bax.

17 *Decipit Exemplar*, &c. id eſt, exemplar, in quo aliqua inſunt vitia cum virtutibus conjuncta, imitatorem plerumque inducit, ut virtutibus omiſſis, vitia imitetur. Lam.

Vitiis imitabile; *quod adjuncta habet vitia imitatu facilia*. Henricus Stephanus. Bax. Exemplar, quod imitari tantum poſſunt ſtulti quatenus vitioſum eſt. Ges.

Quod ſi pall. Tres m. s. codices *proſi*, quod haud dubie magis poeticum eſt. & alioqui quomodocumque legas, frigidum erit; niſi edictum quod ante dixi ab Horatio proferri fateamur: Torr.

18 *Pallerem*; ſcita Enallage pro *Palleret quis*. Bax

Exſangue cuminum; ſic & Perſius (5, 55) *Pallentis grana cumini*. Bax. Plin. 20, 57. *Ferunt Porcii Latroni.—adſectatores cumini potione ſimilitudinem coloris ſtudiis contracti imitatos.* Ges.

Biberent Exſangue cum. pallorem meum imitari ſtudentes. Cuminum exſangue appellat, qui pallidum reddit, id eſt, veluti exſanguem. Dioſcor. lib. 3. de cumino, τρίτου δὲ καὶ χεραδταῖον τὸ ὠχρότερον τινόμενόν τι, καὶ συγχεόμενον, id eſt, *cuminum immutat colorem, pallidioremque efficit, ſive bibatur, ſive illinatur*. Lam.

19 *O!* indignantis eſt. Bax.

Servum pecus; & ſervi & pecudes ad alienum præſcriptum vivunt; aſinos intelligit. Bax.

Ut mihi ſæpe Bilem, ſæpe jocum. Idem ille codex e Collegio Trinitatis, qui ſuperioris Epiſtolae verſu ultimo habebat,

animum mihi ego ipſe parabo,

etiam hic lectionem ſubminiſtrat haud minus ſingularem:

O imitatores, ſervum pecus; *ut mihi* bilem,
Ut mihi ſaepe *jocum veſtri movere tumultus!*

Quae quamvis elegantia ſua non careat; noli tamen, ſi me audis; receptae anteponere; quod vir eruditus perperam volebat. Illud enim *ſaepe* & alibi geminare ſolet Noſter; ut Carm. I, 8, 10.

ſaepe *diſco*,
Saepe *trans finem jaculo nobilis expedito.*

Sermon. I, 3, 9.

ſaepe *velut qui*
Currebat fugiens hoſtem, perſaepe *velut qui*
Junonis ſacra ferret; *alebat* ſaepe *ducentos*,
Saepe *decem ſervos.*

Epiſt. XVII, 55.

ſaepe *catellam*,
Saepe *periſcelidem raptam ſibi flentis*,

Bentl.

Ut ſæpe pro *quam ſæpe*. Bax.

20 *Movere*; excitavere. Bax.

Tumultus; horribiles inter pocula clamores & affectati cantus: imo magis ruditus; nam Arcadicum pecus ante dixerat. Bax.

21 *Vacuum* dicitur Juriſconſultis a nemi-

ne

Non aliena meo preſſi pede: qui ſibi fidit,
Dux regit examen. Parios ego primus iambos
Oſtendi Latio, numeros animoſque ſecutus
Archilochi, non res et agentia verba Lycamben.
Ac, ne me foliis ideo brevioribus ornes,
Quod timui mutare modos et carminis artem;
Temperat Archilochi muſam pede maſcula Sappho,
Temperat Alcæus; ſed rebus et ordine diſpar,

Epod. VI. 13.

Nec

22 fidet. reget. *MS. Mus. Br. F. et Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

ne hactenus occupatum. Vult ſignificare ſe primum ſermone Romano Lyrica ſcripſiſſe, & per hoc, neminem imitatum fuiſſe: quam rem deſignat voce *Libera*, quæ modo Dilogως ponitur: nam *liberum* eſt & quod alieno arbitrio non ſervit, & quod non eſt privati juris. BAX.

22 *Preſſi pede*; & per hoc occupavi. BAX.

23 *Regit examen*; *imitatus Regem apum.* Vet. Schol. Et mire *examen*; ſignificat enim immanem eſſe numerum ſcribillantium. Eſt autem *examen*, quaſi *exagmen*; uti ſuperius diximus. BAX.

Parios; Notum eſt Archilochum fuiſſe domo Parium. BAX.

24 *Oſtendi Latio*: in Epodis hoc fecit. BAX.

Animos, iram. BAX.

Numeroſque. CUN.

25 *Non res*, non ejus Argumentum, & materiam; neque enim Lycambæ & Neobulæ maledixi. BAX.

Agentia: agitantia, ad inſaniam adigentia. BAX.

26. Ad mentem Bentleii & Horatii hæc ita videntur interpretanda, Ne putes, me minus meruiſſe laudis, quod genere etiam carminis ſervato Archilochum imitatus ſum: ſcito, ſimile quid feciſſe & Sappho, quæ ſuam muſam, ſuum genus carminis, temperat pede Archilochi, i. Sapphicis ſuis carminibus admiſcet quædam Archilochia: ſcito, idem egiſſe etiam Alcæum. Itaque non Archilochi muſam Sappho & Alcæus, ſed ſuam temperarunt pede ſ. Carmine Archilochi. *Carmen* Lyricum & *Iambos* diſtinguit etiam Epiſt. 2, 2, 59. GES.

Brevioribus, h. e. ævi brevioris, citius marcentibus. BAX.

27 *Modos*, Pedes, & formam Carminis. BAX.

28 *Temperat Archilochi*: Sappho atque Alcæus ante me Archilochi Metra, immiſtis aliis pedibus, leniora reddiderant. BAX. Pede, ut Car. 4, 6, 35. *Leſbium pedem* dixit, genus Sapphicum. GES.

Maſcula Dilogως, ob Poeticum ingenium, & amorem puellarum. BAX.

29 *Sed rebus et ordine diſpar*. Difficilis locus, unde expedire ſe nemo hactenus potuit Interpretum; ac neſcio an ipſe mihi meliores ſucceſſus auſim polliceri; faciendum tamen periculum eſt. ——hæc ſeries eſt orationis. *Sappho muſam temperat pede Archilochi*: non ut vulgo accipiunt, *Sappho muſam Archilochi temperat pede*. Ceterum hanc vocum ordinationem lege verſus & collocationis norma flagitari, nemo, uti credo, præter Poëtas aut in Poëtis verſatiſſimos agnoſcet: illud quivis mox fatebitur ſenſum ipſum hanc vocabulorum ſeriem clare dictare. Quippe hæc totius loci ſententia eſt: Ne mireris, inquit, aut queraris, quod numeros Archilochi non mutaverim;

30 Nec ſocerum quærit quem verſibus oblinat atris,
Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.

Hunc

taverim; ſcias & Sapphonem & Alcæum (quos poëtas!) *muſam ſuam illius pede temperare*; ſcias utrumque Archilocheos numeros ſuis Lyricis immiſcere. Quos igitur illi tantopere probabant, egone ut faſtidirem, & repudiarem? Juſtam jam habes defenſionem & cauſſam vincibilem atque optimam. *Pedem* itaque hic verſiculum integrum intellige; ut Carm. IV, 6, 35.

Leſbium *ſervate* pedem, *meique*
Pollicis ictum.

pes ibi Leſbius eſt integer Tetracolos. Arte Poët. v. 80.

Archilochum proprio rabies armavit Iambo;
Hunc ſocci cepere pedem, *grandeſque cothurni.*

Non ſimplicem pedem hic accipe, ſed totum Senarium. Jam vero rem ſic ſe habere, & Lyricos iſtos adoptaſſe numeros Archilochi, res ipſa fidem tibi faciet: neque enim id opinor, ignoras hunc illis omnibus ætate multo priorem fuiſſe; neque id quoque, nullum metri genus, quod in Flacci Carminibus habetur, non a biga illa Lyricorum petitum eſſe. Iſte igitur, qui hexametro ſubjicitur, Carm. IV, 7, 2.

Arboribuſque comæ,

Archilocheus verſus erat, teſte Hephæſtione,

Ἐν δὲ Βατυσιάδης.

& alter itidem Carm. 1, 7, 2. hexametro etiam ſuccinens,

Aut Epheſum bimariſve Corinthi,

ejuſdem erat, teſte eodem,

Φαινόμενον κακὸν οἰκάδ' ἄγεσθαι.

& ille denique Carm. I, 4, 1. ab eodem petitus eſt,

Solvitur acris hiems grata vice veris & Favoni.

Οὐκ ἔθ' ὅμως θάλλεις ἁπαλὸν χρόα, καρφιται γὰρ ἤδη.

Atque hæc quidem ex pauculis Archilochi Fragmentis agnoſcuntur; plura fortaſſis futura, ſi plura ejus hodie extarent. Muſam itaque, ut jam vides, Archilochi pede & Sappho temperat, &

Temperat Alcaeus, ſed rebus & ordine diſpar.

Nec ſocerum quærit, quem verſibus oblinat atris. Ubi recte habet τὸ SED, ſi hanc noſtram enarrationem ſequeris; in aliis turbat & ſenſum evertit; *Numeros* quidem adhibet, *ſed* argumento & ordine diſpar eſt. Quid autem rogo vos, per ORDINEM hic denotatur? Ne per ſomnium quidem hoc viderunt commentatores. Adſcivit, inquit, Alcaeus metra quaedam Archilochi; ſed *ordine* variavit, ſed aliis, ac ille fecerat, metris aptavit ea & connexuit; ut Dactylicum illud *Arboribuſque comæ* cum Hexametro junxit Alcæus,

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis,
Arboribuſque comæ;

At eundem Iambo comitem dedit Archilochus

Εὖτε πρὸς ἀιθλα δῆμος ἠθροίζετο,
Ἐν δὲ Βατυσιάδης.
Ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, ὦ Κηρυκίδη,
Ἀχυμίνη σκυταλη.

Hoc, opinor, illud eſt, quod Alcæum *ordine diſparem* Archilocho facit, etiam cum numeros ejus mutuos ſumeret. Illud denique quod ſequitur,

Hunc ego non alio dictum prius ore Latinus
Vulgavi fidicen. BENTL.

Rebus, materia; *ordine*, diſpoſitu Rhythmicæ artis. Bentleius hoc in loco multa turbando, nihil videtur extricare. BAX. Quin hoc ipſum monet Bentleius, *ordinem* eſſe diſpoſitionem verſuum ad diverſa genera carminis efficienda. GES.

30 *Socerum*, Lycamben. h. e. Metra tantum imitatur, quod & ego facio. BAX.

Oblinat dedecoret, infamem reddat, ignominia afficiat. verſibus atris autem, id eſt, verſibus contumelioſis, criminoſis, triſtibus, moleſtis, injuncundis, acerbis. LAM.

Hunc ego, non alio dictum prius ore, Latinus
Vulgavi fidicen: juvat immemorata ferentem
Ingenuis oculiſque legi manibuſque teneri.
Scire velis mea cur ingratus opuſcula lector
Laudet ametque domi, premat extra limen iniquus?
Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor
Impenſis cœnarum et tritæ munere veſtis;
Non ego nobilium ſcriptorum auditor et ultor,

Gram-

32 Latinus *Talb. ex optt. MSS.* Latinis *vulg.* 34 Ingeniis *fere legebatur ante Lambi.* 39 adjutor *Sax.*

31 *Sponſæ*, Neobulæ. Bax.

32 *Hunc ego*; Alcæum malo cum Glareano & Badio, [Bentleioque] quam Archilocum cum reliquis: nam Odas ſuas commendat. Bax.

Latinus. ſic legitur in ſcriptis cod. omnibus, præter Mart. qui habet, Latinis, cum vulgatis quibuſdam. mihi placet magis Latinus fidicen. Cruq.

Nam ante verſu 23. dixerat, ſe imitatum eſſe Archilochum: nunc ait, ſe quoque Alcæi numeros primum latine vulgaſſe. Zeun.

33 Extenuando ſe *fidicinem* appellat pro Lyrico. Bax. Ut Car. 4, 3, 23. Sed de ipſo Appolline Car. 4, 6, 25. Ges.

Juvat immem. fer. juvat me, dum immemorata profero, legi oculis ingenuis. id eſt, hominum ingenuorum, & manibus teneri, cum in vulgatis omnibus legeretur *ingeniis*, ego auctoritatem duorum lib. Vatic. & Jann. Faërn. Torn. & aliquot aliorum ſecutus, *ingenuis* excudendum curavi. Lam.

Immemorata; *a nullo ex Latinis ante me dicta*. Vet. Schol. Bax.

34 *Ingenuis*, & per hoc, pudicis. Inprimis verecundus eſt Horatius in Odis, & Chriſtianorum Poetis ruborem incutit. Bax. Nolim hæc præſtare de Epodis certe. Ges.

35 *Scire velis*; ſupple *forſan*. Bax.

Ingratus; velit, nolit, invitus. Bax.

36 *Domi*, dum domi ſuæ. Bax.

Premat extra limen, foris vituperet, vel diſſimulet ſe eorum lectione delectari: laudes meas taceat. Lam.

Premat, deprimat, elevet, depretiet. Bax.

Iniquus & *improbus* iræ noſtræ temperando, pro *ſceleſtus* dicimus. Bax.

Romæ Tibur amem ventoſus, Tibure Roman, pro levis & inconſtans. Torr.

37 *Ventoſæ plebis*. *Ventoſa plebs*, ut mutabile & mobile vulgus. Atque ita de ſeipſo ad Celſum:

Romæ Tibur amem ventoſus, Tibure Roman, pro levis & inconſtans. Torr.

Ventoſæ; mobilis, ut ventus. Bax.

38 *Impenſis cœnarum*; nobiles quoſdam obiter pulſat. Clientes a paſtoribus ſuis & cibum & veſtes accipiebant. Hinc reges apud Homerum ποιμένες λαῶν appellantur. Bax. Perſ. 1, 53 *Calidum ſcis ponere ſumen, Scis comitem horridulum trita donare lacerna. Tritas* donaſſe puto veſtes, quas ipſi geſtaſſent, obtentu honoris, ſuadente avaritia. Ges.

39 *Nobilium auditor*: non ſoleo adeſſe recitationibus Nobilium, atque illis plaudere. Bax.

Auditor. cod. Blaud. duo habent, auditor, alias adjutor. ſed omnes ad unum ſcripti mei habent ultor, ſed cum diverſa expoſitione. antiquiſſ. Bland. habet ultor, id eſt, laudator; alius ultor, ſuppl. injuriarum. vò actor autem,

Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor:
Hinc illæ lacrimæ. Spiſſis indigna theatris
Scripta pudet recitare, et nugis addere pondus,
Si dixi; Rides, ait, et Jovis auribus iſta
Servas: fidis enim manare poëtica mella
Te ſolum, tibi pulcher. Ad hæc ego naribus uti
Formido

autem, quod adfert in medium Canterus, in ſcriptis non inveni.

Et ultor. & qui eis viciſſim mea recito. ſic enim eos ulciſcor: vel qui caſtigo, & corrigo. utraque explicatio probabilis eſt. nonnulli legi volunt, *& actor.* & ita ſe dicunt reperiſſe ſcriptum in uno libro manuſcr. Ego primam vulgatam & receptam lectionem retineo, teſtificans me cum libros manuſcriptos, antiquiſſimos, numero 14. inſpexerim, & conſuluerim, in eorum nullo reperiſſe *& actor.* deinde, ſi quis quærat ex me ecquid probem, hoc *& actor*, reſpondeo non me æque probare. neque tamen, ſi quis a me diſſentiat, iccirco aut eum reprehendo, aut ejus judicio meum antepono. Lam.

Ultor; *Vindex:* ita enim legendum apud Cruquianum Interpretem pro *Judex.* Verum *ultorem* ſe dicere videtur, quod & ipſe invicem in publico recitaturus eſſet ſua Poemata. *Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam?* Juven. 1, 1. Bax.

40 *Grammaticas tribus ipſam diſcipulorum multitudinem dicit, pulpita vero ipſos magiſtros.* Vet. Schol. Bax. Penes Grammaticos fuit, auctoritatem conciliare poetis, ſi illos in ludis prælegerent. Hinc Homeri, Ennii, Virgilii nobilitas. Vid. mox 1, 20, 17 & Quinctil. 1, 8, 5 ſqq. Ges.

Signate *ambire*; nam qui quærebant honores triginta ſex tribus ambiebant, ut ſuffragia conquirerent. Notos quoſdam Poetas tangit. Bax.

41 *Hinc illæ lacrymæ*; *Locus Terentianus* [And. 1, 1, 99] *tractus in proverbium.* Landinus. Vtitur & Cicero pro Cæl. 25. *Illæ* autem Comica admiratione pro *tam magnæ*, profertur. Quam bella eſt iſta Ironia! Bax.

Theatra nunc dicit auditorum greges, recitationum loca, Dilogus, & Satyrica Hyperbole. Bax.

42 *Addere pondus*; pronuntiatione ſcilicet gravi, & affectata. Bax.

43 *Rides*; non ſerio loqueris, nos habes deriſui. Bax.

Ait, ſic & Græci Φησὶ dicunt, de incerta atque indefinita Perſona. Bax.

Jovis auribus; proverbium Græcum eſt. Θεῶν ὦσι, quo & Virgilius uſus eſt [Ecl. 3, 73] *Partem aliquam venti divûm referatis ad aures.* Auguſtum autem ſignificat. Bax.

44 *Fidis enim*; quodcunque tu contra crepes. Bax.

45 *Tibi pulcher; judicio tuo contentus.* Vet. Schol. Bax.

Naribus uti; Satyrice reſpondere. Omiſſis rhonchis & ſannis vultum componit, quia ventum erat ad vivum. Hoc loco criſtas ſuas tollit Horatius. Bax. Mihi videbatur hic potius ſubmittere criſtas, & certamini ſe ſubtrahere: niſi quod hoc ipſum ſuperbiæ genus eſt, non committere ſe in certamen humile. Ges.

Naribus uti Formido. ego non audeo inflexis naribus ea, quæ ille mecum loquitur, irridere. *narium inflexio* irridentium geſtus eſt ut ſat. I, 6, 5. *naſo ſuſpendis adunco Ignotos.* & ſatyr. II, 8, 64. *Balatro ſuſpendens omnia naſo.*

Formido : et, luctantis acuto ne ſecer ungui,
Diſplicet iſte locus, clamo, et diludia poſco.
Ludus enim genuit trepidum certamen et iram,
Ira truces inimicitias et funebre bellum.

EPISTOLA XX.

AD LIBRUM SUUM.

VERTUMNUM Janumque, liber, ſpectare videris;
Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus.

Odiſti

47 deludia *Sanad. auctoribus, ut ait, Voſſio & Salmaſio.* 1 Vertunnum *primæ edd. etiam Lambi.* Pertunnum Z.

Perſ. 1,41. *nimis uncis Naribus indulges*: μυκτηρίζειν dicunt Græci. acutæ nares autem, ſagaces, & ad odorandum celeres intelliguntur: & qui acutis naribus ſunt, ingenioſiores habentur: ut contra qui obtuſis, pingues & hebetes. LAM.

47 *Diſplicet iſte locus*; metuo enim ne quis audiat. BAX. Potius, ne populus audiat: non auditores, ſed multitudinem, deprecatur. GES.

Diludia dicuntur tempora, quæ gladiatoribus conceduntur inter dies munerum quibus pugnatur. Vet. Schol. Cruq. BAX.

48 *Ludus*, initium eſt certaminis. Metuit ne ludus iſte tandem in feria exeat. Et ridicule genealogum agit, quo riſum alio vertat. BAX.

Trepidum genuit. CUN.

49 Ac funebre. CUN.

ARGUMENTUM. *Carmina ſua vulgo proſtitui dolet.* (Severe nimis conceptum lemma. Monet librum in fine ipſo voluminis, quæ fata illum maneant. Jucunda apoſtrophe, qua ſibi blanditur potius, & delatum iri in ſcholas & in provincias carmina ſua pollicetur, quam ut iis metuat. Sub ſatirica & humili ſpecie dicit hic non minora quam Carm. 3, 30. Pulchre iſta vidit & imitatus eſt Gallorum Horatius Epiſt. XI, qui etiam docere Sanadonum poterat, non neceſſe eſſe, ut in fronte voluminis ponatur tale opuſculum. GES.

1 *Vertumnum Janumque*; ad Vertumni ædem & Iani Arcum menſæ (Ar. P. 374 *columnæ* GES.) erant bibliopolarum. Vertumnus, teſte Varrone, princeps Hetruriæ deus, Templum habebat in vico Turario, ſive Tuſco, in Valle Montis Cœlii, ut oſtendit Cruquius. (Vertumnus *Deus & præſes rerum vertendarum, h. e. emendarum & vendendarum*) *In vico Turario ſacellum habuit. Janus quoque ſimiliter vicus eſt, ab Jano gemino ſic appellatus, qui in eo Arcum habet ſibi conſecratum.* Vet. Schol. BAX.

2 *Proſtes*, Dilogos poſuit: nam proſtant & libri & meretricii pueri. Signate igitur ſubjecit *pumice*: nam hujuſmodi pueri erant *pumice leves*, quod ait Juvenalis. BAX. Pueri natura leves non indigent pumice. Simpliciter ad cultum voluminum reſpicit.

Tota

Odisti claves, et grata sigilla pudico:
Paucis ostendi gemis, et communia laudas,
Non ita nutritus. Fuge quo descendere gestis:
Non erit emisso reditus tibi. Quid miser egi?
Quid volui? dices, ubi quid te læserit; et scis

In

5 descendere *etiam* G. discendere Z. 7 quid te *ex MSS. Bentl.* quis *vulg. MSS. Mus. Br. B. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Tota hæc Dilogia mihi non placet. Ges.

Sosii illo tempore fratres erant Bibliopolæ celeberrimi. Vet. Schol. Bax. V. A. P. 345. Ges.

3 *Claves*; includebantur, & sub sigillo erant pueri & virgines, quorum pudicitiæ propinqui verebantur. Bax.

4 *Paucis ostendi gemis*; atque hoc impudicorum est. Bax.

Communia; loca publica. Bax.

5 *Non ita nutritus*; supple, *Quamvis:* nam parentem habuisti verecundum. Bax.

Fuge quo discedere gestis. Loscheri quidem editio & Veneta anni MCCCCXC. DISCEDERE, quod omnes deinceps nescio quo fato obsedit. At illa Princeps MCCCCLXXVIII. cum omnibus fere quicquid usquam est codicibus DESCENDERE. Rectissime; & ita reponendum. Fuge, inquit, ad Janum Vertumnumque, hoc est, ad Forum, quo gestis *descendere*. Nempe Forum in loco plano atque humili erat, quo ituris *descendendum* erat ex collibus propinquis; ut Libro huic ex Esquiliis ubi Noster habitabat. Seneca de Providentia c. 3. *Quid ergo? felix est L. Sylla, quod illi* descendenti ad forum *gladio submovetur?* Idem De Benef. III, 27. *Usus consilio,* descendenti *Cæsari occurrit:*——Q. Cicero de Pet. Cons. c. 1. *Prope quotidie* ad Forum tibi descendenti *mediatatum hoc sit, Novus sum.* Et iterum c. 14. *Quod tibi quotidie* ad forum descendenti *meditandum esse dixeramus.* Ita *Sacra via descendere*; ea enim ad Forum ducebat. Noster Epod. VII. 7.

Intactus aut Britannus ut descenderet
Sacra catenatus via. Bentl.

Discedere lib. unus Vatic. & Torneſ. & Clericanus, Nicotianus, Russardinus, meus, habent *descendere.* Lam.

Descendere gestis. sic habent omnes ad unum quos vidi, libri scripti, quos secutus sum, nec temere, ut opinor; nam Thuscus vicus, ubi stabat Vertumnus Deus Etruriæ princeps, Varrone teste, erat in valle, & plano montis Cælii, apud Velabrum, ad Æquimelium, ubi erant opificum multæ tabernæ, laneæ in primis, & bibliopolarum: de quibus Martialis, *Argiletanas* (apud Æquimelium) *mavis habitare tabernas, cum tibi parve liber scrinia nostra vacent.* itaque qui eo ibant, eis opus erat ex propinquis collibus descendere. Cruq.

Omnes fere libri pro *discedere* legerunt *descendere*, quod mihi cum Cruquio, Lambino & Torrentio (Bentleio etiam) arridet; tanquam diceret in lupinar: & ad viliora descendimus. Bax. *Descenditur* etiam in forum. Ges.

6 *Miser*; improvidus, inconsultus. Bax.

7. *Ubi quis te læserit, et scis in breve te cogi:* illud QUIS ex vetustis editionibus locum ubique tenuit; at in omnibus fere membranis, Pulmanni, Bersmanni, & nostris (adde si vis aliorum, etsi sileant et dissimulent) clare exhibetur,

ubi QUID *te læserit.*

Rectius, sine dubio, ut rem, non hominem, intelligamus. Ita passim boni scriptores. Noster in Arte, v. 103.

Tunc tua me infortunia lædent.

Epist. I, 17. v. 8.

Si lædit *caupona.*

In breve te cogi, plenus cum languet amator.
Quod ſi non odio peccantis deſipit augur,
Carus eris Romæ, donec te deſerat ætas.
Contrectatus ubi manibus ſordeſcere vulgi
Cœperis, aut tineas paſces taciturnus inertes,
Aut fugies Uticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.

Ridebit

8 cum plenus *MSS. Mus. Br. C. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 10 deſerit *S. Bentl.* deſeret *Med.* 1477. *Cun.* 11 Contractatus *G. S. Z. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 13 vinctus *ex MSS. Bentl.* unctus *vulg.*

& II, 2. v. 16.

Excepta nihil te ſi fuga laedit. BENTL.

Scis, jam intelligis quod ante credere noluiſti. BAX.

8 *Cum plenus languet amator*, Codex Berſmanni, *Cum languet plenus amator*; alter e Collegio Trinitatis, *Plenus cum languet*; quod ut rotundius & numeroſius admittendum puto; repone ergo;

Quid miſer egi?

Quid volui? dices; *ubi* quid *te laeſerit et ſcis*

In breve te cogi, plenus cum *languet amator*. *Plenus* autem eſt ſatur, faſtidiens, laſſus lectione vel tui vel aliorum poëmatum. Ovid. Pont. III, 4. v. 55.

Cetera certatim de magno ſcripta Triumpho
Jam pridem populi ſuſpicor ore legi.

Illa bibit ſitiens lector, mea pocula plenus:
Illa recens pota eſt, noſtra tepeſcit aqua.
Martialis IV, 291.

Obſtat, care Pudens, noſtris ſua turba libellis:
Lectoremque frequens laſſat & implet *opus.*
Ceterum mirificum eſt Dacierii acumen, cui *amator*, non lector eſt, ſed ipſe Horatius: quod ſi ita eſſet, dignus ſane erat Noſter, A. P. 444.

Qui ſine rivali ſeque & ſua ſolus amaret:
ut & ii itidem digni ſunt, qui tam bellis explicationibus poſſunt applaudere. BENTL.

In breve te cogi; manu complicatus, ut charta inutilis & projectitia. BAX. Qui volumen ſeponit, convolvit illud & conſtringit, & ad parvum modum redigit. GES.

Plenus. vel legendo defeſſus, & ſatietate legendi affectus: vel, ut alij volunt, cibo ſatur. quod minus probo. LAM.

Languet amator, Dilogus de lectore & amatore. BAX.

9 *Quod ſi non odio*, &c. Quod ſi non odio tui, qui me invito, & repugnante exire cupis, vaticinor, ac deſipio, tantiſper placebis Romæ, dum novus eris. nova enim vulgo placere ſolent: vetera non item. licet autem hæc referre ad verſus ipſos, ſeu potius ad chartas, & membranas, quæ poſteaquam legentium manibus tractatæ, ſordeis contraxerunt, negliguntur, & vel a tineis, & blaptis exeduntur, vel ſalſamentariis, & pharmacopolis ad ſuas merceis involuendas, & integendas uſui ſunt, vel ex eis fiunt opiſtographa epiſtolarum. LAM.

Deſipit, occæcatur, & per hoc, perverſe judicat. BAX. *Augur* ipſe Horatius. GES.

10 *Ætas*, ſupple *juvenilis*. BAX.

11 *Contrectatus ubi manibus*. Sic Juvenalis Satyr. 7, 227. *dummodo non pereat totidem olfeciſſe lucernas, quot ſtabant pueri, cum totus decolor eſſet Flaccus, & hæreret nigro fuligo Maroni.* CRUQ.

Contrectatus, Dilogus, nam ſubeſt turpicula ſignificatio. *Servat Metaphoram, quaſi de ſcorto loquens.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

12 *Taciturnus*; a nemine lectus. BAX.

13 *Fugies Uticam:* in barbaram exulabis Provinciam. BAX. Ubi tum incipiebant fervere ſtudia hæc. GES.

Vinctus. hic locus varie legitur. vulgati quidam

Ridebit monitor non exauditus; ut ille
Qui male parentem in rupes protrusit asellum
Iratus: quis enim invitum servare laboret?
Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba senectus.
Cum tibi sol tepidus plures admoverit aures,
Me libertino natum patre, et in tenui re
Majores

19 admoverit annos *MSS. Mus. Br. B. G.*

quidam habent, unctus. Bland. habent, vinctus: alias, victus: reliqui legunt, vinctus. si unctus legamus, pertinebit ad aromata unguentaque obvincienda, peregreque transmittenda: qualis est Plinio charta emporeutica. si vinctus, ὀπισθόδετος, ad opisthographa; de quibus legito disputationem non parum doctam, in Lexico Græco Latino R. Constantini. si, victus, subeat in memoriam fugæ Pompeii cum senatoribus, quo tempore C. Julius in Ilerda obsedit oppugnavitque Pompeii legatos, Petreium & Afranium; nisi mavis referre ad bellum Cantabricum, maximum, difficillimumque, quo confecto in Hispaniis relictus est miles præsidiarius. Cruq.

Vinctus Ilerdam; *aut fient de te Opistographa Epistolarum.* Vet. Schol. Alii male legunt *unctus.* Bax. Mihi plane non videtur hic de usu contemtibili loqui poetam; sed dicere, tanquam mercem, vinctum & constrictum in sarcinam a bibliopolis, mittendum esse in Hispaniam, quæ & ipsa tum cupide arripiebat literas Romanas. Si abolenda dicere voluisset exemplaria libri, quid opus fuisset ea Ilerdam mittere, poterant Romæ vel tus & piper amicire, vel cùm Volusii annalibus ire, quo saturi. Denunciat mala, quæ optat: ut A. P. 345 *Hic meret æra liber Sosiis, hic & mare transit.* Ges.

14 *Ridebit mon. non exaud.* ego, qui te toties frustra præmonuerim, ut ne in publicum prodires, ridebo. utitur hoc nomine supra epist. 1, 18, 67. *Protinus ut moneam, si quid monitoris eges tu.* & de arte poët. 163. *monitoribus asper.* Lam.

Ut ille; notat aliquam veterem Fabellam de Rustico & Asino. Bax.

15 *In rupes*; ut iret quo tendebat, & per hoc cervicem frangeret. Bax.

17 Etiam hæc felicitas & honos libri, tractari in schola. Respice ad Epist. 1, 19, 40. Ges.

Elementa docentum; Alphabetarium aliquem Magistrum: *Elementa*, quasi quæ sunt *E limine.* Bax.

18 *Occupet*, h. e. occupatum teneat. Bax.

Extremis in vicis, ad urbis extrema, ubi pauperrimi vivunt. Bax. In compitis, ubi extrema vicorum congruunt, & major est frequentia. *Balba senectus* etiam de libro potest jocose dicta esse, qui tandem balbutire inter parvos discat. Ges.

Balba; parasitantes discipulis, atque edentuli: nam Dilogia subest. Bax.

19 *Cum tibi sol tepidus. Secundum Librariorum morem locutus est, qui circa quartam vel quintam horam dictata pueris præbere consueverunt, quo tempore tractabiliores sunt.* Vet. Schol. h. e. Decimam & undecimam nostram. Bax. De pomeridiano tempore intelligo, ubi confectis negotiis etiam senes otium suum audiendo oblectent. Ges.

20 *Me*

Majores pennas nido extendiſſe loqueris,
Ut quantum generi demas, virtutibus addas:
Me primis urbis belli placuiſſe domique,
Corporis exigui, præcanum, ſolibus aptum.
Iraſci celerem, tamen ut placabilis eſſem.
Forte meum ſi quis te percontabitur ævum,
Me quater undenos ſciat impleviſſe Decembres,
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

20 *Me libertino*; *ipſe enarrat vitam ſuam Cynice.* Vet. Schol. Bax. Irridet irriſores natalium ſuorum, ut Sat. 1, 6. Ges.

Et in tenui re Majores pennas, &c. id eſt, dices me in anguſta, & parva re familiari natum, virtute tamen & ingenii præſtantia tenuitatem, & humilitatem generis mei illuſtraſſe, atque extuliſſe. tractum ab avium pullis, qui paulatim plumis naſcentibus nidos ſuos ſuperant. Lam.

21 *Majores nido pennas*; Proverbiale improperium. Bax. Laudat fortunas ſuas, qui ultra ſortem natalium progreſſus ſit. Ges.

22 *Ut*; ita tamen ut. Bax.

Addas, apponas. Bax.

23 *Belli*; Bruto & Caſſio, ſub quibus Tribunus militabat. Bax.

Domi; Auguſto, Mæcenati, & Pollioni, ob elegantiſſima ſcripta. Bax.

Belli domique. adverbia ſunt, ſic epl. II, 1, 23. *belli ſpectata, domique Virtus.* M. Tull. in Bruto, *omiſſis illis divinis conſiliis, quibus ſæpe conſtituta eſt Imperatorum ſapientia ſalus civitatis aut belli, aut domi.* Lam.

24 *Præcanus*, *præpropere canus.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Solibus aptum. Libenter apricari ſolitum ſe oſtendit Horatius, ut ſenes plerique omnes aprications, quas Græci ἡλιοκαΐας vocant, gaudent. unde Perſius Sat. v, 178.

——*Noſtra ut Floralia poſſent*
Aprici meminiſſe ſenes.—— & Sat. IIII, 33.
At ſi uſquam ceſſes, & figas in cute ſolem.
& iterum, 18. ——*Curata cuticula ſole.*
Nec minùs venuſtè Juven. Sat. xi, 203.
Noſtra bibat vernum curata cuticula ſolem.
& Auſonius Moſella, 393.
Tempus erit cùm me ſtudiis ignobilis otî
Mulcentem curas ſeniique aprica foventem.
Hoc ergo eſt, quod *ſolibus aptum* ſe dicit Poëta. eumque ad uſum ſolarium ferè & heliocaminum in ædibus habebant veteres, ut in Suetonii Claudium diximus. Nam & in Remediis habent medici quam ἥλιωσιν appellant Græci, noſtri *inſolationem* vertunt. Torr.

Solibus aptum; rigidulus erat, ut alias diximus, idcirco amabat inſolari, ſive ad ſolem inungi. *Solitum jacere ſub ſole & chroma facere.* Vet. Schol. Bax.

25 *Iraſci celerem*, generoſæ indolis indicium. Bax.

28 *Duxit*; *Lollius erat ſolus Conſul, exſpectato Cæſare Collega, illo recuſante, & Æmilius acceſſit tandem.* Torrentius. Bax. Ad vim verbi *duxit*, ſatis eſt, quod Lollius prior magiſtratum ingreſſus eſt: dicit Dio 54, 6. Porro autem nihil nos cogit hoc ipſo anno ſcriptam eſſe hanc epiſtolam, vel epilogum potius. Potuit cauſam quamcunque habere Horatius, cur ætatem ſuam ab his COSS. ſignaret. Ges.

Duxit quo. Cun.

EPISTOLARUM

LIBER SECUNDUS.

EIPSTOLA I.

AD AUGUSTUM.

Cum tot ſuſtineas et tanta negotia ſolus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes, in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora, Cæſar.
Romulus, et Liber pater, et cum Caſtore Pollux,
Poſt ingentia facta deorum in templa recepti,

Dum

1 ſuſtentes *Cun.* 2 mœnibus *ſuſpic. Bentl.* 6 fata *conj. Bentl. & ſic S.*

Argumentum. Poſt ſplendidum & numeroſum principium quo laudes Auguſti egregie canit, ſubtiliter Auguſtum movet in favorem ſui temporis poetarum. Bax.

1 *Cum tot ſuſtineas*; *Appgret hunc Librum hortatu Cæſaris ſcriptum eſſe, cujus rei etiam Suetonius autor eſt.* Vet. Schol. in vita ſcilicet Horatii. Bax.

Suſtineas tot negotia; tot munera impleas: cum una perſona tot perſonas geras. Ges.

Solus; *per partes, ut ait Juriſconſultus Pomponius, eo jam ventum erat, ut neceſſe eſſet Reipublicæ per unum conſuli.* Torr.

2 *Moribus:* vitæ tuæ puritate. Bax. Et legum tutela, unde fit, ut illæ in mores tranſeant. Cf. Car. 4, 5, 22. Ges.

3 *Legibus*; inter cæteras Lege Julia de Adulteriis, atque altera de Maritandis Ordinibus. Bax.

4 *Longo ſermone.* longo proloquio. Hurd.

5 Mire *Romulum* nominavit primum, cum Auguſtus alter Romulus a multis haberetur. De qua re vide Suetonium. Bax.

6 *Deorum in templa recepti*; in cœlum; & per

Dum terras hominumque colunt genus, aſpera bella
Componunt, agros aſſignant, oppida condunt,
Ploravere ſuis non reſpondere favorem
Speratum meritis: diram qui contudit Hydram,
Notaque fatali portenta labore ſubegit,
Comperit invidiam ſupremo fine domari.
Urit enim fulgore ſuo, qui prægravat artes
Infra ſe poſitas: extinctus amabitur idem.

Præſenti

8 formant *Cun.*

per hoc conſecrati. Bax.

6 Facta Deûm haud in. Cun.

7 *Colunt*, excolunt. Bax.

8 *Componunt*; *ſedant*. Vet. Sch. Cruq. Bax. *Agros aſſignant*; h. e. *Colonias deducunt*. Vet. Schol. Nota autem Temporum Enallagen. Bax.

9 *Ploravere* Metonymia quadam hic videtur nihil aliud ſignificare, quam cauſam habuere conquerendi. Sueto Calig. 38 *Julii & Auguſti decreta ut vetera & obſoleta deflebat:* quam lectionem hic ipſe Horatianus locus videtur tueri. Ges.

Favorem, plauſum. Bax.

10 *Contudit*, edomuit: ferocia animalia contundendo fere frangimus. Bax. Et reſpicit forte ad clavam Herculis, quæ *contundit* & comminuit quocunque incidit. Ges.

Hydra ſignificationem habet bellorum civilium. Bax.

11 *Fatali*; a Fatis ei imperato, *Fatis Junonis iniquæ*. Virgilius [Æn. 1, 672.] Dicitur autem *Fatale* Dilogus, etiam de diro & peſtifero, & ſatis eleganter hoc: Cogitavit enim de *Fatali monſtro* [Car. 1, 37, 21] Cleopatra. Bax.

12 *Comperit invid. ſupr.* &c. nam ejus, qui invidia laborat, interitu extinguitur invidia, ut Od. III, 24, 32. *Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus invidi.* Propert. lib. 3. eleg. 1, 23. *Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas, Majus ab exſequiis nomen in ora venit.* Sic Demoſth. περὶ στεφάνου, Τις γὰρ οὐκ οἶδε τῶν πάντων, ὅτι τοῖς μὲν ζωσιπᾶσιν ὑπεῖς᾽ι τις ἢ πλείων, ἢ ἐλαττων φθόνος· τὰς τεθνειώσας δὲ οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς ἔτι μισεῖ? id eſt, *quis enim neſcit, eos omnes, qui vivunt, invidia magis, aut minus laborare: mortuos autem ne inimicorum quidem cuiquam odio eſſe?* Lam.

Supremo fine; Euphemiſmus, noluit enim mortem nominare. Bax.

13 *Urit enim fulg. Suo, qui*, &c. id eſt, qui virtute, aut arte aliqua ceteris omnibus, qui eandem artem, ac virtutem colunt, antecellit, illis acerbum dolorem commovet, ſibi odium & invidiam conflat. ignavis enim, inertibus, miſeris invidet nemo. ſed viris fortibus, ſtrenuis, induſtriis, ac fortunatis. ut ſat. II, 3, 13. *Invidiam placare paras virtute relicta.* nimio autem ſplendore oculos præſtingui, annotatum eſt ad Od. 2. II. Lam.

Urit; macerat: *Et bene urit ad fulgorem retulit.* Vet. Schol. Bax.

Prægravat; onere ſuo deprimit & celat. Bax. Proprie *prægravatur* in bilance minus pondus a majori, i. elevatur: unde *elevare* eſt contemnere. Ges.

Antique *Artes* poſuit pro Virtutes. Græcis Ἀρεταί. Callida etiam Dilogia de Obtrectatoribus ſuis queritur. Bax. Etiam hic Metonymia quadam artifices ſignat ab artibus. Ges.

14 Indig-

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus, ſapiens et juſtus in uno;

Te

16 numen *Bentl. Cun. San.*

14 Indignanter protulit *idem*. Bax. Vid. Car. 3, 24, 31. Ges.

15 *Præſenti*; ſplendidius hoc quam *viventi*: Et, quo ſentias te laudari. Bax.

Maturos; ſero laudamur mortui. Bax. Aliorum honores *maturitatem* & ἀκμὴν accipiunt demum a morte. Ges.

Honores; tura. Bax. Vid. Virg. Æn. 1, 632. Ges.

16 *Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras.* Pro *Nomen*, antiquiſſimus Blandinius Cruquii cum duobus Berſmanni, & editio Cadomenſis anno C. 1480.

Jurandaſque tuum per Numen *ponimus aras.* Noſtri quidem omnes *Nomen*; quod per editionem impune graſſatum eſt: adeo pigri timidique ſumus in amovendis, quae ſemel inſederunt: nos, quantum in nobis eſt, non patiemur hæc lolia diutius dominari. *Jurandas per numen*, ut Virgil. VI, 323.

Cocyti ſtagna alta vides, Stygiamque paludem,
Di cujus jurare *timent & fallere* numen.

Ovid. Heroid. XIII, 159.

Per *reditus corpuſque tuum mea* numina juro.

& XV, 108.

Perque *novem* juro numina *noſtra deas.*

Metam. IX, 371.

Si qua fides miſeris, hoc me per numina juro
Non meruiſſe nefas.

Numen autem Auguſti, & Auguſtus *Deus*; etiam dum inter homines ageret. Noſter hoc ipſo loco,

Præſenti *tibi divinos largimur* honores.

Carm. III, 5, 2.

Præſens divus *habebitur Auguſtus.* Bentl.

Per nomen pon. Bland. vetuſtiſſ. habet, *numen*. hoc autem judicium populi Romani de aris vivo Cæſari ſacratis, etiam ſi collaudat Horatius in gratiam Cæſaris, aſſentatorium tamen magis eſt, quam ex dicto Solonis vero conſentaneum, qui neminem beatum cenſendum dixit dum in vivis eſſet. Cruq.

16 *Numen* tribuit Auguſto Car. 4, 5, 35. Sed etiam *jurare per nomen* divinum honorem ſignificat apud ſacros quoque. Ges.

17 *Oriturum*; *Et hoc ſplendidius*; *oritur enim Sol.* Vet. Schol. Bax.

18 *Sed tuus hic pop.* populus Rom. (inquit) in eo eſt prudens exiſtimator, & æquus rerum æſtimator, quod te divinis honoribus afficit, & quod te ſuperioribus omnibus ducibus tum Græcis, tum Latinis anteponit: in ceteris non perinde recte ſentire reperitur. Lam.

Sed tuus hic populus ſapiens, Editiones quidem omnes, & codices quoque quot novi præter unum,

Sed tuus hic *populus ſapiens & juſtus in uno*
Te noſtris ducibus, te Graiis anteferendo.

Satis recte; ut ordo ſit, *In uno te, in te ſolo anteferendo* Græcis Romaniſque ducibus. *Tuus hic populus*, ut Terentius Heaut. Act. V. Sc. I, 2.

Sed hic adjutor meus *& monitor & præmonſtrator Chremes.*

& in Epigrammate;

Patria multabor; & olim
Ille tuus civis, *Lampſace, Gallus ero.*

Verum, utut hæc ſpecioſa ſunt, mirifice tamen adblanditur lectio, quam unus ille ex Collegio Trinitatis codex ſubminiſtrat,

Sed tuus hoc *populus ſapiens & juſtus in uno,*
Te noſtris ducibus, te Graiis anteferendo.

Ubi alius ordo & diſtinctio exoritur; *In hoc uno*, in hac una re ſapiens, Te omnibus anteferendo, *cetera* nequaquam tam juſte aeſtimat. Quin & ita olim legerunt Porphyrion

Te noſtris ducibus, te Graiis anteferendo,
Cætera nequaquam ſimili ratione modoque
Æſtimat, et, niſi quæ terris ſemota ſuiſque
Temporibus defuncta videt, faſtidit et odit.
Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetantes,
Quas bis quinque viri ſanxerunt, fœdera regum
Vel Gabiis, vel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros, annoſa volumina vatum,
Dictitet

& Acron; quorum hic ſic locum enarrat; *Pop. Rom. in* HAC RE SOLA *juſtus & ſapiens eſt, quod te praefert omnibus*: ille ſic; HAC SOLA RE SAPIT, *quod te omnibus præponit*. Sine dubio *hoc* in hac expoſitione agnoſcitur; non *Hic*. Noſter Serm. I, 2, 53.

verum hoc *ſe amplectitur* uno,
Hoc amat & laudat.

Hac ipſa Epiſt. v. 120.

verſus amat, hoc *ſtudet* unum.

Ovid. Pont. III, 2, 87.

Extitit hoc unum, *quo non convenerit illis.*

Iterum noſter Epiſt. I, 10, 2.

hac in re *ſcilicet* una
Multum diſſimiles; *at cetera pene gemelli.*

Ubi eandem vides antitheſin, *In hac una re— cetera*; quam hic habes, *In hoc uno* ſapiens; *cetera* non æque judicat. Quid multis opus? tam elegans verborum collocatio numquam a Librariis provenire potuit; contra autem miraculo fuiſſet, niſi *tuus hoc populus* a pluribus depravaretur. Rem vero ipſam ſi aeſtimes; quorſum *Hic populus* δειχτικῶς? tamquam digito monſtrari poſſet totus populus Rom. aut potius gens humana, quae univerſa fere Auguſto principi pro populo fuit. BENTL.

Multo melius *hic populus* quam Bentleii *hoc populus*, quod ille ex conjectura poſuit. Certe *hic populus* magis morali dicitur charactere. BAX.

Sapiens, ſanus. BAX.

21 *Terris ſemota*, ſublata ex oculis. BAX.

22 *Faſtidit & odit*; Αὔξησις· *plus enim eſt odit quam faſtidit*. Vet. Schol. BAX.

23 *Sic fautor vet. ut tab. &c.* id eſt, qui ita favet veteribus, & antiquitati, ut leges XII. tabularum, quas decemviri conſcripſerunt, Solonis leges imitati: & fœdera regum Romanorum cum Gabiis, aut Sabinis icta: & jus Pontificium, & annales a pontificibus conſcriptos, & Vatum prædicta, dictitet a Muſarum ore fluxiſſe. Sic M. Tullius lib. 1, 1. de legibus eos irridet, imperitoſque, ac tardos eſſe exiſtimat, qui cum Egeria Numam eſſe collocutum, et ab aquila Tarquinio apicem impoſitum putent. LAM.

Tabulas peccare vetantes; *Duodecim Legum Tabulas a Decemviris ſcriptas*. Vet. Schol. BAX.

25 *Gabiis*: a Tarquinio Superbo. Præpoſitio *cum* revocanda etiam ad Gabiis. V. v. 31. GES.

Æquata, æquis conditionibus condita. BAX.

Sabinis, a Romulo. BAX.

26 *Pontificum libros*; *Utrum Annales, an Pontificium Jus ſignificat*. Vet. Schol. Imo omnia antiqua ſcripta pro divinis habebantur. Primi enim Scriptores ſe pro Magis apud

Dictitet Albano Muſas in monte locutas.
Si, quia Græcorum ſunt antiquiſſima quæque
Scripta vel optima, Romani penſantur eadem
Scriptores trutina, non eſt quod multa loquamur:
Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.
Venimus ad ſummum fortunæ: pingimus atque
Pſallimus, et luctamur Achivis doctius unctis.

Si

28 Graiorum, *G. Bentl.* 29 penſentur *MS. Muſ. Br. F.*

apud imperitum vulgus gerebant: tanto erat miraculo novum literarum inventum. Bax.

Annoſa volumina vatum: Veteres libros Nævii Vatis & Sibyllæ. Vet. Schol. Imo & Cn. Marcii. Bax.

27 *Albano in monte; Quia Egeria Nympha dicebatur loqui cum Numa Pompilio in Albano monte.* Vet. Schol. Erat autem Egeria de numero Camœnarum. Bax.

28 *Si quia Græcorum. Graiorum* habent duo exemplaria. Torr.

29 *Eadem trutina; Eodem examine quo Græci.* Vet. Schol. Cruq. In trutina examen vertitur. Bax.

30 *Non eſt quod*; nam uno verbo rem omnem abſolvam. Bax.

31 *Nil intra eſt oleam, nil, &c.* proverbium convenit in eos, qui aut, quæ perſpicue vera ſunt, negant: aut, quæ perſpicue falſa, aiunt. quid enim certius, quid apertius eſt, quam & intra oleam, os eſſe, & extra nucem, putamen, ac duritiem? Lam.

Nil intra eſt oleam, Vide modo ſcabiem dictionis,

Nil intra eſt oleam, nihil extra eſt in nuce duri. ubi hæc conſtructio erit, Nil duri eſt *intra oleam*, nihil *extra in nuce*. Poteſne vero tam fœdam porriginem patienter ferre, ut in priore membro *Intra* ſit præpoſitio, *Extra* autem in poſteriore adverbium? Immo ocius repone, ſi ſapis,

Nil intra eſt OLEA, *nihil extra eſt in nuce duri.* ubi *Intra & Extra* utrinque ſunt adverbia. Fraudi autem fuit Librariis elegantior illa rariorque præpoſitionis collocatio, de qua vide nos ad Carm. III, 25, 2. ne eadem bis nobis dicenda ſint. Bentl.

Nil intra eſt; proverbium de rem manifeſtam negante. Bax.

Bentleius de ſuo poſuit *olea* in Ablativo, quo *intra* & *extra* eſſent Adverbia. Horatii nota varietas poſtulat ut *intra* ſit Præpoſitio, *extra* verò Adverbium. Bax. Voluit Bentleius, præpoſitionem *in* revocari etiam ad olea, ut v. 25. Conf. Car. 3, 25, 2. Ges.

32 *Venimus ad ſummum; utrum in imperio, an cæteris in rebus quas enumerat: Non habet, inquit, quod nobis amplius fortuna jam præſtet. Ergo & perfecti Poetæ ſumus; Sed hoc intelligi, quam dici a ſe maluit.* Vet. Schol. Bax. Putat igitur Sch. Horatium hoc dicere, ut in reliquis rebus, ita etiam in poeſi, Romanos ad ſummum gradum perveniſſe. Sed mihi videtur hic eſſe deductio ad abſurdum: ſi Romana æſtimamus ad formulam illam Græcorum, renunciandum eſt communi ſenſui, negandum aliquid intra in olea, extra in nuce durum eſſe, dicendum ſtatuariam artem, & muſicam, & palæſtram a majoribus jam perfectam: quæ quidem aperte falſa &c. Ges.

33 *Unctis*; Dilogos; Ceromate ſcilicet, & pretioſis unguentis: nam iſta voce Græculos percutit. Bax.

Si meliora dies, ut vina, poëmata reddit,
Scire velim, pretium chartis quotus arroget annus.
Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos vetereſque referri debet? an inter
Viles atque novos? excludat jurgia finis.
¶Eſt vetus atque probus, centum qui perficit annos.
¶Quid, qui deperiit minor uno menſe, vel anno,
Inter quos referendus erit? vetereſne poëtas?
An quos et præſens et poſtera reſpuet ætas?
¶Iſte quidem veteres inter ponetur honeſte,
Qui vel menſe brevi vel toto eſt junior anno.
¶Utor permiſſo, caudæque pilos ut equinæ
Paulatim vello, et demo unum, demo etiam unum;

Dum

35 chartis pretium *MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 37 vetereſne G. & *MSS. Mus. Br. B. D. G.* 41 vet. proboſque *conj. Bentl.* 42 reſpuat *Bentl. Cun. San. & MSS. Mus. Br. B. C.* reſpuit *MSS. Mus. Br. D. F. G.* 46 & item unum *Bentl. Cun. San.*

34 *Dies*, ſupple *multus*, h. e. vetuſtas. Bax.

35 *Scire velim*: Ironica interrogandi forma: ſic Juvenalis nonam Satyram orditur. Bax. *Arroget* comitiale verbum: quoto anno Romani arrogant ſuffragiis ſuis bonitatem? Ges.

Pretium chart. cod. Bland. antiq. & Tonſa. habent, chartis pretium, idque mollius meo judicio. Cruq.

36 *Qui decidit*; qui mortuus eſt, qui deperiit. Lam.

Decidit; Metaphora ab arborum foliis. Bax.

37 *Ideo perfectos quia veteres.* Vet. Schol. Cruq. Bene, quia ſubeſt Ironia. Bax.

38 *Finis*; ſolutio hujus controverſiæ. Bax. Definitio ac decretum populi. Ges.

39 *Probus*, probabilis. Bax.

Centum qui perf. annos. Emendatiſſimi quique codices *centum quia perficit annos.* Placet. Sic enim Juven. 7, 38.

——& *ſoli cedit Homero*
Propter mille annos. Torr.

41 Vetereſne probatos. Cun.

42 *Reſpuet.* Malim *Reſpuat*, ut in tribus optimis libris, ſunt qui *reſpuit* legant. Torr.

45 *Utor permiſſo*; ſervit propoſito meo tua conceſſio. Bax.

Caudæ pilos ut equinæ; tractum ex Hiſtoria de Sertorii milite, qui etſi imbecillis, fortis equi caudam, ſingulos pilos evellendo, facile nudavit; cum alter, vir fortis nequiret imbecillis equi caudam uno niſu extrahere. Hoc oſtendit Lambinus ex Plutarcho. Bax.

46 *Demo unum, demo etiam unum*, Illud etiam, cum in editionibus primis ſemel inſederat; haud mirum, ſi per omnes deinceps locum ſuum tutatum eſt. Quis enim tam bonam probamque lectionem in jus vocaverit?

Dum cadat elusus ratione ruentis acervi,
Qui redit ad fastos, et virtutem æstimat annis,
Miraturque

47 cadet *MSS. Mus. Br. C. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 48 in fastos *etiam G. & MSS. Mus. Br. B. C. F. G.* fastus *G. a manu Pr. it. Heins. ad Ovid, Fast.* I, 11.

rit? Persius Sat. VI, 58.

adde etiam unum,
Unum etiam; *terræ est jam filius.*

Nihilominus, cum in veterrimis nostris, Leidensi, Vossiano, Reginensi, quin & Regiæ Societatis codice, quibus accedunt duo Pulmanni & Bersmanni totidem, lectionem magis reconditam minusque obviam repererim; non dubitavi eam asserere & auctori suo adjudicare,

Paullatim vello; *& demo unum, demo* ET ITEM *unum.*

Haec cum rarior & vulgo ignotior esset, illam tritam & quotidianam substituerunt scribæ. Terentius Andria, I, 1, 49.

Sed postquam amans accessit, pretium pollicens,
Unus & item *alter.*

Lucret. IV, 555.

Asperitas autem vocis fit ab asperitate
Principiorum, & item *levor levore creatur.*

Gellius in præfatione. *Alius Antiquarum lectionum inscripsit, atque alius* Ἀνθηρῶν, & item *alius* Εὑρημάτων. Bentl.

Unum, supple *annum*. Bax.

47 *Cadat*; causa cadat, refellatur, ruat. Bax.

Elusus, refutatus. Metaphora a Gladiatorio ludo. Bax.

Ratione: ratiocinatione. Bax.

Ruentis; continuo impetentis, vel indefinenter lacessentis. Bax. Potius ita: ut qui insistens acervo subtrahi sibi patiatur unum lapidem post alterum, facile cadit, illo acervo sic ruente & collabente: ita qui notione indefinita atque indeterminata (sic enim hodie loquuntur) *antiqui* vel *novi* nituntur in judicando, eludi & subverti possunt insidioso illo Sorite, & interrogatione, quam statim ponit. Ges.

Acervi; *hic acervus est Sorites, qui prædominans est, cum falsitatem veritate confirmat: ut si quis dicat*; Dico me mentiri & mentior; verum igitur dico. *Est etiam Sorites cum ultra modum capacitatis assensionem audienti brevi adjectione producit, dicendo*, unum & unum, *ut hic Horatius facit.* Vet. Schol. Cruq. Bax. Parum accurate Scholiastes. *Sorites*, fallax argumentatio ab exemplo *Acervi.* Acervum ne faciunt grana tria? non: an quatuor? nondum &c. & locum habet in omnibus, quæ non certum modum sed relatione tantum magnum aut parum significant. Ut, divesne qui sexcentos habet? doctusne, qui tot res scit? &c. Sic, vetus ne qui centum annos habet? an sufficiunt 99? an 98? ubi difficile est subsistere & terminum quasi constituere. Ges.

48 *Qui redit ad fastos.* Ita editi omnes quidem AD praeferunt: sed scripti vetustiores universi, plerique etiam ex recentioribus,

Qui redit IN *fastos, & virtutem aestimat annis.* Noster Carm. I, 2, 45. *Serus in coelum redeas*: & IV, 2, 39. *Quamvis* redeant in aurum *Tempora priscum.* Virgil. Georg. III, 316. de capris:

Atque ipsae memores redeunt in tecta.

Aen. XII, 424. *novae* rediere in pristina *vires.* Parum, inquies, refert, hanc an illam lectionem sequamur. Recte quidem; sed ea ipsa causa, quod parum interfit ab antiquissimis quibusque codicibus religio est abscedere. Bentl.

Redit ad fastos. In pro *ad* habent plures & meliores codd. nec male. Sensus enim est, antiquarium hunc, quomodocumque eum premas & rationibus convincas, in fastos recidere, & virtutem annis æstimare, non quomodo, sed quando quid scriptum sit curantem. Torr.

Redit, Comice recurrit. Bax.

Ad Fastos; *per Consules annorum colligit numerum.* Quid est Bentleii *redit in Fastos?* Bax.

Virtutem, artem, ingenium. Bax.

49 *Li-*

Miraturque nihil nisi quod Libitina sacravit.
Ennius, et sapiens et fortis, et alter Homerus,
Ut critici dicunt, leviter curare videtur
Quo promissa cadant, et somnia Pythagorea.
Nævius in manibus non est, et mentibus hæret
Pene

49 *Libitina*; *feretrum*. Vet. Schol. Cruq. Vide Sat. 2, 6, 19. Bax.

50 *Sapiens & fortis*, h. e. gravis & animosus; Sapiens sententiis, fortis spiritu & sublimitate stili. Bax.

51 *Leviter*, parum; Comice pro non omnino. Bax.

Videtur, apparet. Bax.

52 *Quo promissa cadant*, h. e. Quid tandem fiat de magnis promissis. *Cadant*, exeant. Bax.

Somnia Pythagorea, *Ennius in principio Annalium suorum somnio se scripsit admonitum, quod secundum Pythagoræ dogma, anima Homeri in suum corpus venisset.* Vet. Schol. *In somnis mihi visus Homerus adesse poeta.* Ennius. Bax. Ennius immortalitatem fama & laude carminum suorum inter nos consecutus, parum curat Pythagoricam illam migrationem: mavult Ennii nomine inter nos versari, quam in animalis corpore habitare. Ges.

Sensus est: Ennius, quem nostri grammatici tantopere laudant, parum videtur curare sitne vere alter Homerus, sitne mente Homeri, ut se somniasse fingit, præditus. h. e. alter Homerus non est. Zeun.

53 *Naevius in manibus non est.* Omnes fere de hujus loci obscuritate questi sunt Interpretes; qui vero se lucis aliquid afferre gloriantur, ii omnium maxime in caligine ac tenebris sunt versati. Videamus quid rei sit,

Ennius, & sapiens & fortis & alter Homerus,
Ut Critici dicunt, leviter curare videtur
Quo promissa cadant, & somnia Pythagorea.
Naevius in manibus non est, & mentibus haeret,
Pene recens; adeo sanctum est vetus omne poëma.

Ubi illa primo, *Leviter curare videtur quo promissa cadant*, ut in Ennii contumeliam dicta jam ab omnibus accipiuntur; quasi is nihil ingentibus illis promissis dignum praestitisset. Quod a loci hujus sententia tam alienum est, ut plane contrarium sit. Siquidem omnia, quae hinc ad versum usque 62. de poëtis veteribus habentur, non Horatii judicio dicta sunt, sed ex vulgi opinione, qui Ennium reliquosque antiquos unice mirabitur & in coelum ferebat. Laudatio igitur Ennii, non utique reprehensio nec vituperatio in his quaerenda erat. Solus adeo hoc vidit Scholiastes vetus Porphyrio, cui bene monenti auscultare debuerunt recentiores. *Leviter curare*, hoc est, inquit, *securus esse: securus jam de proventu laudis suae est Ennius, propter quam ante sollicitus fuerat.* Et mox, *Quo promissa cadant, id est, quem successum habeant: ostendit enim sine difficultate veteres poëtas solere laudari.* Nihil verius, nihil doctius. Leviter enim curamus, quae extra aleae discrimen posita esse videmus, de quibus jam securi sumus, per quae jam negligentibus esse licet. Hoc voluit Horatius, ex *Criticorum* mente, qui Ennium Homerum alterum vocitabant. Jam vero illa quae sequuntur,

Naevius in manibus non est, & mentibus haeret
Pene recens,

quibus & quot sententiarum dissidiis agitata sunt? Sunt enim, qui *Nunc est* pro *Non est* substituant; alii cum nupero interprete Gallo at loco *Et* reponunt, qui & dialogum hic nescio quem esse hariolatur, ut priora illa Flaccus dicat, *Naevius in manibus non est:* cui alter continuo obganniat, *At mentibus haeret,*

Pene

Pene recens? adeo ſanctum eſt vetus omne poëma.
Ambigitur quoties uter utro ſit prior, aufert
Pacuvius docti famam ſenis, Actius alti:
Dicitur

56 Accius *fere accuratiores. Sic etiam Steph. in fragm. Manut. orthogr.*

Pene recens: alii id ſcire laborant, & in eo ſe plurimum torquent, quo pacto mentibus haerere poſſet Naevius, qui in manibus non eſſet amplius; aut cur deſcribi & legi indignus eſſet, qui dignus erat ediſci & memoriter recitari. Hi motus & hae tantae diſcordiae levi pulveris ſparſione conquieſcent. Tolle modo quod editiones occupat Punctum, & Interrogationis notam repone:

Naevius in manibus non eſt, & mentibus haeret
Pene recens? adeo ſanctum eſt vetus omne poëma.

Quid de Ennio, inquit, loquor? nonne & Naevius Ennio vetuſtior atque durior in manibus adhuc eſt, & haeret mentibus, ut pene recens videatur? Ubi, ut vides *in manibus eſſe* & *mentibus haerere* non contrariorum nec oppoſitorum vim habent, ut de hoc aiat, de illo neget Horatius: ſed utrumque de Naevio affirmatur, ſic ut creſcat ſententia, cum majus ſit mentibus haerere, quam eſſe in manibus, Suetonius Caligula XVI. *Labieni ſcripta ſenatuſconſultis abolita requiri, & eſſe in manibus lectitarique permiſit.* Plinius Epiſt. I, 1. *Libelli, quos emiſimus, dicuntur* in manibus eſſe, *quum jam gratiam novitatis exuerint.* Plinius Praef. ad Hiſt. Nat. *Panaetium de Officiis; quae volumina ejus* ediſcenda, *non modo* in manibus *quotidie habenda noſti.* Cicero Tuſcul. III, 2. *Accedunt etiam poëtae, qui audiuntur,* leguntur, *ediſcuntur, &* inhaereſcunt *penitus* in mentibus. Seneca Conſol. ad Marciam cap. 1. *Legitur Cremutius Cordus, floret,* in manus *hominum,* in pectora *receptus vetuſtatem nullam timet.* Bentl.

Naevius Dramatum ſcriptor antiquior Ennio, quem in plurimis imitatus eſt.

Bax.

Qui non viderunt, locum eſſe interrigative ſumendum, hi plane ſenſum alienum tribuunt ei. Nam, ut Bentleius recte vidit, Horatius ait: Nonne Naevius manibus omnium teritur? &c. Zeun.

55 Refert hic poeta judicia vulgi ſuae aetatis de poetis ſcenicis, quae ipſe non ſatis probat. Non debebant ergo ſimpliciter tanquam Horatii judicia poni, quod fieri non nunquam videmus. Conf. A. P. 270.

Ges.

Prior, potior. Bax.

56 *Aufert. Pac. docti fam. ſen.* id eſt, Pacuvius conſequitur, & obtinet laudem, atque exiſtimationem docti: exiſtimatur ab omnibus doctus. M. Tull. lib. 3, 7. de oratore. *Atque id primum in poëtis cerni licet, quam ſint inter ſeſe Ennius, Pacuvius, Attius diſſimiles.* Idem citat haec ex Pacuvio lib. 5, 11. de finib. *Quin etiam feraé (inquit Pacuvius) quibus abeſt ad praecavendum intelligendi aſtutia, ſibi injecto terrore mortis horreſcunt.* Idem lib. 1, 58. de orat. ad Qu. Fr. *nec quiſquam eſt eorum, qui, ſi jam ſit ediſcendum ſibi aliquid, non Teucrum Pacuvii malit, quam Manlianas venalium vendendorum leges ediſcere.* Lam.

Attius alti. Attius refert nomen & exiſtimationem alti & elati poëtae. Attius dicebatur plus habere magnitudinis, & grandiloquentiae, ut ita dicam: Pacuvius plus doctrinae. erat autem Attius multis annis Pacuvio minor. M. Tull. in Bruto 64. *Attius iiſdem aedilibus ait ſe, & Pacuvium docuiſſe fabulam, cum ille octoginta, ipſe triginta annos natus eſſet.* idem M. Tull. in oratione pro P. Sextio 58. multos Attii verſus profert, eumque diſertiſſimum poëtam appellat. Lam.

Docti ſenis, Euripidis; alti, Sophoclis. Virium actio plus tribuitur, Pacuvium videri doctiorem, qui eſſe docti affectant, volunt. Quintilianus, citante Cruquio. *Senis* autem modo poſuit pro *veteris,* ut ſupra de Lucilio.

Bax.

Bent-

Dicitur Afranî toga conveniſſe Menandro;
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi;
Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.
Hos ediſcit, et hos arcto ſtipata theatro
Spectat Roma potens; habet hos numeratque poëtas
Ad noſtrum tempus, Livî ſcriptoris ab ævo.
Interdum vulgus rectum videt; eſt ubi peccat.
Si veteres ita miratur laudatque poëtas,
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat:
Si quædam nimis antique, ſi pleraque dure
Dicere cedit eos, ignave multa fatetur,
Et ſapit, et mecum facit, et Jove judicat æquo.

Non

67 credit *MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Bentleius male *Accius* ex incuria. BAX.

57 *Bene toga; togatas enim ſcripſit Afranius.* Vet. Schol. Palliatæ Comœdiæ Græcorum, togatæ Romanorum erant; Romæ autem palliatæ dictæ ſunt quæ perſonas habebant Græcas, & togatæ quæ Romanas. BAX. Afranius Græcas Menandri fabulas commode Latina veſte induit. GES.

58 *Properare*, facili lepore diffluere. *Quam non adſtricto percurrat pulpita ſocco* [infra 174]. Erat Epicharmus lepide nugax, & ſalibus præcipuus. BAX.

59 *Gravitate*; pondere & dignitate quibus caruit Plautus. BAX.

Arte; terſo ſtilo & concinna diſpoſitione. BAX.

60 *Hos*, ad emphaſin poſuit ſtolidæ admirationis. BAX.

61 *Potens*; Dilogus & magna, & ſibi placens, vel elata & turbida. BAX.

62 *Livium dicit Andronicum, qui primus omnium Latinas Fabulas ſcripſit.* Vet. Schol. *Livii Salinatoris libertus erat.* Lambinus ex Euſebio. BAX.

63 *Rectum videt*, non cæcutit. BAX.

Peccat; videt quod non videt. BAX.

66 *Dure*; rigide, ruſtice. BAX.

67 *Credit*, ſic habent 3. lib. Vat. & Jann. Faer. Torn. Cleric. Nicot. Ruſſard. alii. & quidem ipſa veritas ita legendum eſſe clamat. LAM.

Oſtendit Bentleius *cedit* legendum eſſe pro *credit*. BAX.

Ignave: vapide, inſulſe. BAX.

68 *Et Jove judicat æquo*, id eſt, vere judicat. Jupiter enim æquus, id eſt, propitius eſt iis, judiciaque eorum approbat, qui vere judicant: iratus eſt iis, judiciaque eorum improbat, qui ſecus: vel dic hoc modo, quia Diis probantibus, & faventibus omnia recte fiunt: iratis, ſecus. LAM.

Sapit: ſani eſt ſincipitis. BAX.

Mecum facit; a meis ſtat partibus: mecum pugnat. *Facere* etiam Cornelio Nepoti (18, 8, 2.) eſt pro *pugnare*; & a *factum* eſt

noſtrum

Non equidem inſector, delendave carmina Livi
Eſſe reor, memini quæ plagoſum mihi parvo
Orbilium dictare; ſed emendata videri,
Pulchraque, et exactis minimum diſtantia, miror.
Inter quæ verbum emicuit ſi forte decorum, et
Si verſus paulo concinnior unus et alter,
Injuſtum totum ducit venditque poëma.

Indignor

69 delendaque *MSS. Mus. Br. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Lævi *MS. Bentl. Cun. it. San.* 73 et *abeſt* in *MS. Mus. Br D.* 75 Injuſte *MS. Mus. Br. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* venitque *e conj. Bentl.*

noſtrum *Fight*: Quin & Homero, Iliad. Δ. ἴεγον pro *pugna* eſt. Bax.

Jove æquo; *Jove irato ſit ut errent homines ac delirent*. Vet. Schol. *Æquus* autem ſeu ſedatus dicitur non ira motus. Jovis erat dementare juxta veterem opinionem. Bax.

69 *Inſector*; infenſus invado. Bax.

Delendave pro *delendaque* ex melioribus codicibus legerunt Torrentius & Cruquius. *Delenda*, abolenda. Bax.

Neſcio cur Bentleius pro *Livî* reſcripſit *Lævî*, cum *Lævius* iſte Erotopægniων ſcriptor admodum obſcuri fuerit nominis, & pleriſque ignotus; & cum Livii Andronici jam ante facta ſit mentio, veriſimile eſt hunc non fuiſſe huic diverſum. Bax. Ait Bentleius, Andronicum illum Livium nimis antiquum & obſoletum fuiſſe, quam ut illum prælegeret Orbilius. At fragmenta, quæ exſtant ſat multa, aliud loquuntur? nempe & illa ſunt bonam partem, judice Bentleio, Lævii. Ges.

70 *Plagoſum*; de hoc Domitii Marſi hic verſus exſtat; *Si quos Orbilius ferula ſcuticaque cecidit*. Quid mirum? Ex milite quinquagenario magiſter factus eſt librarius. Vide Suetonium de Claris Grammaticis, 9. Bax.

Plagoſum quæ. Cun.

72 *Exactis*, *tranſlatio ab examine*, *quæ pars eſt trutinæ*. Vet. Schol. Bax.

73 Emicuit verbum. Cun.

Emicuit, *ex inſperato apparuit*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Decorum et. Particula & abeſt a duobus codicibus. neque ego illam revocaverim. Torr.

75 *Injuſte totum ducit venditque poema*, Sic omnes editiones, neque ſuſpicio latentis mendi a quoquam injecta eſt:

Inter quae verbum emicuit ſi forte decorum, &
Si verſus paullo concinnior unus & alter,
Injuſte totum ducit venditque poëma.

Ubi primum τὸ ET a fine verſus reſcindimus, auctoritate duorum codicum Collegii Trinitatis, & totidem Torrentii. Elegantius repetitur *Si* ſine conjunctione, *Si* verbum decorum, *Si* verſus paullo concinnior. Ita Noſter Epiſt. I. 17, 6, ſqq.

Si *te grata quies & primam ſomnus in horam*
Delectat; ſi *te pulvis ſtrepituſque rotarum*,
Si *laedet caupona*; *Ferentinum ire jubebo*.

& hic ſupra v. 66.

Si *quaedam nimis antique*, ſi *pleraque dure*.

Jam vero quod mox ſequitur, *ducit venditque*, interpretes graviter exercet. Quid enim eſt, *ducit poëma?* producit, inquiunt, oſtentat, ut mangones ſolebant greges venalium. Mirum vero & monſtri ſimile, ſi verſiculus in libro ſcriptus librum ipſum in pompa producere poteſt. Immo, inquiunt; *ducit librum totum*, ut pulchri pueri venalitiam mangonum familiam ducebant, quo vendibiliorem redderent. Hoc ſi verum eſſet; melius procederet oratio, & minor eſſet metaphorae licentia.

Indignor quidquam reprehendi, non quia craſſe
Compoſitum illepideve putetur, ſed quia nuper;
Nec veniam antiquis, ſed honorem et præmia poſci.
Recte necne crocum floreſque perambulet Attæ
Fabula ſi dubitem, clament periiſſe pudorem
Cuncti

77 Illepideque *MSS. Mus. Br. B. G.* 79 Acci *G. marg.*

centia. Sed vereor, ut e re mangonum magis fuerit, formoſos pueros a deformioribus mancipiis ſecludere, ne hi conſpectu & comparatione pulchriorum magis evileſcerent; quod ab eis factitatum eſſe Martialis indicat IX, 60, 3, ſqq. de Mamurra:

Inſpexit molles pueros, oculiſque comedit,
Non hos quos primae proſtituere caſae:
Sed quos arcanae ſervant tabulata cataſtae,
Et quos non populus, nec mea turba videt.

Singularem vero lectionem hic ſuggerit quantivis pretii codex Reginenſis,

Injuſte totum ducit VENITQUE *poëma.*

Ubi Poëma caſu recto effertur; ſi verbum, inquit, decorum, Si unus & alter verſus paullo concinnior emicuit; totum poëma injuſte *ducit* emtorem & *venit*. Cicero de Finibus II, 31. de Epicuro: *Ita redarguitur ipſe a ſeſe,* VENEUNTQUE *ſcripta ejus probitate ipſius & moribus. Ducit* autem, decipit, fuco fallit, palpo percutit, appoſitiſſimum in re venali & mala merce vocabulum. Noſter Serm. I. 2. v. 88.

ne ſi facies, ut ſaepe, decora
Molli fulta pede eſt, emtorem ducat *hiantem.*

ubi vide plura, quae ad firmandam illam lectionem citavimus: vulgati enim libri *Inducat*. Illis adde & Plauti locum Moſtel. III. 2, v. 26.

Hoc habet: repperi qui ſenem ducerem,
Quo dolo a me dolorem procul pellerem.

& Captiv. IV, 2. v. 7.

Quom extemplo ad forum venero; omnes loquentur,
Hic ille eſt ſenex ductus, *quoi verba data ſunt.*

Habes egregii codicis lectionem: tu utram earum malis, tecum conſtitue. BENTL.

Ducit, producit, & per hoc commendat. BAX. Puto ab animalibus ductam Metaphoram, quæ ubi capite tranſitum fecere, reliquum corpus facile ſequitur, quod de felibus eſt in Germanorum proverbio, & hominum etiam partus confirmat. Sic unus & alter verſus bonus cenſuram ut reliqui etiam effugiant & quaſi perrumpant, efficiunt. Bentleius *poema* accipit nominandi caſu totum *poema ducit*, decipit emtorem, & *venit*, venditur. Audirem, ſed vix tamen, ſi *emtorem* additum eſſet. GES.

Bentleius de arbitrio ſuo pro *venditque* poſuit *venitque*, quod quid ſit ego nequeo divinare, niſi error ſit operarum. BAX.

76 *Craſſe*, craſſo filo, non tenui BAX.

78 *Præmia*, coronam. BAX.

79 *Recte necne perambulet*, ludit in Attæ nomen: nam *Titus Quintius Atta, Togatarum Scriptor, ſic dictus eſt, teſte Feſto, quod propter vitium crurum, aut pedum, plantis inſiſtens, potius attingere terram quam ambulare videbatur.* Cruquius BAX.

Crocum floreſque; *Et cum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt*; Lucretius (2, 416). Oſtendit Stephanus. BAX. Igitur, quod ait Schol. Cruq. *crocum & flores perambulare* eſt in ſcenam recipi & agi. Quid ſi tamen potius ſignificat in honore ac laudibus eſſe, ut Juven. 7, 208? GES.

80 *Clament periiſſe pud. Clamant* habent tres MSS. Tale autem illud Perſii Sat. 5, 103.

——*Exclamet Meliſerta periſſe*
Frontem de rebus.——

& Juven. 2, 39.

——*Habeat jam Roma pudorem.*

TORR.

Si *Patres*

Cuncti pene patres; ea cum reprehendere coner,
Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit:
Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt;
Vel quia turpe putant parere minoribus, et quæ
Imberbi didicere, senes perdenda fateri.
Jam Saliare Numæ carmen qui laudat, et illud
Quod mecum ignorat, solus vult scire videri:
Ingeniis non ille favet plauditque sepultis,
Nostra sed impugnat, nos nostraque lividus odit.
Quod si tam Graiis novitas invisa fuisset
Quam nobis, quid nunc esset vetus? aut quid haberet,
Quod legeret tereretque viritim publicus usus?
Ut primum positis nugari Græcia bellis
Cœpit, et in vitium fortuna labier æqua,

Nunc

83 dicunt *MSS. Mus. Br. B. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 85 Imberbi *etiam Bentl. Cun. Vulg.* imberbes. *etiam MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 90 Græcis *MSS. Mus. Br. B. C. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

81 *Patres*, Seniores. Bax.

82 *Gravis*; *compositus*. Vet. Sch. Cruq. Erat enim Tragœdiarum Actor. Bax.

Doctus, Comicæ actionis peritissimus. Bax.

83 *Nisi quod placuit sibi: hoc vitium superbiæ est.* Vet. Schol. Bax.

84 *Turpe putant parere*; *& hoc est vitium pudoris puerilis.* Vet. Schol. Bax.

85 *Imberbi*; Ita vetustissimi Cruquii Codices sicuti alias in Arte Poet. 161. *Imberbus juvenis.* Bax.

Perdenda; relinquenda, dedisenda. Bax.

86 *Saliare Numæ Carmen. Hymnus erat quem fecit cantari a XII Sacerdotibus Martis die quo ancile de cœlo cecidit.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

87 *Quod mecum ignorat*; h. e. æque atque ego. Saliorum linguam retulit hoc versu Lucilius, ut ostendit Cruquius ex Festo; *Præsul ut amtruat, inde & volgu redamtruat olli.* Bax. Quinctil. I, 6, 11. *Saliorum carmina, vix sacerdotibus suis satis intellecta.* Ges.

89 *Lividus*; venenatus, malignus. Bax.

90 Recte Bentleius *Graiis* pro *Græcis*, quod magis sit Poeticum, ob vetustatem. Bax.

92 *Viritim*, per viros, de viro ad virum; ut nemo sit qui non legat, & per hoc terat; & bene *publicus*, quod modo pro *universalis* dicitur. Bax.

93 *Nugari*; *ludere & otia sectari.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

94 *In vitium*; *in delicias.* Vet. Sch. Bax.

Æqua, placida. Huc facit Publii Mimi dictum: *Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.* Cruquius. Bax.

96 *Amavit*, *cupide petiit.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

97 *Mentem*;

Nunc athletarum ſtudiis, nunc arſit equorum;
Marmoris aut eboris fabros, aut æris amavit;
Suſpendit picta vultum mentemque tabella;
Nunc tibicinibus, nunc eſt gaviſa Tragœdis:
Sub nutrice puella velut ſi luderet infans,
Quod cupide petiit, mature plena reliquit.
Quid placet aut odio eſt, quod non mutabile credas?
Hoc paces habuere bonæ, ventique ſecundi
Romæ: dulce diu fuit et ſolenne recluſa
Mane domo vigilare, clienti promere jura,
Cautos nominibus rectis expendere nummos,

Majores

97 vultumque animumque *Cun.* 105 nominibus certis *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

97 *Mentem*; argutias vultus dicit: neque enim vultum mentemque ſpectantium voluit, ut Interpretes ad unum credidere. Scholiaſtæ filent. Bax. Vultum ac lineamenta oris ita expreſſa, ut phyſiognomon aliquis inde judicare de mente & moribus poſſet: vel, quod familiarius, ut quivis ſpectator videret, ſedata an perturbata mente, hilares an triſtes, eſſent. Ges.

98 *Nunc tibicinib. nunc eſt* id eſt, nunc comœdiis delectata eſt, nunc tragœdiis. in comœdiis enim adhibebantur tibicines. lib. de arte poet. 202. *Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque Æmula, &c.* & ibid. 214. *Sic priſcæ motumque & luxuriam addidit arti Tibicen, traxitque vagus per pulpita veſtem.* ſimpliciter tibicinibus ſignificantur, ii, qui tibia canunt. Lam.

Tibicinibus, h. e. comœdiis in quibus tibicines adhibebantur. cf. Noſt. de. A. P. 214. ſqq. Zeun.

100 *Mature*, ſtatim. Bax. *Mature plenum* Græci ἀψίκαρον vocant, *ſatiatum* ubi primum attigit, vitium juvenum Ariſtoteli, de quo noſter A. P. 165. Ges.

102 *Hoc paces hab. bonæ, ventique.* id eſt, ex pace igitur, & rebus ſecundis nata eſt hæc in Græcia artium varietas, ſtudiorum mutatio, & inconſtantia. Alii ſic, bonæ paces, & venti ſecundi hoc habuere, ut ſint mutabiles, neque perpetuo aut placeant, aut diſpliceant. Lam.

Hoc, ſupple *vitii*. Bax.

Bonæ, ſuaves. Bax.

103 *Romæ dulce diu fuit:* Nunc docet, poëticæ ſtudium non multis ante ſæculis Romæ coli cœptum eſſe, Romanoſque illos veteres, in ſtudiis & gravioribus, & utilioribus, quam in ſcribendo, fuiſſe occupatos. Lam.

Recluſa mane domo; ad admittendos clientes. Vid. Sat. 1, 1, 10. Bax.

104 *Vigilare*, expergiſci. Bax.

Clienti; *amico minori*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Promere jura; *reſpondere de jure*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

105 *Caut. nom. certis expend.* Id eſt, pecuniam collocare apud debitores locupletes nominibus factis, & in codice argentarii perſcriptis. Cum hoc loco viderem veteres membranas inter ſe diſcrepare (aliæ enim con

Majores audire, minori dicere per quæ
Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido.
Mutavit mentem populus levis, et calet uno
Scribendi ſtudio: puerique patreſque ſeveri
Fronde comas vincti cœnant, et carmina dictant.
Ipſe ego, qui nullos me affirmo ſcribere verſus,
Invenior Parthis mendacior; et prius orto
Sole, vigil calamum et chartas et ſcrinia poſco.

Navim

109 *Vulg.* pueri. *etiam MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in. Bib. Reg. Br.* 111 me *om. S. quod placet.*

conſentientes cum libris vulgatis habent, *certis nominibus*: aliæ diſſentientes, *rectis nominibus*) diu, multumque dubitavi, utras potiſſimum ſequerer. movebat me Porph. qui videtur legiſſe, *rectis nominibus*: & quamquam hoc loco corruptus eſt, ita interpretari, *idoneis, ac legitimis nominibus*. movebat altera ex parte locus Ciceronis in Quinctiana, S. II. his verbis, *moritur P. Quinctius, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debebat*. accedebat Feſtus in voce *nuncupata*, *Nuncupata* (inquit) *pecunia eſt (ut ait Cincius in lib. 2. de offic. juriſconſulti) nominata, certa propriis nominibus pronuntiata*. Tandem re quæſita, cum a veteribus Juriſconſultis nullam rectorum nominum fieri mentionem comperiſſem, tutius eſſe exiſtimavi ſcripturam receptam, & vulgatam retinere: rem integram ſervare; arbitrio lectoris, utram lectionem malit, permittere. Hoc tantum teſtatum relinquam multo plures codices veteres habere *rectis*, quam *certis*: ut peccaturus non ſit, qui *rectis* legendum putet. Lam.

Cautos; *ſub chirographo datos*. Vet. Schol. Cruq. Quid opus fuerat Bentleium ponere *Scriptos* pro *Cautos*, tantum cauſa varietatis, præſertim cum *Cautos* ſit in antiquis Scholiis? *Scriptos* de Gloſſemate eſt pro *Cautos*, vel ſaltem *Cautos* pro *Scriptos*. Bax.

Nomina Debitores ſuos dicebant jam in codicem relatos. *Recta autem nomina de Legibus facta*. Vet. Schol. Nam antiquæ Leges vetabant uſuras. Nonnulli Codices legerunt *certis*, [pro *rectis*] quod non probo. Bax.

Expendere, & per hoc, collocare. Bax.

106 *Majores audire*; majoribus obtemperare: majorum, & prudentium conſilium ſequi. Lam.

Majores audire, in jure officium minoris eſt. Vet. Schol. Bax.

107 *Damnoſa libido* ut ſupra epiſt. 1, 18, 21. *Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat*. Lam.

Damnoſa libido; pretioſa voluptas, vel nimius ſumtus. Bax.

108 *Mentem*, propoſitum. Bax.

Populus mentem. Cun.

109 *Puerique*; ita ex optimis Libris Bentleius. Bax.

110 *Cœnant*, epulantur. Intemperantiæ eſt coronari; *ad majorem reprehenſionem* igitur poſui *ſeveri*, ut ait Vet. Schol. Bax.

112 *Parthis mendacior*; Proverbii loco utitur. Quis quærat fidem apud Orientis vernas? Bax. Forte ea, quæ in Craſſum, ac deinde in Antonium perfide deſignarunt, proverbio occaſionem dedere. Et mendacium eſt illa fuga, e qua ſubito ad pugnandum ſe convertunt. Ges.

Prior orto. Cun.

113 *Scrinia*

Navim agere ignarus navis timet; abrotonum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est
Promittunt medici; tractant fabrilia fabri:
Scribimus indocti doctique poëmata passim.
Hic error tamen, et levis hæc insania quantas
Virtutes habeat, sic collige: vatis avarus
Non temere est animus: versus amat, hoc studet unum;
Detrimenta, fugas servorum, incendia ridet;
Non fraudem socio, puerove incogitat ullam
Pupillo; vivit siliquis et pane secundo.
Militiæ quanquam piger et malus, utilis urbi;
Si das hoc, parvis quoque rebus magna juvari.
Os tenerum pueri balbumque poëta figurat;
Torquet ab obscœnis jam nunc sermonibus aurem:

Mox

124 urbi est. *MSS. Mus. Br. D. F.*

113 *Scrinia, capsas dicit, in quibus scripta reponuntur.* Vet. Schol. Bax.

114 *Navim agere* solute posuit pro navigare, h. e. gubernatorem agere. Bax. Conf. A. P. 379 sqq. Ges.

Abrotonum; *mire dixit, non helleborum, sed abrotonum, quod minori periculo etiam indoctus potest miscere & dare.* Vet. Schol. Bax. Vid. Pers. 5, 100. Ges.

116 *Promittunt*; *profitentur.* Vet. Schol. Cruq. Bax. *Melicorum* & *Melici* suspicabatur Bentleius, & arripuit Sanadonus: sed non est, puto, professionis nomen, ut neque Elegorum scriptor, neque poëta heroicus. A peculiari curationis exemplo transit ad totum genus. Ges.

117 *Indocti doctique*; *hoc cum pronuntiatione inferendum est.* Vet. Schol. Bax.

118 *Error*, vertigo mentis. Bax.

119 *Virtutes*; *utilitates.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Collige; ratiocinare, vel enumera. Bax. Conf. Serm. II, 1, 51. Ges.

120 *Non temere*; *non facile.* Vet. Schol. Bax.

122 *Incogitat*, h. e. cogitat in. Comica Elocutio est. Bax.

123 *Siliquis*, Conche. *Siliquas autem specialiter dicit eas, quæ in herbis nascuntur in omni legumine.* Vet. Schol. Immaturis leguminum siliquis aquæ incoctis vescebantur tenuiores. Bax.

Secundo id est, secundario: qui magnam partem ex furfure constat, & non ita multo polline. Lam.

Pane secundo; cibario, sive nigro: atque hæc Satyrice protulit. Bax.

124 *Malus*; inutilis. Bax.

Urbi; Reipublicæ. Bax.

127 *Obscœnis*, illiberalibus & agrestibus. Bax.

128 *Pelle*

Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Aſperitatis et invidiæ corrector et iræ;
Recte facta refert; orientia tempora notis
Inſtruit exemplis; inopem ſolatur et ægrum.
Caſtis cum pueris ignara puella mariti
Diſceret unde preces, vatem ni Muſa dediſſet?
Poſcit opem chorus, et præſentia numina ſentit;
Cœleſtes implorat aquas docta prece blandus;
Avertit morbos, metuenda pericula pellit;
Impetrat et pacem, et locupletem frugibus annum.
Carmine Dii ſuperi placantur, carmine manes.
Agricolæ priſci, fortes, parvoque beati,
Condita poſt frumenta, levantes tempore feſto
Corpus, et ipſum animum ſpe finis dura ferentem,

Cum

129 Correptor *Boſ. S. & MS. Mus. Br. G. Reg. Br.* 133 niſi *MS. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib.* 136 tollit *Cun.*

128 *Pectus*, animum φρένας, παραπίδας. ſic ſup. ſat. 1, 6, 64. *ſed vita & pectore puro.* infra hac epiſt. 211. *meum qui pectus inaniter angit.* Lam.

Amicis; amabilibus, honeſtis, ἑαυτοῖς. Bax. Utilibus præſertim, ut *inimicus imber* eſt noxius; Virg. Aen. 1, 127. Ges.

129 *Aſperitatis*, incultæ imperitiæ. Bax.

130 *Refert*; repræſentat, depingit. Bax.

Orientia; *venientia*. Vet. Schol. Bax.

131 *Exemplis*, exemplaribus quæ ſequantur. Bax.

Ægrum, mœſtum. Bax.

132 *Caſtis cum pueris*; chorum dicit Apollinis & Dianæ in ludis Sæcularibus, de quibus ſatis ſupra diximus. Bax. Non ad ſolos ſæculares hoc retulerim, qui ſunt rari admodum; ſed ad alios etiam feſtos dies deorum. Talis eſt Catulli 35, pr. & noſtri Od. 1, 21, 2. Ges.

134 *Præſentium numinum* exemplum in carmine Sæculari extremo, Sic ſine dubio in aliis etiam. Ges.

137 *Pacem*; *utrum deorum pacem, an finem belli?* Vet. Schol. Dilogως voce utitur. Bax.

138 *Manes*; qui irati ſunt ubi vagantur. Dici videntur *manes* tanquam *exigui* a Græco μανὸς, unde *immanis* pro *ingenti*. Quin & Britannis noſtris & Armenis *mán* pro *minuto eſt*. Bax.

139 *Fortes*; liberales, averſi lucro. Bax.

140 *Levantes corpus*; interquieſcentes. Bax.

141 *Dura*, aſpera. Bax.

142 Et

142 et pueris in quibusdam Edd.

Cum ſociis operum, pueris, et conjuge fida,
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,
Floribus et vino Genium, memorem brevis ævi.
Feſcennina per hunc inventa licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit;
Libertaſque recurrentes accepta per annos
Luſit amabiliter, donec jam ſævus apertam
In rabiem verti cœpit jocus, et per honeſtas

Ire

143 porca *Cun.* 145 invecta *citant Polit. Briſſo. Barth. ap. Bentl. & Cun. probat etiam San.* 149 coepit verti *MSS. Mus. Br. B. C. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

142 Et Torrentius & Bentleius recte omiſere Conjunctionem & in *Cum ſociis operum & pueris.* BAX. *Socios operum* vel ipſos *pueros* licet intelligere, i. ſervos, vel mercenarios, vel boves adeo aratores, qui *ſocii hominum*, & *Cereris miniſtri* Varroni R. R. 2, 5, 3. *Feriæ bubus & bubulcis* Cato. 132. GES.

Fida; caſta & moribus antiquis. BAX.

143 *Porcus*; *Promiſcuo genere dicitur, & mas & fœmina.* Lambinus. Porcam mactabant Terræ, quod roſtro eam læderet. BAX. Vid Cato 134. De Silvano id. c. 83. GES.

144 *Genium*; *Naturæ deum*; Vet. Schol. Cruq. Dæmona dicit vitæ comitem. BAX. Hoc loco duce & Perſ. 2, 3, curatus eſt ille mirabilis *Erogenius* in lege Theodoſii M. 12. Cod. Th. de Paganis, *Nullus—Larem ignem Erogenium Penates nidore veneratus*, pro *Larem igne, mero Genium.* GES.

Memorem, qui facit memores, Metonymicως: nam quicquid oritur interit. Ideo *Floribus & vino*, quo coronati bibamus, dum licet. BAX.

145 *Feſcennina per hunc inventa licentia morem.* Sic codices & editiones: durius tamen exit, & inſolens prorſus eſt *inventa licentia.* Servius quidem ad Aen. VII, 695. *Feſcennium*, ait, *oppidum eſt, ubi nuptialia* inventa *ſunt carmina.* Verum aliud eſt *invenire carmina*, aliud *invenire licentiam:* neque de Feſcennii incolis loquitur Flaccus, ſed de totius Romani agri cultoribus. Quamobrem legebam ex conjectura,

Feſcennina per hunc INVECTA *licentia morem.* Feſtus: *Feſcennina verſus, qui canebantur in nuptiis, ex urbe Feſcennina dicuntur* ALLATI. Scholiaſtes uterque ad hunc locum: *Dicta ſunt Feſcennina carmina, ab oppido unde primum* PROCESSERUNT. Valerius Max. II, 5. *Tibicinum collegium ſolet in foro vulgi oculos in ſe convertere: inde* TRACTA LICENTIA. Poſtea animadverti πολυμαθέστατον Barthium ad Claudianum p. 765. ſic hunc locum citare, neſcio utrum ex libris, an ex ingenio: neque enim verbo de varietate lectionis nos commonefecit. BENTL.

Feſcennina, Jocularia Carmina & probroſa, dicta ab oppido Feſcennino, unde proceſſerunt, & Atellanica nominata ſunt. Vet. Schol. BAX. Certiora dant hodie Lexica. GES.

Conjecit Bentleius hic legendum eſſe *invecta*, ſed minus probo; neque ſane video, cur iſtiuſmodi conſuetus luſus non poſſit pro invento non minus quam cætera ludicra, haberi. BAX.

147 *Recurrentes*, redeuntes, ſupple autem *ſingulos.* BAX.

148 *Amabiliter*; ſuaviter, amœne. BAX.

149 *In rabiem verti cœpit jocus:* Alio hæc ordine

Ire domos impune minax: doluere cruento
Dente laceſſiti; fuit intactis quoque cura
Conditione ſuper communi: quin etiam lex
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam
Deſcribi: vertere modum, formidine fuſtis,
Ad bene dicendum delectandumque redacti.
Græcia capta ferum victorem cepit, et artes
Intulit agreſti Latio: ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, et grave virus
Munditiæ

150 minax impune domos. *MS. Mus. Br. B.* 153 ſancta *Cun. qui etiam* nata *it.* dicta *in aliis eſſe ait.* 158 grave virus *conj. Rutgerſ.*

ordine ferunt, & editiones vetuſtae, & codices quos vidi omnes;

donec jam ſaevus apertam
In rabiem coepit verti *jocus.*

Plenius hoc certe & ſonantius, quam illud alterum; & quo conſilio, quiſquis erat, primus verborum ſeriem contra librorum fidem mutaverit, nequeo divinare. Bentl.

Rabiem; caninum ſcilicet furorem. Bax.

150 *Doluere*, iraſcebantur. Bax.

152 *Quinetiam lex, poenaque lata.* lex lata eſt, & pœna lege conſtituta in eos, qui quempiam maledico carmine deſcriberent. ſic in epiſtol. de arte poet. v. 282 *ſed in vitium libertas excidit, & vim Dignam lege regi. lex eſt accepta, chorusque Turpiter obticuit, ſublato jure nocendi.* Legem autem XII. tabularum ſignificat: de qua ſat. 2, 1, 82. *Si mala condiderit in quem quis carmina, jus eſt, Judiciumque.* Lam.

Lex pœnaque lata, in Duodecim Tabulis, vide Sat 2, 1, 82. Bax.

153 *Poenaque lata. Nata* habent tres codices. nec diſplicet. Torr.

Malo nollet quæ. Cun.

Malo, maligno. Bax.

154 *Deſcribi*, depingi. Bax.

Vertere, *invertere.* Puto Proverbiali joco dici *vertere modum*, h. e. Palinodiam cecinerunt. Bax.

Formidine fuſtis; *Quia fuſtuarium ſupplicium conſtitutum erat in autorem carminum infamium* Vet. Schol. *Etiam canes cum fuſtes metuunt morſibus ſe abſtinent*; ut ſcite alter Scholiaſtes. Atque hoc ut ſervet Metaphoram. v. 150. Bax.

155 *Bene redacti*; *quia non voluntate correcti, ſed edocti malo.* Vet. Sch. Bax.

156 *Græcia capta fer. vict. cepit.* hunc locum non ſatis recte explicant ii, qui in hunc poetam commentarios ediderunt. eſt tamen ejus ſententia non obſcura, & ab ipſo Horatio aliis verbis declarata. Græcia (inquit) a Romanis capta, & bello ſubacta, cepit viciſſim victores ipſos. quomodo cepit? id eſt, artes, & diſciplinæ Græcorum, Romanis placuerunt: a Romanis expetitæ, & cultæ ſunt: Romanos delectarunt. Ineſt autem ambiguum non inelegans in verbo *cepit.* capit enim & is, qui vincit, & is, qui delectat. M. Tull. epiſt. ad Luceium Qu. fil, lib. 5, 12. *Genus enim ſcriptorum tuorum etſi erat a me vehementer exſpectatum, tamen vicit opinionem meam, meque ita vel cepit, vel incendit, &c.* Lam.

Cepit, delinivit. Ludit in ambiguo ſenſu. Bax.

157 *Horridus*; hirtus, rudis, incomtus. Bax.

Munditiæ pepulere: ſed in longum tamen ævum
Manſerunt, hodieque manent veſtigia ruris.
Serus enim Græcis admovit acumina chartis;
Et poſt Punica bella quietus, quærere cœpit
Quid Sophocles et Theſpis et Æſchylus utile ferrent.
Tentavit quoque rem; ſi digne vertere poſſet;
Et placuit ſibi, natura ſublimis et acer:
Nam ſpirat tragicum ſatis, et feliciter audet;
Sed turpem putat inſcite metuitque lituram.
Creditur, ex medio quia res arceſſit, habere
Sudoris minimum; ſed habet Comœdia tanto

Plus

167 inſcriptis *vulg. & MSS. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* in ſchediis *conj. Cun.* inſcite *etiam Boſ.* 168 Acceſſit *MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

158 *Defluxit*; *deſiit fluere*. Vet. Sch. Bax.

Saturnius, i. e. Italicus vetus: Saturnia enim antiquum Italiæ nomen. Convenit mecum Schol. Cruq. Bax.

Grave virus: rancidum fœtorem; ruſticitatem atque vetuſtatem ita appellat. En tibi Exempla Saturnii metri, (apud Atil. Fortunat. p. 2679 ſq. Putſch.)

Duello magno dirimendo, regibus ſubigendis:
Fundit, fugat, proſternit maximas legiones.
Bax.

Et grave virus Mund. pep. id eſt, inquinatam loquendi rationem: inelegantem, atque invenuſtum faciendorum verſuum modum, nitor, & elegantia Græcarum aurium expulerunt. Lam.

162 *Quietus*; *ſecurus metu Punico*. Vet. Schol. Bax.

164 *Rem*; *poema dicit*. Vet. Sch. Et diſtinguendum puto poſt *rem:* eſt enim altera pars verſus Epexegeſis prioris. Bax.

Digne ſi. Cun.

165 *Natura*, ingenio. Bax.

Acer; calidus, vehemens. Bax.

166 *Feliciter audet*; *quod aggreditur, complet*. Vet. Schol. Bax.

167 Pro *in ſcriptis*, optimi Codices legerunt *inſcite:* quæ quidem ſcriptura a Vetere Interprete confirmatur: nam *inſcite* reddit *turpem putat*, vel *ſtulte erubeſcit: Inſcite*, illepide eſt & inurbane. Bentleius de ſua conjectura de *inſcite* fecit *inſcitus*. Verum quid opus? Bax.

168 *Ex medio*, de communi. *Quia Comœdia communia ſectatur, atque de medio eſt*. Vet. Schol. i. e. non quærit ſublimia, uti Tragœdia. Bax.

quia res arceſſit. ſic habent tres cod. Bland. cum Tonſ. ſed antiquiſſimus Blandin. habet acceſſit, cum Mart. Diu. Silu. nec me hercule video utra ſit alteri multum præferenda. quid enim patitur abſurdi, ſi dicam ſcriptori Comico e medio rem, id eſt, argumentum accedere, id eſt, offerri, eique eſſe obvium ex communi converſatione? ut omittam in multis Horatianum dicendi modum. Rurſum, quid habet exquiſiti Comœdiam arceſſere res ex medio, ut hac delecta lectione alteram penitus damnandam cenſeam? Quin exiſtimarim

Plus oneris, quanto veniæ minus. Aſpice Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi;
Ut patris attenti; lenonis ut inſidioſi:
Quantus ſit Doſſennus edacibus in paraſitis;
Quam non aſtricto percurrat pulpita ſocco.
Geſtit enim nummum in loculos demittere, poſt hoc
Securus cadat an recto ſtet fabula talo.
Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru,
Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inſtat.
Sic leve, ſic parvum eſt, animum quod laudis avarum
Subruit

173 Dorſennus *F.* & *al.* 178 inſtat *S.*

imarim potius ſuo more Horatium ad Græcum τὸ πρόσῳ alludere ἐναλλαγικῶς, quam vulgarem lectionem & ſcriptis antiquiſſimis, nec iis paucis, ſtabilitam rejectare. judicet interim lector peritus. Cruq.

Res; oportet enim & materiam eſſe humilem. Bax.

170 *Veniæ minus*; *quod non minus ignoſcitur μιμητικῷ Charactere peccantibus.* Vet. Schol. Bax.

171 *Quo pacto*; quam miſere. Bax.

Tutetur, ſuſtineat. Bax. Conf. Sat. 1, 10, 12. A. P. 193. Ges.

172 *Ut patris.* cod. Diu. habet, & patris attenti, lenonis & inſidioſi; quod non diſplicet. Cruq.

Uſitato Charientiſmo *attentum* dicit avarum, tanquam curis addictum. Bax.

173 *Doſſennus.* ſic habent omnia ſcripta quæ legi; non Dorſennus. Cruq.

Hic non eſt Fabius *Doſſennus* Atellanarum ſcriptor, ſed Plautinus aliquis Paraſitus. Quantulum enim vitium in Atellana Fabella de ridicula perſona exceſſu peccare! Bax. Potius Comicus poeta videtur fuiſſe ea tempeſtate nobilis. Ges.

174 *Quam non aſtr. perc. pulp.* quam laxo, ac diſſoluto ſocco fabulam peragat, id eſt, quam negligenter, ac diſſolute fabulas ſcribat. ſoccus enim comœdiæ eſt, cothurnus tragœdiæ. Lam.

175 *Poſt hoc ſecurus*; *multi carmina ſcribendo non curant quid de iis fiat, dum lucrum inde acceperint.* Vet. Schol. Notat Plautum avaritiæ, ut qui gratiam plebeculæ venatus fuerit, & ſtultis ſcripſerit. Bax.

176 *Cadat*, ruat judicio Sapientum, & explodatur. Cadere & ſtare juris ſunt vocabula, verum a palæſtra puto petita: Comice igitur protulit *recto talo.* Bax.

177 Tranſit ab avaro ad glorioſulum. Bax.

Gloria, Proſopopœia, nam Deam effinxit de vana gloria. Bax.

178 *Exanimat*: animo ſuo privat, ad humum dejicit. Bax.

Lentus; *quem dicta non permovent.* Vet. Schol. Bax.

Sedulus, qui ſingulis officioſe attendit. Bax. *Inſtat* etiam pulchre huc facit: urget, reddit attentiorem ac diligentiorem. Ges.

Munditiæ pepulere: ſed in longum tamen ævum
Manſerunt, hodieque manent veſtigia ruris.
Serus enim Græcis admovit acumina chartis;
Et poſt Punica bella quietus, quærere cœpit
Quid Sophocles et Theſpis et Æſchylus utile ferrent.
Tentavit quoque rem; ſi digne vertere poſſet;
Et placuit ſibi, natura ſublimis et acer:
Nam ſpirat tragicum ſatis, et feliciter audet;
Sed turpem putat inſcite metuitque lituram.
Creditur, ex medio quia res arceſſit, habere
Sudoris minimum; ſed habet Comœdia tanto

Plus

167 inſcriptis *vulg. & MSS. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* in ſchediis *conj. Cun.* inſcite *etiam Boſ.* 168 Acceſſit *MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

158 *Defluxit*; *deſiit fluere*. Vet. Sch. BAX.

Saturnius, i. e. Italicus vetus: Saturnia enim antiquum Italiæ nomen. Convenit mecum Schol. Cruq. BAX.

Grave virus: rancidum fœtorem; ruſticitatem atque vetuſtatem ita appellat. En tibi Exempla Saturnii metri, (apud Atil. Fortunat. p. 2679 ſq. Putſch.)

Duello magno dirimendo, regibus ſubigendis:
Fundit, fugat, proſternit maximas legiones.
BAX.

Et grave virus Mund. pep. id eſt, inquinatam loquendi rationem: inelegantem, atque invenuſtum faciendorum verſuum modum, nitor, & elegantia Græcarum aurium expulerunt. LAM.

162 *Quietus*; *ſecurus metu Punico*. Vet. Schol. BAX.

164 *Rem*; *poema dicit*. Vet. Sch. Et diſtinguendum puto poſt *rem:* eſt enim altera pars verſus Epexegeſis prioris. BAX.

Digne ſi. CUN.

165 *Natura*, ingenio. BAX.

Acer; calidus, vehemens. BAX.

166 *Feliciter audet*; *quod aggreditur, complet*. Vet. Schol. BAX.

167 Pro *in ſcriptis*, optimi Codices legerunt *inſcite:* quæ quidem ſcriptura a Vetere Interprete confirmatur: nam *inſcite* reddit *turpem putat*, vel *ſtulte erubeſcit: Inſcite*, illepide eſt & inurbane. Bentleius de ſua conjectura de *inſcite* fecit *inſcitus*. Verum quid opus? BAX.

168 *Ex medio*, de communi. *Quia Comœdia communia ſectatur, atque de medio eſt*. Vet. Schol. i. e. non quærit ſublimia, uti Tragœdia. BAX.

quia res arceſſit. ſic habent tres cod. Bland. cum Tonſ. ſed antiquiſſimus Blandin. habet acceſſit, cum Mart. Diu. Silu. nec me hercule video utra ſit alteri multum præferenda. quid enim patitur abſurdi, ſi dicam ſcriptori Comico e medio rem, id eſt, argumentum accedere, id eſt, offerri, eique eſſe obvium ex communi converſatione? ut omittam in multis Horatianum dicendi modum. Rurſum, quid habet exquiſiti Comœdiam arceſſere res ex medio, ut hac delecta lectione alteram penitus damnandam cenſeam? Quin exiſtimarim

Plus oneris, quanto veniæ minus. Aſpice Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi;
Ut patris attenti; lenonis ut inſidioſi:
Quantus ſit Doſſennus edacibus in paraſitis;
Quam non aſtricto percurrat pulpita ſocco.
Geſtit enim nummum in loculos demittere, poſt hoc
Securus cadat an recto ſtet fabula talo.
Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru,
Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inſtat.
Sic leve, ſic parvum eſt, animum quod laudis avarum
Subruit

173 Dorſennus *F.* & *al.* 178 inſtat *S.*

imarim potius ſuo more Horatium ad Græcum τὸ πρόσιεν alludere ἐναλλαγικῶς, quam vulgarem lectionem & ſcriptis antiquiſſimis, nec iis paucis, ſtabilitam rejectare. judicet interim lector peritus. Cruq.

Res; oportet enim & materiam eſſe humilem. Bax.

170 *Veniæ minus*; *quod non minus ignoſcitur* μιμητικῷ *Charactere peccantibus.* Vet. Schol. Bax.

171 *Quo pacto*; quam miſere. Bax.

Tutetur, ſuſtineat. Bax. Conf. Sat. 1, 10, 12. A. P. 193. Ges.

172 *Ut patris.* cod. Diu. habet, & patris attenti, lenonis & inſidioſi; quod non diſplicet. Cruq.

Uſitato Charientiſmo *attentum* dicit avarum, tanquam curis addictum. Bax.

173 *Doſſennus.* ſic habent omnia ſcripta quæ legi; non Dorſennus. Cruq.

Hic non eſt Fabius *Doſſennus* Atellanarum ſcriptor, ſed Plautinus aliquis Paraſitus. Quantulum enim vitium in Atellana Fabella de ridicula perſona exceſſu peccare! Bax. Potius Comicus poeta videtur fuiſſe ea tempeſtate nobilis. Ges.

174 *Quam non aſtr. perc. pulp.* quam laxo, ac diſſoluto ſocco fabulam peragat, id eſt, quam negligenter, ac diſſolute fabulas ſcribat. ſoccus enim comœdiæ eſt, cothurnus tragœdiæ. Lam.

175 *Poſt hoc ſecurus*; *multi carmina ſcribendo non curant quid de iis fiat, dum lucrum inde acceperint.* Vet. Schol. Notat Plautum avaritiæ, ut qui gratiam plebeculæ venatus fuerit, & ſtultis ſcripſerit. Bax.

176 *Cadat*, ruat judicio Sapientum, & explodatur. Cadere & ſtare juris ſunt vocabula, verum a palæſtra puto petita: Comice igitur protulit *recto talo.* Bax.

177 Tranſit ab avaro ad glorioſulum. Bax.

Gloria, Proſopopœia, nam Deam effinxit de vana gloria. Bax.

178 *Exanimat:* animo ſuo privat, ad humum dejicit. Bax.

Lentus; *quem dicta non permovent.* Vet. Schol. Bax.

Sedulus, qui ſingulis officioſe attendit. Bax. *Inſtat* etiam pulchre huc facit: urget, reddit attentiorem ac diligentiorem. Ges.

Subruit ac reficit. Valeat res ludicra, ſi me
Palma negata macrum, donata reducit opimum.
Sæpe etiam audacem, fugat hoc terretque poëtam,
Quod numero plures, virtute et honore minores,
Indocti ſtolidique, et depugnare parati,
Si diſcordet eques, media inter carmina poſcunt
Aut urſum aut pugiles: his nam plebecula gaudet.
Verum equiti quoque jam migravit ab aure voluptas
Omnis ad incertos oculos et gaudia vana.

Quatuor

180 Subr. ac *Bentl. ex MSS.* aut *MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G.* 184 decertare *S.* 186 plaudit *Lamb. Boſ. Sax.* 187 Equitis, *MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 188 inceſtos *conj. Cun.*

179 Comice *ſic* pro *tam*, uti aliis in locis. BAX.

180 *Subruit*; ſubvertit, proſternit humi. BAX.

Bentleius *ac* [pro *aut*,] quod magni non eſt faciendum. Ego tamen illud probaverim, quod ſit commendatum a magno Bentleio. BAX.

Reficit; recreat. BAX.

Valeat res ludicra; abeat quo velit Comœdia, vel pereat: & *rem ludicram* elevando dicit. BAX.

181 *Palma neg. macr. don. red. opim.* macrum oppoſuit opimo, ſic epiſtola 1, 2, 57. *Invidus alterius rebus macreſcit opimis.* Valeat (inquit) ſtudium poeticum, quod in comœdiis & tragœdiis ſcribendis ponitur, ſi victus dolore contabeſcam, victor nitido, & bene habito corpore futurus ſum. LAM.

Palma negata macrum; h. e. *nihil mihi cum ea ſit, ſi propter palmæ folia vivam afflictus.* Vet. Schol. BAX.

Opimus dicitur qui abundat pinguedine; & mira Hyperbole *macrum* poſuit & *opimum* pro *triſtem & lætum*. BAX.

182 *Audacem*, minime puſillanimum. BAX.

Fugat; tergiverſari cogit, ſeu propoſito ſuo cedere. BAX.

183 *Virtute & honore*; h. e. ſapientia & dignitate. BAX.

184 *Depugnare*, ad manus venire. BAX.

185 *Eques*, Enallage Numeri. BAX.

186 *Aut urſum, aut pugiles*; *Recte, quia adhuc Amphitheatri uſus non erat, & in eadem cavea etiam ferarum gladiatorumque munera ſpectabantur.* Vet. Schol. BAX.

His; talibus ſupple nugis. BAX. Vid. Sat. 1, 10, 76. GES.

Gaudet. ſic habet cod. Bland. antiquiſſ. cum Mart. Diu. Sil. tres reliqui Bland. habent, plaudet; unicus autem Tonſ. habet plaudit, ſine ulla litura, quod mihi placet in primis. CRUQ.

Conf. Terent. Prol. in Hecyram. Ipſe Auguſtus plebis cupiditatem aluit et variis ſpectaculis edendis animos multitudinis demulſit, & ipſe cupide ſpectavit. Vid. Sueton. Octav. Cap. 43, ſeqq. ZEUN.

187 Verius Bentleius. *Equiti* [quam *Equitis*] etſi de ſola ſua conjectura. BAX.

188 *Incertos*, fallaces. *Secundum Academicos, qui contendunt oculos noſtros in multis falli, & in pluribus rebus certius eſſe quod auditur.* Vet. Schol. Neſcio cur Bentleius maluit *ingratos oculos* quam *incertos*. BAX. *Incertos* interpretor primo fluctuantes, dubios, diſtractos, propter varietatem, ut in *cœna dubia*

Sat.

Quatuor aut plures aulæa premuntur in horas,
Dum fugiunt equitum turmæ peditumque catervæ;
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis,
Eſſeda feſtinant, pilenta, petorrita, naves;
Captivum portatur ebur, captiva Corinthus.
Si foret in terris, rideret Democritus; ſeu
Diverſum confuſa genus panthera camelo,
Sive Elephas albus vulgi converteret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipſis,
Ut ſibi præbentem mimo ſpectacula plura.

Scriptores

198 nimio ſp. riſu *S.*

Sat. 2, 2, 77: tum ignaros, quid videant, docendos demum ab aliis. Conf. mox v. 205. Ges.

Vana, inania. Bax.

189 *Aulæa premuntur*; *per Aulæa Comœdiam ſignificat. Tropus* Μετωνυμία. Vet. Schol. *Aulæa quoque in ſcena in terra ſternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica Regia Romam uſque perlatus.* Donatus. Bax. *Aulæa premuntur*, demittuntur, ut aperta ſit ſcena, contra hodie *tolluntur* ab imo ad ſummum eadem de cauſa. Nempe in ſcena theatri traducebantur tunc v. g. *ſexcenti illi muli, cetrarum tria millia, armatura varia peditatus & equitatus*, de quibus Cic. fam. 7, 1. Ges.

190 *Dum fugiunt*; h. e. *Dum populo bellorum ſimulachrum monſtratur, & ad poſtremum Pompa ducitur triumphalis.* Vet. Schol. Pyrrichen ſaltatum fuiſſe putavit Interpres Cruquianus, quod in medio relinquimus. Bax.

191 Manibus trahitur. Cun.

Regum fortuna; Periphraſis pro ipſis Regibus. Triumphus hic erat Gallicus. Bax. Non peculiarem triumphum ſignat, ſed pompam triumpho ſimilem, ludis, in ſcena theatri, exhibitam. Nihil eſt melius, quam conferre Ciceronis epiſtolam ad Marium. 7, 1. Ges.

192 *Eſſeda*; *Gallorum vehicula quibus tantum victi Reges vehuntur*; *pilenta quibus captæ Reginæ*; *Petorrita*; *quibus familia Regum*; *Naves, quibus in navali bello victi.* Vet. Schol. Bax.

193 *Captivum portatur ebur, captiva Corinthus*; eburnea atque Corinthia vaſa & ſigna. *Corinthum ponit pro vaſis Corinthiis.* Vet. Schol. Apage eburneam Corinthi a Mummio captæ imaginem, quod miror poſt Dacerium placuiſſe viro docto Ludovico Deſprez. *Captiva Corinthus*, μιγαλοσομία. Vet. Schol. Deridet enim puerilem Pompæ ſuperbiam. Bax.

195 *Panthera camelo:* panthero-camelum ſeu camelo-pardalin dicit, Itali *Giraffam* vocant. *Figura eſt ut camelus*; *ſed maculis ut Panthera.* Varro. Bax.

Cervus camelo-pardalis. Linn.

196 *Elephas albus* rarum nunc quoque animal, cujus poſſeſſione in titulis ſuis Siamenſium tyrannus glorietur. Ges.

Elephas maximus. Linn.

Nihil opus fuerat Bentleium mutare *converteret* in *converterit*, in tantillo Temporum diſcrimine. Forſan tamen rectius eſt *converterit*, quod ita legerit Priſcianus. Certe imperiti Librarii ſæpiſſime peccant in Vocalibus. Bax.

198 *Præ-*

Scriptores autem narrare putaret aſello
Fabellam ſurdo: nam quæ pervincere voces
Evaluere ſonum, referunt quem noſtra theatra?
Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuſcum:
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, et artes,
Divitiæque peregrinæ; quibus oblitus actor
Cum ſtetit in ſcena, concurrit dextera lævæ.
Dixit adhuc aliquid? ¶ Nil ſane. ¶ Quid placet ergo?
¶ Lana Tarentino violas imitata veneno.
Ac ne forte putes me, quæ facere ipſe recuſem,
Cum recte tractent alii, laudare maligne;

Ille

200 & ſurdo *aliquis ap. Cun.* 204 oblitus auctor *MSS. Mus. Br. B. B.* 208 Et ne *MS. Mus. Br. D.*

198 *Præbentem mimo.* Diu. Tonſ. Mart. Sil. cod. habent, mimum. quæ lectio videtur anteponenda vulgatæ. Bland. antiquiſſ. legit, nimio. quod nec diſplicet. ſed diſpiciat lector peritus. reliqui lib. ſcripti ſequuntur vulgatam lectionem. CRUQ.

199 *Scriptores*, Poetas. BAX.

Narrare aſello fabellam ſurdo; Proverbium Græcum eſt, Ὄνῳ τίς; λέγει μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἰκίνει. Lambinus. BAX. *Fab. & ſurdo* tanto minus probare poſſum, quia vehementia ineſt ſi ut *ſurdus* non audiat, & tanquam *aſinus*, ſi audiat, tamen non intelligat. GES.

200 *Nam quæ pervinc. voc. &c.* id eſt, quis hiſtrio tantum vocem contendat, ut populi ſtrepitum, & clamorem ſuperare poſſit? ſic in epiſt. de arte poet. 81 de iambo, *& populareis Vincentem ſtrepitus.* LAM.

Voces, Scenicorum ſcilicet. BAX.

201 *Referunt*, per echo repercutiunt. BAX. Quin *theatra* ſ. ſpectacula hominibus inquietis & turbulentis plena, verbo ipſi ſpectatores, reddunt ſonum ita turbulentum, quem vincere ſcenicorum voces non poſſunt. Non de imagine vocis ſ. echo ſermo eſt, ſed de immodeſtorum ſpectatorum tumultu. GES.

203 *Ludi*, Comœdiæ. BAX.

Artes, Phrygionios dicit & purpureos habitus Scenicorum. BAX.

204 *Oblitus*, ad aureas veſtium picturas retulit. BAX

205 *Concurr. dext. lævæ.* plauſus a populo datur, non propter actoris orationem, quippe qui nihil dum dixerit, ſed propter ejus veſtitum atque ornatum ſupervacaneum, & nimis elegantem, & luxurioſum. eſt autem hic tralatio. paullo aliter dixit ſat. I. 1, 7. *quid enim? concurritur; horæ Momento aut cita mors, &c.* LAM.

Concurrit dextera lævæ; plauſus datur priuſquam aliquid dicatur. Vet. Schol. Cruq. BAX.

207 *Violas imitata*; lanthina veſtis. BAX. *Veneno*, pharmaco, fuco, pigmento. BAX.

208 *Recuſem*, detrectem. BAX. Non poſſim, ut mox, 259, it. A. P. 39. GES.

209 *Maligne*; invide, parce. BAX.

210 *Ille*

Ille per extentum funem mihi posse videtur
Ire poëta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falsis terroribus implet,
Ut magus; et modo me Thebis, modo ponit Athenis.
Verum age, et his, qui se lectori credere malunt,
Quam spectatoris fastidia ferre superbi,
Curam redde brevem; si munus Apolline dignum
Vis

216 *pro* redde, impende *Bentl. ex MSS.*

210 *Ille per extentum*; dicit se non magis invidere Latino comico, quam funambulo, qui dum stolidæ plebeculæ gratificari studet, cervicis suæ periculum adire non veretur. *In Comœdia maxime claudicamus* inquit Quinctilianus 10, 1, p. 913. Interpretes ad unum falluntur dum serio laudare putant. Bax.

211 *Inaniter*; levi vel nulla de causa. Bax.

212 *Falsis*; inanibus. Bax.

213 *Magus*; præstigiator, qui monstra commendat fidei. Bax.

Modo me Thebis; non solum in characteribus peccat, sed & obliviscitur loci ubi Scena sit. Bax. Plautus certe sæpe obliviscitur se fabulam palliatam dare, & subito Atticis Athenis relictis Romam transfert spectatorem. *Thebæ* scena Tragœdiarum propter familiam Cadmeam & Oedipi, ibidem Amphitruo Plautina agi fingitur &c. Ges.

214 *Verum age, et iis, qui.* Varie explicatur hic locus: uno modo sic: Verum age (inquit) Auguste, etiam poetas, qui fabulas scribere nolunt: neque spectatorum fastidium, ac superbiam ferre possunt, sed se lectori committere malunt, cura libera, aut certe eorum curam minue. Nam quam vis sit eis res cum lectore, non cum spectatore, non tamen iccirco sine magno sui nominis, famæque existimationis periculo scribunt. Præterea varia sunt hominum judicia: neque idem scribendi genus probant omnes. Excitandi igitur tibi sunt poetarum animi, magnisque præmiis invitandi, ut vel neglectis, vel superatis tot difficultatibus, sese totos ad scribendum conferant. atque in hac explicatione, *reddere brevem*, est efficere brevem. Alio modo sic: diligentius attende, & considera, qui poëtæ probandi sint, qui non: non nihil cogitationis, & curæ confer in hanc rem, ut attendas, & judices, qui poëtæ tanto nomine digni sint, qui contra indigni: quam quidem explicationem videtur sequi Porphyr. ego autem non probo. nam hoc *reddere curam brevem* tale potius videtur esse, quale illud apud. T. Livium lib. 27, 2. *brevem illi lætitiam, qua exsultet, facturum.* Postremo sic: Verum age, Auguste, etiam iis poetis, qui se lectori committere, quam spectatoris fastidium ferre malunt, redde aliquantum curæ: id est hos poetas, qui legi sua scripta, quam audiri, & spectari malunt, redde aliquanto magis sollicitos, & diligentes & timidos, quam sunt. Nam nunc quidem nimis securi, negligentes, atque audaces sunt: neque satis magnam curam ad scribendum conferunt, &c. atque hæc explicatio mihi magis placet. verum tamen judicet lector. Lam.

216 *Curam redde brevem*; habe illorum aliquam rationem. Bax. *Redde*, ut indicet, illum non nunc primum ea de re cogitare. Ges.

Munus Apolline dignum. Templum dicit Apollinis Palatini cum Bibliotheca. Bax.

217 *Addere*

Vis complere libris, et vatibus addere calcar,
Ut ſtudio majore petant Helicona virentem.
Multa quidem nobis facimus mala ſæpe Poëtæ,
(Ut vineta egomet cædam mea) cum tibi librum
Sollicito damus, aut feſſo; cum lædimur, unum
Si quis amicorum eſt auſus reprehendere verſum;
Cum loca jam recitata revolvimus inrevocati:
Cum lamentamur, non apparere labores
Noſtros, et tenui deducta poëmata filo:
Cum ſperamus eo rem venturam, ut, ſimul atque
Carmina reſcieris nos fingere, commodus ultro
Arceſſas, et egere vetes, et ſcribere cogas.
Sed tamen eſt operæ pretium cognoſcere, quales
Ædituos habeat belli ſpectata domique
Virtus, indigno non committenda poëtæ.

Gratus

227 Carmina neſcieris *MS. Mus. Br. G.* 228 Accerſas *MSS. Mus. Br. B. C. D. G.* 229 *Hic inſeri vult Da. Heinſius verſus Epiſt.* 2, 87—140 *recte refutatus a Bentleio.*

217 *Addere*, admovere. Bax.

220 *Ut vineta egomet cædam mea Proverbium in eos qui ſibi volentes nocent.* Vet. Schol. Cruq. Satyrice hæc in ſe atque in Auguſtum: nam erat Auguſtus moroſulus natura. Bax.

223 *Revolvimus*, & per hoc relegimus. Bax. *Inrevocati*; ubi nemo jubet ut revolvamus. Tres autem Torrentii Codices legerunt *Inrevocati*, ut ſupra *inrevocabile*, quod antiquitatem ſapit. Bax. Mihi illa orthographia videtur ſapere acumen Grammaticorum ſæculi ſequioris, poſt Quinctilianum certe *Revocare* ſignificat jubere ut denuo legatur, pronuntietur, quod jam lectum pronunciatum eſt. Ges.

225 *Et tenui ded. poem. f.* id eſt, poemata ſummo ſtudio, acerrimoque ingenio elaborata. *tenui* igitur, id eſt, ſubtili. tralatio enim eſt a lino, ſeu lana, quæ carpitur, & digitis trahitur, ac deducitur. Lam.

227 *Commodus*; comis, ſuavis. Bax. *Ultro*, non expectata commendatione. Bax.

228 *Arceſſas*; *Secundum Priſcianum arceſſo venit ab arcio, quod nunc dicimus adcio: quia antiqui dicebant ar pro ad.* Vet. Scholior. Compilator. Bax.

229 *Sed tamen*, nihilominus. *Bene & ſubtiliter tetigit Cæſarem quaſi negligentem Poetarum.* Vet. Schol. ex MS. Stephani. Bax.

230 *Ædituos*, *Narratores*: *Æditui enim templorum ac numinum, quibus inſerviunt, & ſacrorum originem advenis & ignorantibus narrant.* Vet. Schol. Æditui dicti quod ædes tueantur. Ἱερομνήμονας puto dici, magis quam Νεωκόρους. Bax.

Belli ſpect. domique. epiſtola 1, 20, 23. *Me primis urbis belli placuiſſe, domique.* Lam.

231 *Virtutem*

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui verſibus et male natis
Rettulit acceptos, regale nomiſma, Philippos.
Sed veluti tractata notam labemque remittunt
Atramenta, fere ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt. Idem rex ille, poëma
Qui tam ridiculum tam care prodigus emit,
Edicto vetuit ne quis ſe, præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia. Quod ſi
Judicium ſubtile videndis artibus illud
Ad libros et ad hæc Muſarum dona vocares,
Bœotum

234 numiſma *MSS. Mus. Br. B. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

231 *Virtutem* per Proſopopœiam poſuit pro ipſo Auguſto. Bax.

233 *Incultis & malo natis*; *neque arte, neque natura compoſitis*; *& deeſt Pro.* Vet. Schol. Bax.

Male natis: non dixit male factis, ſed male natis, ut oſtendat, invita (ut dicitur) Minerva, id eſt, repugnante natura eſſe factos. Nam (ut ſcribit M. Tull. pro Arch. Poet. 8.) *ſic a ſummis hominibus, eruditiſſimiſque accepimus, ceterarum rerum ſtudia & doctrina, & præceptis, & arte conſtare: poëtam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari.* Lam.

234 *Mire retulit acceptos, tanquam diceret legitime vendidit.* Vet. Schol. Nam, acceptos nummos in codicem retulit. Bax.

Philippos; *acceperat pro ſingulis verſibus ſingulos Philippeos.* Vet. Schol. Aureos ſcilicet. Et optimi Codices pro *Numiſma* habent *Nomiſma*; quod & Vet. Schol. ſequitur. Bax.

235 *Sed* minus prudenter fecit Alexander; quia, quemadmodum atramenta manibus contrectata maculant manus, ſic mali poetae dedecorant gloriam rerum geſtarum. Zeun.

236 *Atramentum olim erat infamiæ ſymbolum.* Cruquius. Bax. Nihil puto aliud velle, quam Car. 1, 6, 12. *Laudes deterere culpa ingenii.* Ges.

237 *Splendida facta linunt*: res præclare geſtas, & laudabiles inquinant, & contaminant. ſic plautus Moſtell. 1, 3, 102. *una opera ebur atramento candefacere poſtules.* Lam.

240 *Alius Lyſippo*; Helleniſmus, de quo ſupra ad 1, 16, 20. Bax.

Duceret, per Catachreſin, tanquam de imagine cerea. Bax. Sed etiam ad ea, quæ malleo elaborantur, pertinet, τὰ ὁλοσφύρατα, de quo genere Plin. 33, 4 ſ. 24. Ges.

243 *Vocares*, revocares, vel conferres. Bax. Senſus eſt: Si Alexandri judicium,

Bœotum in craſſo jurares aëre natum.
At neque dedecorant tua de ſe judicia, atque
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt,
Dilecti tibi Virgilius Variuſque poëtæ:
Nec magis expreſſi vultus per aënea ſigna,
Quam per vatis opus mores animique virorum
Clarorum apparent. Nec ſermones ego mallem
Repentes per humum, quam res componere geſtas,
Terrarumque ſitus et flumina dicere, et arces
Montibus impoſitas, et barbara regna, tuiſque
Auſpiciis totum confecta duella per orbem,
Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Ianum,
Et formidatam Parthis te principe Romam; [vum
Si, quantum cuperem, poſſem quoque: ſed neque par-
Carmen

247 Varuſque *MSS. Mus. Br. B. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

quod tam acre fuiſſe videtur in cognoſcenda artis pingendi fingendique præſtantia, æſtimares ex eo, quod de poeticæ præſtantia tulit: eum ſtupidum & hebetem fuiſſe, jurares. ZEUN.

244 *Bœotum in craſſo*; notum eſt Proverbium Βοιωτία ὗς, cujus meminit Pindarus (Ol. 6, 152.) BAX. Add. Juven. 10, 50. GES.

246 *Tulerunt*; *acceperunt, quia jam bis ſingulis donaverat Auguſtus decies ſeſtertium.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

247 *Variuſque* Blandin. antiquiſſ. cum Mart. Buſl. Tonſ. Diu. Sil. habent Varuſque: reliqui conſonant vulgatis. CRUQ.

248 *Expreſſi*, ad vivum efficti. BAX.

249 Moreſque animique. CUN.

250 Excuſatio ſuaviſſima, qua pulchrius laudatus eſt Auguſtus, quam totis forte mille tum poetarum carminibus. GES.

Sermones Satyras ſuas dicit & Epiſtolas, utpote communi ſermone ſcriptas. BAX.

251 *Geſtas*; ſuſceptas, incœptas, adeoque peractas. BAX.

252 *Arces montibus impoſitas: conditas a Cæſare civitates dixit.* Vet. Schol. Ad muniendos ſcilicet Imperii fines. BAX.

254 Auſpiciis Imperatorum Legati militabant, nunquam ſuis. BAX.

255 *Clauſtraque*; *Iani Gemini Templum ac Portas Belli, pacato orbe terrarum, ſolus clauſerat Cæſar Auguſtus.* Vet. Schol. BAX.

257 *Si quantum cuperem*; *& hoc vetus eſſe dictum Ariſtarchi ferunt qui cum multa reprehenderet in Homero aiebat*; *Neque ſe poſſe ſcribere quemadmodum vellet*; *neque velle quemadmodum poſſet.* Vet. Schol. BAX.

258 *Recipit*,

Carmen majeſtas recipit tua, nec meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recuſent.
Sedulitas autem, ſtulte quem diligit, urget;
Præcipue cum ſe numeris commendat et arte:
Diſcit enim citius meminitque libentius illud
Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur.
Nil moror officium quod me gravat: ac neque ficto
In pejus vultu proponi cereus uſquam,
Nec prave factis decorari verſibus opto:
Ne rubeam pingui donatus munere, et una
Cum ſcriptore meo capſa porrectus aperta,
Deferar in vicum vendentem thus et odores,
Et piper, et quidquid chartis amicitur ineptis.

EPIS-

261 numeris cum ſe *MS. Mus. Br. F.* 266 fictis *MS. Mus. Br. D.* 268 operta *G. Z. Cun. MSS. Mus. Br. B. C. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

258 *Recipit*, admittit.

259 Vires quam. Cun.

260 *Sedulitas*; obſequendi ſtudium. Bax. *Stulte*, prave. Bax.

Urget; premit, onerat, odio eſt. Bax. Ut Ser. 2, 3, 30 *Lethargicus pugil factus medicum.* Ges.

261 *Arte*, ſupple *Poetica*. Bax.

264 *Nil moror off.* nihili facio, contemno, ac pro nihilo puto, ut ſup. epiſt. 1, 15, 16. ad Valam, *nam vina nihil moror illius oræ.* hæc eo pertinent, ut oſtendat, indoctorum poemata non admodum eſſe claris, & laudatis viris expetenda, quippe quæ dedecori ſint potius, quam ornamento. Lam.

Quod me gravat: quod mihi oneri, vel odio ſit futurum, vel etiam rubori. Bax.

265 *Ac neque ficto In pejus vultu*, &c. id eſt, quemadmodum nolim imaginem mei ex ære, aut cera fingi, atque in publico proponi, quæ me ore deformiore referat, quam ſim natura: ſic neque ab indocto poeta laudari velim. *vultu in pejus ficto*, id eſt facie ita ficta, ut deformior ſit imago, quam vera figura. Lam.

Proponi; *in publico poni*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

267 *Pingui*, craſſo filo deducto. Bax. *Una cum ſcriptore meo*; *ideo quia in eodem libro & ſcriptoris nomen eſt, & ejus de quo ſcribitur*. Vet. Schol. Bax.

268 *Porrectus*; *quaſi mortuus in feretro*. Vet. Schol. Et melius *aperta* quam *operta* quod mortui nudato vultu efferebantur. Atque hanc ſcripturam probaverunt Badius, Lubinus & Stephanus. Bentleius tamen nulla de cauſa ſervavit in Edito *operta*. Bax. *Aperta* mihi etiam hoc nomine magis placet, quod videntur magis negligi, quæ aperta capſa feruntur. Ges.

269 *In vicum v. t.* Fuit Romæ in regione fori Romani *vicus thurarius*: ut & *unguentarii*

EPISTOLA II.

AD JULIUM FLORUM.

FLORE, bono claroque fidelis amice Neroni,
Si quis forte velit puerum tibi vendere natum
Tibure vel Gabiis, et tecum ſic agat; Hic et
Candidus, et talos a vertice pulcher ad imos,
Fiet eritque tuus nummorum millibus octo,
Verna miniſteriis ad nutus aptus heriles;
Litterulis Græcis imbutus, idoneus arti
Cuilibet; argilla quidvis imitaberis uda:
Quin etiam canet indoctum, ſed dulce bibenti.

Multa

8 *Melius legimus* imitaberis, *ut eſt in veteribus exemplaribus, Comment. Cruq.* imitabitur *G. & primæ editt.* mutabitur *S.* imitabitur *MSS. Mus. Br. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

tarii duo; major & minor. hos puto innuere Horatium. TORR.

In vicum vendentem; *in vicum Thurarium* Vet. Schol. BAX.

ARGUMENTUM. *Suaviter garrit cum amico, & oſtendit ſe nactum quod avebat poeticæ nuntium remittere, & ad priſtinum Philoſophiæ ſtudium ſe recipere.* BAX.

1 *Amice*; cliens, comes. BAX.

Neroni, Tiberio. BAX.

3 *Tibure vel Gabiis*; ruris vernam, & per hoc, moribus aliquantum incomtis. BAX.

Sic agat; *his verbis tecum contractet.* Vet. Schol. BAX.

Hic & Candidus, &c. verba ſunt venditoris, uſque ad illum verſum, *ille ferat pretium.* LAM.

4 *A vertice ad talos* Proverbiali forma dicitur. BAX.

5 *Fiet eritque tuus*; garrulitate placere ſtudet, & Juris conſultos deridet. BAX.

Nummorum, ſeſtertiorum. BAX.

6 *Verna miniſteriis ad nut. apt.* ſervus ex ancilla mea natus, aptus miniſteriis ad nutus domini, id eſt, qui eum ex nutu domini voluntatem intelligat, tum omnia miniſteria uſitata apte & concinne obire poſſit. LAM.

Miniſteriis, cœnarum ſcilicet & conviviorum. BAX.

8 *Argilla quidvis*, h. e. Efficies de eo quod tu volueris: in quamvis formam flexeris. Proverbialis & Allegorica Elocutio eſt. Sic & Perſius (3, 23) *Udum & molle lutum es.* BAX. Horatianum eſt comparandi voces omittere, & ſimpliciter ponere ſimilitudines, inſtar metaphorarum. GES.

9 *Bibenti*

Multa fidem promiſſa levant, ubi plenius æquo
Laudat venales, qui vult extrudere, merces.
Res urget me nulla; meo ſum pauper in ære:
Nemo hoc mangonum faceret tibi: non temere a me
Quivis ferret idem; ſemel hic ceſſavit, et, ut fit,
In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.
Des nummos, excepta nihil te ſi fuga lædit.
Ille ferat pretium, pœnæ ſecurus, opinor.

¶ Prudens

11 excludere *Cun. & MSS. & Mus. Br. D. F.* 16 lædat *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 17 ferret *MS. Mus. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

9 *Bibenti*; ubi aliquantum potus quis fuerit. Bax.

10 *Levant*; elevant, minuunt. Bax.

11 *Qui vult extrudere.* id eſt, qui emtorem quærit, in quem merces ſuas a ſe transferat. qui vult quamprimum pretium mercibus venditis, & in emtorem tranſlatis accipere. qui vult quamprimum merces vendere. mendoſe habent quidam libri, etiam manuſcripti, *excludere*. Lam.

12 *Meo ſum pauper in ære.* id eſt, quamvis pauper ſim, nullo tamen ære alieno premor. nihil cuiquam debeo. ſic loquitur fere M. Tull. verr. de ſignis. Orat. 9, 6. *Video hominem non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis eſſe, ac ſemper fuiſſe.* Idem pro Roſc. Comœdo, 13. *Egebat? immo locuples erat. debebat? immo in ſuis nummis verſabatur.* Lam.

Meo ſum pauper; *pauper quidem ſum, ſed nulli quidquam debeo.* Vet. Schol. Bax. Nempe qui ſuo in *ære* pauper eſt, non habet *alienum*, quod illum urgeat. Ges.

13 *Hoc faceret tibi*; ut ſimpliciter narraret tibi tantillum vitii. Bax.

14 *Ferret*, auferret. Bax. Neque alius mango tibi præſtaret, quod ego: neque ego cuivis, quod tibi: duplex commendatio integritatis. Ges.

Semel hic ceſſavit; *ſimpliciter & leniſſime fatetur fugitivum.* Vet. Schol. Bax. *Ceſſare* hic & Art. P. 357 eſt ἐλλείπειν, delinquere, omittere aliquid officii ſui Ges.

15 *In ſcalis*; *Ordo eſt, metuens habenæ pendentis in ſcalis.* Vet. Schol. *Impuberes, teſte Ulpiano, habena vel ferula plectebantur.* Torrentius. Bax. Non eſt quod fidem hic habeamus ſcholiaſtæ. *In ſcalis* latendi eſſe opportunitates, vel Clodii nos factum docet, qui *fugiens in ſcalarum ſe tenebras abdidit* Cic. pro Mil. c. 15. Extenuat factum pueri mango, qui non plane fugitivus ſit, ſed modo in proximo delituerit, dum deferveſceret ira domini. *Habena*, ut hodie lora ſtapedum, adhibita ad pulſandum. Ulpia. l. 1. §. 33. ff. de SC. Silan. *Impuberes — terreri tantum ſolent, & habena vel ferula cædi.* De tormentorum quæſtione ſermo eſt. Verum ipſe Ovid. Epiſt. 9, 81. Herculem ab Omphale ſua *ſcuticæ habenis tremefactum canit.* Ges.

16 *Des nummos*; age da, fine videam tuos nummos. Bax.

Magis placuit *lædit* quam *lædat*; atque hæc ſcriptura eſt antiquiſſimi Cruquiani Codicis. *Lædit*, offendit. Bax.

Excepta nihil te ſi f. læd. ſi non offendaris ſervi fuga, quam ego tibi aperui, ac pronuntiavi, & ideo præſtare nolo, ſi forte te domino fugerit. Excepta igitur, id eſt, quam ego excepi, ne eam præſtem, ſi forte fugerit. hunc ſervum enim affirmavi tibi omni vitio, & morbo carere, præterquam quod ſemel fugit. Lam.

17 *Ferat*

¶ Prudens emiſti vitioſum; dicta tibi eſt lex:
Inſequeris tamen hunc, et lite moraris iniqua.
¶ Dixi me pigrum proficiſcenti tibi, dixi
Talibus officiis prope mancum; ne mea ſævus
Jurgares ad te quod epiſtola nulla veniret.
Quid tum profeci, mecum facientia jura
Si tamen attentas? Quereris ſuper hoc etiam, quod
Exſpectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles collecta viatica multis

Ærumnis,

22 rediret *G. Bos. Sax. Med.* 1477. *Flor. & MSS Mus. Br. A. B. C. F. G.*

17 *Ferat*; poſſit auferre; vel accipere. Bax.

Pœnæ ſecurus; redhibendi metu, quod non dixerit vitium. Bax.

18 *Prudens emiſti vitioſum:* ſciens emiſti ſervum, quem fugiſſe tibi dixi. Verba ſunt Horatii ad emtorem, per quem, Florum ſignificat, ac deſcribit. ſe autem cum ſervo vitioſo ea lege vendito comparat. Lam.

Dicta tibi eſt Lex. id eſt, ea lege tibi ſervus venditus eſt, eo pacto, ea conditione. lex venditionis, id eſt, pactum & conditio venditionis. verbum *eſt*, abeſt a duobus cod. Vatic. Raïnut. Card. Tornes. Clericano. & verisimile eſt fuiſſe a librariis adjectum. Lam.

Dicta tibi eſt lex; ita enim legimus in Bentleii edito Libro pro eo quod in aliis eſt *dicta tibi lex.* Atque hoc quidem fecit contra conſuetum ſibi morem: nam inutilia & trahentia omittere ſolebat. *Eſt* autem hoc loco videtur haud inconcinne interpoſitum. Bax.

19 *Hunc*; callide demonſtrat ſe digito, tanquam notæ fidei homuncionem. Bax.

Moraris; detines: leni Charientiſmo pro inquietas. Bax.

20 *Dixi me.* nunc totum illum ſuperiorem ſermonem ad ſe, & ad Florum accommodat. Lam.

21 Mancum prope. Cun.

Mancum; manu debilem & inutilem, paralyticum altera manu. Bax.

Sævus; immaniter iratus. Bax.

22 *Veniret.* Libb. mss. pæne omnes *rediret* legunt. & recte quidem, ut arbitror. Torr.

Veniret. 4. Blandin. Tonſa. Martin. habent, rediret. judicet lector. Cruq.

Rediret magis placet, quam *veniret. Venit* epiſtola etiam ejus qui ultro ſcribit: *redit* ejus, qui reſpondet ad ſe miſſis amici literis. Pigrior, cujus non *redit* epiſtola. Ges.

23 *Quid tum profeci? prædicendo vitium meum.* Vet. Schol. Bax.

Mecum facientia. quæ me adjuvant, quæ meæ defenſioni ſuffragantur. ſupra epiſt. II, 1, 68. *& mecum facit, & jove judicat æquo.* Lam.

Mecum facientia; *quæ pugnant a me.* Landinus. Bax.

24 *Attentas*; *ſolicitas.* Vet. Schol. Experiris. Bax.

Super hoc, ἐπὶ τούτῳ, Cruquius. Bax.

26 *Collecta viatica*; prædando ſcilicet Viaticum viæ ſubſidium eſt. Bax.

27 Noctu

Ærumnis, laſſus dum noctu ſtertit, ad aſſem
Perdiderat: poſt hoc vehemens lupus, et ſibi et hoſti
Iratus pariter, jejunis dentibus acer,
Præſidium regale loco dejecit, ut aiunt,
Summe munito, et multarum divite rerum.
Clarus ob id factum, donis ornatur honeſtis;
Accipit et bis dena ſuper ſeſtertia nummûm. 160 Libr. Angl.
Forte ſub hoc tempus caſtellum evertere prætor
Neſcio quod cupiens, hortari cœpit eundem
Verbis, quæ timido quoque poſſent addere mentem.
I, bone, quo virtus tua te vocat; i pede fauſto,
Grandia laturus meritorum præmia: quid ſtas?
Poſt hæc ille catus, quantumvis ruſticus, ibit,
Ibit eo quo vis, qui zonam perdidit, inquit.

Romæ

28 Perdiderit *MS. Mus. Br. D.* 32 facti *Cun.* factus——ornatus *coll. Sax.* 36 mentis *Cun.*

27 Noctu dum. Cun.

Ad aſſem, Proverbiali ſermone dicimus, cum omnia amiſimus. Bax.

28 *Vehemens lupus*, ſupple *tanquam*, vel *factus*; ſic & Homerus, Λυκοὶ ὡς; ut ſit Proverbialis Elocutio. Bax.

29 *Acer*; calidus, vehemens. Bax.

30 *Præſidium regale*; Mithridatis Præſidium quod Tigranocertæ erat, uti ex Dione oſtendit Cruquius. Bax.

Loco dejecit; ſtatione ſua deturbavit. Bax.

32 *Donis: militaria dona, coronæ, torques & phaleræ.* Torrentius. Male nonnulli Codices legerunt *opimis* pro *honeſtis*. Bax. De hoc more Romanorum virtutem militarem ornandi Vid. Broukhuſ. ad Tibull. p. 23. Zeun.

34 *Prætor*; *ſignificat olim Duces Imperatores dictus, Præfectos Prætores. Valerianus Servilianus Præfectus erat exercitus.* Vet. Schol. Nam ipſe Lucullus Athenis agebat apud Brutum. Bax.

36 *Mentem.* Bland. antiquiſſ. habet mentis, & fortaſſe rectius, pro animis. Cruq.

Addere mentem; animos adjicere. Bax.

38 *Quid ſtas?* Quid hæres, vel dubitas? Bax.

39 *Catus*, lingua Sabina acutus eſt. Bax.

Ruſticus, & per hoc imperitus & rudis rerum. Bax.

Ibit pro *eat*, ἐν ᾠδῇ: nam Comica eſt Enallage. Bax.

40 *Qui zonam perdidit.* proverbium convenit in hominem pecuniæ inanem, & exhauſtum: natumque eſt a veteri militum conſuetudine, qui nummos in zona portabant. Gracchus apud Gell. lib. 15. *Cum Roma profectus ſum, zonas, quas plenas argenti extuli:*

Romæ nutriri mihi contigit, atque doceri
Iratus Graiis quantum nocuiſſet Achilles:
Adjecere bonæ paulo plus artis Athenæ;
Scilicet ut poſſem curvo dignoſcere rectum,
Atque inter ſilvas Academi quærere verum.
Dura ſed emovere loco me tempora grato;
Civiliſque rudem belli tulit æſtus in arma,
Cæſaris Auguſti non reſponſura lacertis.
Unde ſimul primum me dimiſere Philippi,
Deciſis humilem pennis, inopemque paterni
Et laris et fundi, paupertas impulit audax

Ut

44 vellem *ex MSS. Cun.* vell m *etiam MS. Mus. Br. C.* 46 amovere *MS. Mus. Br. F.*

extuli: *eas ex provincia inanes retuli:* quod item his verbis Plutarchus in Gracchis, μόνος δὲ των ϛρατευσα μένων πλῆρες τὸ βαλάντιον εἰσενηνοχὼς, κενὸν ἐξενηνοχέναι. Unde ſector zonarius apud Plautum ut βαλαντιοτόμος, id eſt, crumenæ ſector. LAM.

Zonam qui. CUN.

Qui zonam peraidit; *Ex fabula Græca ductum, athletæ qui zonam perdiderat.* Vet. Schol. BAX.

42 *Iratus Graiis*, ridicule Iliadem ſignificat. *Figurate ſævitiam Cæſaris Auguſti in adverſas partes videtur oſtendere.* Vet. Schol. BAX. Quin ſimpliciter argumentum Iliados, & initium Μῆνιν ἄειδε θεὰ, reſpicit. GES.

43 *Artis*, doctrinæ. BAX.

44 *Ut poſſem curvo dign. r.* Libri antiqui pæne omnes *vellem* pro *poſſem* legunt. TORR.

Curvo dignoſcere rectum; virtutem, quæ in medio duorum vitiorum eſt, ad rationis examen exigere. BAX. Non abſurde putat Dacerius, Geometriæ elementa hic intelligi, ſine quibus nemo tum apud Academicos philoſophabatur. Sanadonus his jam Romæ Flaccum eſſe imbutum, exiſtimat. GES.

45 *Quærere verum*; *jucunde hoc, quia quærunt verum, ut negent idem inveniri poſſe.* Vet. Schol. Hoc loco profitetur ſe Academicum. BAX.

46 Omnes fere MSS. legerunt *emovere* pro *amovere*. BAX.

47 *Æſtus*; tempeſtas, procella. *Et Brutus tunc Achaiam & Athenas tenebat, cui cognitus erat a ſtudio Philoſophiæ.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

50 *Deciſis humil. pennis.* bonis amiſſis demiſſum, triſtem, atque abjectum. *deciſis pennis* tralatio eſt ab avibus. ſic M. Tull. ad Att. lib. 4, 2. *Qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci.* Nonnulli libri vet. habent *pinnis*. LAM.

Deciſis humilem pennis; *ſignificat ſe proſcriptum fuiſſe.* Vet. Schol. Quantum debemus Auguſto quod proſcripſerit eum! BAX.

51 *Laris*, Metonymice pro domo, in qua *Lar* colitur. BAX.

Audax i

Ut verſus facerem: ſed, quod non deſit, habentem
Quæ poterunt unquam ſatis expurgare cicutæ,
Ni melius dormire putem quam ſcribere verſus?
Singula de nobis anni prædantur euntes;
Eripuere jocos, venerem, convivia, ludum;
Tendunt extorquere poëmata: quid faciam vis?
Denique non omnes eadem mirantur amantque:
Carmine tu gaudes; hic delectatur Iambis;
Ille Bioneis ſermonibus, et ſale nigro.
Tres mihi convivæ prope diſſentire videntur,
Poſcentes vario multum diverſa palato. [alter;
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod jubet

Quod

53 expugnare *e MS. Cun.* 56 ludos *Sax.* 62 nimium diu *Cun.* 63 quod tu *Bentl. ex MS.* petit alter *Sax.*

Audax; bonum paupertatis Epitheton: nam *Hominem experiri multa paupertas jubes*, ut ait Publius Mimus. Bax.

52 *Sed, quod non deſit, habentem.* ordo eſt, ſed quæ cicutæ poterunt unquam ſatis expurgare habentem me quod non deſit, id eſt, non poſſit deeſſe ad recte vivendum, ſeu id quod ſatis eſt ad vitam tranquillam. Cruq.

Quod non deſit; mire pro quantum non ſinat ut egeam. Bax.

53 *Cicutam poſuit pro helleboro.* Vet. Schol. Satyrice, ac ſi helleborum venenum crederet. Lambinus ex ingenio ſuo *Sicyie* repoſuit. Quantum eſt habere palatum! Bax. *Cicuta* ſummo gradu refrigerat. Vid. Plin. 25, 95. Ergo æſtum etiam illum & fervorem, quo Poëtæ caleſcunt, domare poteſt. Perſ. 5, 145 *calido ſub pectore maſcula bilis Intumuit, quam non exſtinxerit urna cicutæ. Expugnare* pro *expurgare* commodum huic rei videtur. *Cicuta* non *purgat* ut helleborum, ſed *pugnat* contra calorem. Ges.

54 *Melius dormire*, ſatis frequenti Proverbio hoc dicimus. Bax.

55 *Euntes:* decedentes, cum jam ſol noſter vergit in occaſum. Bax.

56 *Ludum*, Muſicam & Choreas. Bax.

57 *Tendunt*, nituntur. Bax. *Extorquere* poëmata, ut v. 139 *extorta voluptas*, auferre voluntatem ſcribendi. Ges.

Quid faciam vis? Cum ceſſet mens, deſint vires. Bax.

59 *Carmine*; Lyrico: etiam Epos accinitur Lyræ. Δότε μοι λύρην Ὁμήρου. Anacreon. Bax. *Iambos* etiam a *Lyricis* ſeparat Epiſt. 1, 19. 23 ſqq. Ges.

60 *Bioneis ſermonibus*; ita Satyram appellat a Bione Boryſthenite Philoſopho, qui neque diis, neque hominibus pepercit. *Sunt autem diſputationes Bionis Philoſophi, quibus ſtultitiam arguit vulgi, cui pene conſentiunt carmina Luciliana.* Vet. Schol. Alter hic erat Lucianus. Bax. Firmari hæc poſſunt ex Laërt. 4, 52. & quæ ibi Meibom. Ges.

Sale nigro; *lividis jocis.* Vet. Schol. Alias utebantur nigro ſale in conviviis. Vide Sat. 2, 4, 74. Bax.

Quod petis, id ſane eſt inviſum acidumque duobus.
Præter cetera, me Romæne poëmata cenſes
Scribere poſſe, inter tot curas, totque labores?
Hic ſponſum vocat, hic auditum ſcripta, relictis
Omnibus officiis: cubat hic in colle Quirini,
Hic extremo in Aventino; viſendus uterque;
Intervalla vides humane commoda. ¶ Verum
Puræ ſunt plateæ, nihil ut meditantibus obſtet.
Feſtinat calidus mulis gerulisque redemtor;
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum;
Triſtia

65 Romæne *omnes MSS. apud Cruq. G. Z. Med.* 1477. *F. Lamb. Steph. &c.* Romæ mene *Ald.* Romana *ſolus forte Baxt.* 68 valle *Sax.* Quirino *malit Heinſ. ad Ovid. Faſt.* 375. *it. Cun.* 70 Rerum *Cruq. ex MSS. conf.* v. 84.

63 Pro *tu quod* Bentleius poſuit *quod tu*, fortaſſe aliquanto dulciori ſono. Bax.

Jubet, optat. Δραματικῶ *Charactere tanquam ad ipſos convivas loquitur.* Vet. Schol. Bax.

65 *Præter cætera: omiſſis aliis rebus.* Vet. Schol. Quinetiam. Bax.

Neſcio cur in Bentleii edito Libro *Romæne* eſt pro *Romana*, nulla ſub auctoritate. Bax. Dormitavit vir Doctus. Vid. Var. Lect. Ges.

66 *Curas*, negotia, moleſtias. Bax.

67 *Sponſum*; *ut pro ſe ſpondeam.* Vet. Schol. Bax. Conf. Sat, 2, 6, 23. Ges.

Auditum ſcripta; Satyrice & παρὰ προσδοκίαν hoc intulit; quomodo & Juvenalis inter cæteras peſtes infert, [3, 9] *Auguſto recitantes menſe Poetas.* Bax.

68 *Officiis*, quæ inter amicos intercedunt: ut exempli gratia quæ ſequuntur. Bax.

Cubat, per Euphemiſmum pro ægrotat: alias *decumbit* dicitur. Bax.

70 *Humane*. tres Blandin. habebant humanæ, peræ diphthongum, ſed in duobus nota diphthongi ſubſcripta manifeſte cernitur eraſa. alii omnes habent humane, ſine diphthongo. Cruq.

Humane commoda; Comica Ironia hæc; humani enim cavere ſolent, ut dum potentes adeunt, juſtum intercedat intervallum, dum ſalutant. nos diceremus; *A pretty civil diſtance.* Bax. Ironiam ita intelligo: *intervalla* loci & viæ, inter *collem Quirinum* & *extremum Aventinum*, incommoda homini, vix equo facilia. Ges.

71 *Obſit*. ſic Tonſ. & Silv. quos ſequor ſine ullo periculo; & aptior eſt lectio, ut mihi apparet, quam obſtet, quam tamen non rejecto. Cruq.

72 *Calidus*, ſudans, properans. Bax.

Geruli ſunt qui portant neceſſaria ad fabricam. Vet. Schol. Bax.

Redemtor, ædium condendarum conductor. Bax.

73 *Torquet*, trochleis ſuis trahit. Bax.

Tignum, trabem. Bax. Vid. Juven. 3, 255. Ges.

74 Luc-

Triſtia robuſtis luctantur funera plauſtris;
Hac rabioſa fugit canis, hac lutulenta ruit ſus.
I nunc, et verſus tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat nemus, et fugit urbes
Rite cliens Bacchi, ſomno gaudentis et umbra:
Tu me inter ſtrepitus nocturnos atque diurnos
Vis canere, et contracta ſequi veſtigia vatum?
Ingenium, ſibi quod vacuas deſumſit Athenas,

Et

75 furit *MS. Mus. Br. F.* 77 urbem *MS. Mus. Br. C.* 80 contacta *G. S. Med.* 1477. *et MSS. Mus. Br. A. B. C. D. F. G.* cunctata *Cun. & Sax.* 81 ſqq. ſibi qui — Ut ſtudiis — taciturnior *Cun. ſolus.*

74 Luctantur robuſtis. Cun.

Funera; corpora feretris elata cum nigro Libitinariorum grege. Bax.

76 *Canoros*, ſublimes. Bax. Bene modulatos. Ges.

77 Mire *chorus*; quia in ſilvis Satyri & Nymphæ, Bacchi chorus, ſaltant; cujus in clientela ſunt & Poetæ. Bax. Conf. Epiſt. I, 19, 3. it. hic 104. Ges.

77 *Et fugit urbes. Urbem* malim, ut in pluribus mss. ut Romam dicat, non Stabios aut Ulubros, aut vacuum Tibur, & imbelle Tarentum. Torr.

78 *Umbra*; nemorum ſolitudine. Bax.

80 *Contracta*. Ego in ſeptem codicibus *contacta* ſcriptum repperi. Quam ſcripturam cum agnoſcant etiam interpretes, nihil equidem dubitandum, quin proba ac legitima ſit: ut quam proxime ſequatur eorum veſtigia qui vatum nomen meruere, ita ut tangere etiam & quod dicere ſolemus pedem pede premere videatur. Sunt qui *cantata* legant. Torr.

Contacta. Sic habent tres Blandin. Divæ. Toſ. Mart. Buſlid. Silu. quos ſecutus ſum. Blandin. antiquiſſ. legit cantata, quod mihi in primis placet cum hac annotatione, ab aliis prius dicta. Nann. codex habet cunctata. Cruq.

Contracta; arcta: nam preſſo & circumſpecto gradu incedunt: *ut ea ſequendo vix contigerit imitator*, inquit. Vet. Schol. Pro *contracta* Bentleius poſuit *non tacta*, levi vel nulla de cauſa: maxime hic turbatur ab imperitis Librariis. Antiquus tamen Interpres facit pro me, vel ſaltem ego pro illo. *Verba Togæ ſequeris, junctura callidus acri.* Perſius 5, 14. Apage *contacta* & *cantata*. Bax. Dacerius *contracta*, i. e. pene deleta. Sanadonus *cunctata*, incerta, dubia. Vet. Schol. videtur *contacta* legiſſe. Nihil melius vulgato *contracta* i. e. anguſta, quæ pauci ſequi poſſunt, ut στενὴ πύλη Matth. 7, 13. Ges.

81 *Ingenium, ſibi quod vacuas, &c.* hujus loci hæc ſententia eſt: ſi, qui Athenis in urbe tranquilliſſima, & quietiſſima ſeptem annos in ſtudio literarum, & philoſophiæ verſati ſunt, ſeniumque propemodum ex aſſidua lectione, & cura contraxerunt, ita plerumque hebetes, atque infantes evadunt, ut populo riſum moveant: qui fieri poteſt, ut ego in urbe negotioſiſſima, tot occupationibus, & curis diſtrictus, verſus lyricos ſcribam? argumentum eſt a minori, hoc modo: ex urbe quietiſſima & otioſiſſima exiſtunt homines muti, qui tamen inſenuerunt libris, neque ſtrepitu, aut turba, aut occupationibus impediti fuerunt, quo ſcriberent: quanto magis ex urbe Roma? vel quanto difficilius eſt in urbe Roma verſus ſcribere?

Et ſtudiis annos ſeptem dedit, inſenuitque
Libris et curis, ſtatua taciturnius exit
Plerumque, et riſu populum quatit: hic ego rerum
Fluctibus in mediis, et tempeſtatibus urbis,
Verba lyræ motura ſonum connectere digner?
Frater erat Romæ conſulti rhetor, ut alter
Alterius ſermone meros audiret honores;
Gracchus ut hic illi foret, huic ut Mucius ille.
Quî minus argutos vexat furor iſte poëtas?
Carmina compono, hic elegos; mirabile viſu

Ruhnken. in Fragm. Callimachi. I. p. 440.

Cælatum-

87 - 140 *Dan. Heinſius transfert ad* Epiſt. 2, 1, 229. *Boivinus ad* 118. *Utrumque refellit Bentl.* 89 Craſſus *pro* Gracchus *coni. Bentl.* huic ut M. ille *ſic* XL *editt. ap. Cun* hic - illi *al. & MSS. Mus. Br. A.B.C.D.F.G.* 90 verſat *Bentl. e coni.* miſerabile viſu *MS. Mus Br. B. C.*

Urbane autem & ſatyrice ſignificat, interdum immoderatum ſtudium, & immodicam librorum lectionem efficere homines ridiculos atque hebetes. LAM.

Ingenium; ego autem non me gero pro ingenio. Obiter Satyram ſtringit in umbratiles ſtudioſos. BAX.

82 *Inſenuit*; *impalluit*, *immortuus eſt*. Vet. Schol. ita enim legendum pro *immoratus eſt*. BAX. *Inſenuit* ut *inhumanæ Camœnæ ſenium* Epiſt. 1, 18, 47. GES.

83 *Curis*, ſtudiis. BAX.

Statua taciturnius; Proverbium eſt. Scite Neutrum pro Maſculino. BAX.

Exit, redditur, efficitur. BAX.

84 *Quatit*, concutit. BAX.

86 *Digner*, *condignum arbitrer*. Vet. Schol. Vin' tu ut populus me itidem derideat ut illum, per plateas meditantem? BAX.

87 *Frater*, h. e. tanquam juratus frater. Bentleius plurimum deſudat ut *Pactus* fiat de *Frater*, verum incaſſum. Hi coitione tantum erant *fratres*. BAX. Etiam ſi *fratres* ponas ſanguine: tamen poteſt *frater* etiam reduplicative poni, *Frater erat* adeo frater i. e. ſimilis, *ut* &c. Vid. Ser. II, 3, 244. GES.

87. Frater erat Romæ conſulti rhetor. — Wiſſ. Inc. Crit. 309. Auctor erat Romæ conſulto . . . .

Conſulti; juriſconſulti. lib. de arte poet. 369. *conſultus juris*, *& actor Cauſarum mediocris*. Od. I, 34, 2. *Inſanientis dum ſapientiæ Conſultus erro*. LAM.

88 *Honores*, eximias laudes. BAX.

89 Tiberius & Caius Gracchus, Corneliæ filii, dicendi gloria præcipui; contra Publius Mutius Juriſconſultus erat egregius. Bentleii Editio male *Mucius* pro *Mutius*. BAX. Quin MUCIUS libri, lapides, nummi, Græci. GES.

90 *Argutos*; ſonoros, ſublimes. BAX.

Vexat, agitat. Bentleius vitioſe *verſat*, atque ex mera ſua conjectura. BAX.

91 *Carmina compono*: ἴστω. loquitur autem Horatius non de ſe: ſed de ſtultis, & nimium ſua mirantibus poëtis, ſub ſua tamen perſona, ut minore invidia alios reprehendat, cum ne ſibi quidem parcere videatur: ut epiſt. 2, 1. 219. *Multa quidem nobis facimus mala ſæpe Poëtæ*. LAM.

Carmina compono, vult videri & ſe ipſum tangere. BAX. Ut per communicationem

tanto

Cælatumque novem Muſis opus. Aſpice primum,
Quanto cum faſtu, quanto molimine circum-
Spectemus vacuam Romanis vatibus ædem.
Mox etiam, ſi forte vacas, ſequere, et procul audi
Quid ferat, et quare ſibi nectat uterque coronam.
Cædimur, et totidem plagis conſumimus hoſtem,
Lento Samnites ad lumina prima duello.
Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis, niſi Callimachus? ſi plus adpoſcere viſus,

Fit

96 Qui ferat, aut *Zar. & Ed. pr. in Bib Reg Br.* 2 *Bland. apud Cruqu.* tanto audacius ſtultitiæ illius ſibi conſcios poſſit perſtringere. Ges.

92 *Cælatumque*; Ἐνάργεια. Vet. Schol. *Cælatum, pictum, affabre variegatum* [Schol. Cruq. *omni genere poëſeos quaſi ad vivum expreſſum.*] Splendida hæc Metaphora tam ad Carmina quam ad Elegos referenda eſt, etſi ἀσυνδέτως. Bentleius inſcite poſuit *Sacratum* de ſuo, pro *Cælatum*. Bax. Nempe *mirabile opus* intelligit ædem Palatinam, vel illam Herculis Muſarum: hanc vel *cælatum* opus *muſis* vult intelligi, i. e. ſignis illarum exornatum, vel legi, ut ipſe ex conjectura poſuit, *ſacratum muſis opus*. Poſt lectas longas ipſius & Maſſoni diſputationes placet ſimplicitas hic propoſita & expoſita. Ges.

93 *Molimine*, grandi & meditato geſtu. Bax.

Circumſpectemus: una pars Orationis eſt, diviſa in duos verſus, Lucilii more antiquo. Vet. Schol. Bax. Schol. Cruq. *Ut negemus, in templo Apollinis ullos poetas Romanos habere aut recitare ſua carmina.* Itaque *vatibus* ablativo caſu accipit. Sed mihi hic certe videtur verum vidiſſe Bentleius, & ita explicandus h. l. Facit nos ſuperbos ædes Apollinis *vatibus* (Dativo) *vacua* & deſtinata. Ges.

94 *Vacuam*, liberam, vacantem, & per hoc frequentem *Vacuus* etiam dicitur qui ſemper *vacat* amicis. Bax.

98 ſimina *Med.* 1477. lumina prona *MSS.* 100 ſi plus ſe attollere *MS. Cruq.*

Ædem; Apollinis Palatini & Muſarum. Bax.

95 *Si forte vacas*; ad nugas ſcilicet audiendas. Bax.

96 *Ferat*; adducat: cum vultu proferat. Bax.

97 *Cædimur*; Critico gladio acriter decertamus. Bax.

98 *Lento Samnites*; *Tanquam Samnites quorum pugna ſtataria eſt.* Vet. Schol. Bax. Forte *lento* etiam, quia interdum arma ludicra, quibus nihil, aut tarde decernitur. Ges.

Ad lumina prima; *unde & Ennius: Bellum æquis manibus nox intempeſta diremit.* Vet. Schol. Sed hæc Ironice dicta ſunt: nam contrarium intelligitur. Bax. An *lumina prima* cœnæ potius tempus ſignant? Sic certe de h. l. Lipſius Sat. 1, 6. ubi gladiatores in triclinio pugnantes exhibet. Ges.

99 Carminibus ſuis *Alcæum* imitatus eſt Horatius. Bax.

Puncto, ſuffragio, juxta Legem Tabellariam. Vet. Schol. Cruq. Nam *punctis* numerabant ſuffragia in Tabellis. Bax. Vid. A. P. 343. Ges.

100 *Callimachus*; egregius hic Elegorum Scriptor. Bax. Quinct. 10, 1, p. 894. *Princeps habetur*

Fit Mimnermus, et optivo cognomine creſcit.
Multa fero, ut placem genus irritabile vatum,
Cum ſcribo, et ſupplex populi ſuffragia capto:
Idem, finitis ſtudiis, et mente recepta,
Obturem patulas impune legentibus aures.
Ridentur mala qui componunt carmina: verum
Gaudent ſcribentes, et ſe venerantur, et ultro,
Si taceas, laudant quidquid ſcripſere, beati.
At qui legitimum cupiet feciſſe poëma,
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti;
Audebit quæcunque parum ſplendoris habebunt,
Et ſine pondere erunt, et honore indigna ferentur,
Verba movere loco, quamvis invita recedant,

Et

102 vates *Cun.* 107 ſcriptores, ſed *Sax.*

habetur elegiæ. Sed videntur quidam prætuliſſe Mimnermum: certe ita intelligit h. l. Vet. Schol. Cruq. *Mimnermum laudat tanquam primum in elegis ſcribendis.* Ges.

101 *Mimnermus duos libros luculentos ſcripſit.* Vet. Schol. Bax.

Optivo, adoptivo. Vet. Schol. Bax.

102 *Multa fero*; nam recitantibus adeſſe cogor. Bax.

104 *Mente recepta*; *ex inſania Poeticæ profeſſionis ad me rediens.* Vet. Schol. Bax. Vid. Epiſt. 1, 19, 3 it. A. P. 296. Ges.

105 *Obturem*, obturare poſſim. *Tractum eſt hoc a ſacerdotibus Martis, qui dum ſacra celebrarent, cera obturabant aures, ne aliquo ſono mens eorum inquietaretur.* Vet. Schol. Cruq. Bax. Nota etiam fabula Ulyſſis, aures ſociorum obturantis ad cantum Sirenum. Ges.

Impune, ſine ullo periculo. Bax. *Impune* poteſt negare operam aurium recitantibus, qui ipſe recitare non cupit. Ges.

106 Conf. Ser. 1, 1, 66 *Populus me ſibilat* &c. Ges.

111 *Splendoris*, dignitatis. Bax.

112 *Pondere*, gravitate. Bax.

Honore, honeſta ſtatione, ſive ordine. Bax.

Ferentur, videbuntur. Bax. Mihi videtur Metaphora a turbida aqua torrentis, quæ *fertur* rapido curſu, *fluit lutulenta* ut Sat. I, 4, 11. Contrarium hic v. 120. Ges.

Movere loco; *Cenſores quos notabant loco movebant.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

113 Diſtingue, ſi me ſatis audies.

" Audebit, quæcunque parum ſplendoris
" habebunt,
" Verba movere loco: quamvis invita re-
" cedant;
" Et verſentur adhuc intra penetralia
" Veſtæ. "

Vide Art. Poet. V. 388. —— vulgo interpungant, quaſi non ſenſum loci perciperent, Inter-

Et verſentur adhuc intra penetralia Veſtæ.
Obſcurata diu populo bonus eruet, atque
Proferet in lucem ſpecioſa vocabula rerum,
Quæ priſcis memorata Catonibus atque Cethegis,
Nunc ſitus informis premit et deſerta vetuſtas:
Adſciſcet nova, quæ genitor produxerit uſus.
Vehemens et liquidus puroque ſimillimus amni,
Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua:
Luxuriantia compeſcet; nimis aſpera ſano
Levabit cultu; virtute carentia tollet:
Ludentis ſpeciem dabit; et torquebitur, ut qui

Nunc

122 depaſcet *conj. Cun.*

Interpretes. Wakef.

114 *Intra penetralia Veſtæ*; h. e. *Quamvis ſacroſancta videantur.* Vet. Schol. Cruq. Proverbium de non tangendis. Primo calore inveniendi omnia videntur egregia. Bax. *Intra penetralia Veſtæ* Palladium eſt, quo nihil carius. Ges.

115 *Bonus*, æquus. Bax. Compara A. P. 47 ſqq. Ges.

118 *Situs informis*; *Lanuginoſus mucor.* Landinus. Bax.

Premit, celat. Bax.

Deſerta, deſolata, ſola, derelicta. Bax.

119 *Adſciſcet*; aliunde aſſumet. Bax.

Produxerit, in medium protulerit. Bax.

120 *Vehemens*; anapæſtum poſuit pro ſpondeo, aut dactylo. ſic Virg. Georg. 1, 482 *Fluviorum rex Eridanus.* & Lucret. lib. 2, 1023. *Nam tibi vehementer nova res molitur ad aures Accidere.* & Homerus. Ἰλ. ι. Βορέης, καὶ ζέφυρος, τὼ τε Θρήκηθεν ἄητον. & Ἰλ. ψ. Στὰς ἀπανευθε σταχυηφόρου ἠρὶ ἀνέμοισι Βορέη καὶ ζεφύρῳ. vel legendum *vemens*, ut alii malunt, quemadmodum prendo, reprendo. vehementem uſum dixit, quia magnopere valet ad auctoritatem verbis, & ſermoni comparandam: epiſt. ad Piſon. 72. *Quem penes*, &c. ut ſupra. Lam.

Vehemens, per Synæreſin profertur. Bax.

Liquidus, pellucidus. Bax.

122 *Compeſcet*, tanquam vinitor ſua falce. Bax. Sed *compeſcitur* proprie pecus ne luxuriando & exultando diſſipetur. Illa falcis & ablationis cogitatio fecit, ut *depaſcet* conjiceret Cuningamus. Ges.

123 *Levabit*; molliet, colendo temperabit. Bax.

Virtute carentia. Calentia legitur in duobus fideliſſimis exemplaribus; id monere volui. Cohibet fortaſſis nimium illum ingenii fervorem, quo inconſulte abripimur nam *calidus* in malam partem ſæpe accipitur. & ſane molle illud & facetum non fruſtra extollit Horatius. Si *carentia* legas, nihil dicit quod non prius dictum ſit. Torr.

Virtute carentia; inertia, quæ ſine nervis ſunt & ſpiritu. Bax.

124 *Ludentis ſpeciem dabit*, &c. ſpeciem (inquit

Nunc ſatirum, nunc agreſtem cyclopa movetur.
¶ Prætulerim ſcriptor delirus inerſque videri,
Dum mea delectent mala me, vel denique fallant,
Quam ſapere, et ringi. Fuit haud ignobilis Argis,
Qui ſe credebat miros audire tragœdos,
In vacuo lætus ſeſſor plauſorque theatro;
Cætera qui vitæ ſervaret munia recto
More; bonus ſane vicinus, amabilis hoſpes,

Comis

125 Cyclopa imitatur *Ed. Pr. in Bib Reg Br.*

(inquit Hor.) præ ſe feret hominis parum laborioſe ſcribentis, ita ut, qui legat, ſperet ſe eodem modo ſcripturum: verum tamen & ille multum in ſcribendo ſtudii, atque operæ ponet, & quiſquis eum æmulabitur, cum experiri cœperit, inanem operam ſumet. Non admodum ab his diſcrepant illa, quæ ſunt in epiſt. de arte poet. 240. *Ex noto fictum carmen ſequar, ut ſibi quivis ſperet idem, ſudet multum, fruſtraque laboret.* ſic prope modum M. Tullius ſcribit de eo oratore, quem, ſummiſſum appellat. *ſummiſſus eſt, & humilis conſuetudinem imitans, ab indiſertis re plus quam opinione differens. Itaque, eum qui audiunt, quamvis ipſi infantes ſint, tamen illo modo confidunt ſe poſſe dicere. Nam ſubtilitas imitabilis quidem illa videtur eſſe exiſtimanti: ſed nihil eſt experienti minus.* Lam.

Ludentis; Saltantis Pantomimi. Bax.

Torquebitur, h. e. fiet quod ipſe voluerit: omnes geſtus & motus Pantomimos novit, ſic & ille Dramaticos Characteres. Bax.

Ac torquebitur. Cun.

125 *Satyrum*; molliſſimum ſaltationis genus. *Saltantes ſatyros imitabitur Alphesibœus.* Virgilius E. 5, 73. Bax. Utraque perſona occurrit in Cyclope Euripidis, ubi ex ipſa comparatione diverſorum motuum voluptas. Ges.

Cyclopa; duriſſimum genus ſaltationis, quod Polyphemum referebat. Bax.

Movetur; quoniam ſaltatio infamis res erat, temperabant ſibi a vocabulo, & *moveri* pro ſaltare dicebant. Geſticulando autem ſaltabant Pantomimi. Bax. *Motus Ionici* ſunt Car. III, 6, 21. Add. A. P. 232. Ges.

126 Dixerit aliquis, ſi tanto labore opus eſt, malo delirus haberi, & mihi placere Reſpondetur a v. 141. Ges.

127 *Fallant*; *lateant, ſic ut mala eſſe neſciam.* Vet. Schol. Cruq. Metabatio; hæc intulit. Bax.

128 *Ringi*; torquere os, ut canis: hoc faciunt qui cruciati riſum fingunt. *Hic ringi eſt ficto riſu lætitiam ſimulare.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Haud ignobilis; *Hic Lycas dictus eſt.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Argis; apud Græcos: nam Abydi fuiſſe oſtendit Ariſtoteles de Mirabilibus. Hoc monuit Cruquius. Bax. An *Argis* ſignificare poſſit inter Argivos, non dixerim. Ariſtoteles non nominat *Lycam*. Poteſt eadem inſania bis obſervata eſſe: poteſt, ut fit, interceſſiſſe error. Ceterum ſimilis inſaniæ exemplum Thraſyllus Æl. V. H. 4, 25. Ges.

131 *Servaret*, obiter. Bax.

132 *Sane*; re, non ſimulate, vel etiam valde. Bax.

Amabilis; ſuavis, benignus. Bax.

134 Sig

Comis in uxorem, poſſet qui ignoſcere ſervis,
Et ſigno læſo non inſanire lagenæ;
Poſſet qui rupem et puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus curiſque refectus,
Expulit helleboro morbum, bilemque meraco,
Et redit ad ſeſe; Pol, me occidiſtis amici,
Non ſervâſtis, ait, cui ſic extorta voluptas,
Et demtus per vim mentis gratiſſimus error.
¶ Nimirum ſapere eſt abjectis utile nugis,
Et tempeſtivum pueris concedere ludum;
Ac non verba ſequi fidibus modulanda Latinis,
Sed veræ numeroſque modoſque ediſcere vitæ.

Quocirca

140 *pro* per vim, pretium *Zar.*

134 *Signo læſo*; effracto ſigno, quo ſignabatur lagenæ cortex, ſive ſuber. Vult ſignificare ſatis fuiſſe liberalem. *Lagena*, vas erat fictile, ſeu minor cadus: Vide Sat. 2,8, 81. Bax.

136 *Opibus*; ope, auxilio. Bax.

Refectus; ad ſanitatem iterum perductus. Bax.

137 *Bilem*; ſupple *corruptam* vel *atram*. Bax.

Meraco; Sunt qui pro vino interpretentur. ineptè. perinde ac ſi oleo incendium extinguant; cum ellebori epithetum ſit, pro puro ac ſolo. ut Horatii imitatione dixit Perſius Sat. IIII. 16.

——*Anticyras melior ſorbere meracas.* Torr.

Meraco; non admodum diluto, ob tantam dementiam. Bax.

140 Pulcherrimam ſententiam parit lectio Zaroti, qua *pretium mentis* dicitur *error gratiſſimus*: q. d. facile aliquis mente careat, ut tam jucundo errore fruatur. Conſilio emendandi adſcribi vix poteſt in editione tot deformata ſphalmatis.: igitur aut ex bono archetypo eſt, aut caſus plane ſimilis illi, cum impacta temere ſpongia Nealcis equo ſpumam effecit, quam ars pictoris deſperarat. Ges.

Gratiſſimus error; *unde illud Græcum:* Ἁμαρτία θρασός. Vet. Schol. ex ms. Stephani, h. e. *Error audaciam parit.* Eſt & aliud ſimile huic Ἀμαθία θράσος, h. e. *Ignorantia audaciam parit*; quæ nollem a Stephano confuſa. Bax.

141 *Nimirum*; quantum ex jam dictis licet conjicere. Bax. Reſumit hic perſonam ſuam Pöeta. Diſputatum adhuc fuit, melius eſſe irrideri, quam ſcribendi laborem ferre. Subjicit Horatius, Nimirum optimum eſt plane non facere verſus, ſed tempus in morum potius diſciplina conſumere. Ges.

142 *Tempeſtivum*; pueris, non mihi jam ſeneſcenti. Bax.

143 *Sequi*, quærere. Bax.

144 *Numeri* verſus ſunt, *modi* lyræ. Bax.

Quocirca mecum loquor hæc, tacituſque recordor;
Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ,
Narrares medicis: quod quanto plura parâſti,
Tanto plura cupis, nulline faterier audes?
Si vulnus tibi monſtrata radice vel herba
Non fieret levius, fugeres, radice vel herba
Proficiente nihil, curarier? Audieras, cui
Rem dii donârint, illi decedere pravam
Stultitiam; et, cum ſis nihilo ſapientior, ex quo
Plenior es, tamen uteris monitoribus iiſdem?
At ſi divitiæ prudentem reddere poſſent,
Si cupidum timidumque minus te; nempe ruberes,
Viveret in terris te ſi quis avarior uno.
Si proprium eſt quod quis libra mercatus et ære eſt,
Quædam, ſi credis conſultis, mancipat uſus:

Qui

148 nulli te farier *Zar.* 152 donarent, *MSS. Mus. Br: A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 154 rationibus *Lamb. MS. Bos. it. G. & S. a manu prima.* 155 ſapientem *S.* 158 & ære *fine* eſt. *MSS. Mus. Br. A. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

145 *Recordor*, in animum revoco, revolvo. Bax.

147 *Narrares medicis*; metu ſcilicet hydropis. Bax.

150 *Levius*, tolerabilius. Bax.

151 *Audieras*; a vulgo ſcilicet, cui ſemper in ore eſt, *Sapere divites*, atque *Dementes eſſe pauperes*. Bax.

152 *Donârint*; ita recte Bentleius [pro *donarent*] etſi de ſuo. Bax. Juven. 3. 153. *Ridiculos facit paupertas*. Ges.

Pravam, perverſam. Bax.

155 *At*, quinimo: inſuper. Bax.

156 *Nempe ruberes*: concedo quod deberes erubeſcere. Bax.

157 *Viveret in terris*; vulgaris forma loquendi eſt. Bax.

158 *Libra & ære*, *verba ſunt Juris, cum per libram expenſa pecunia*; *per æs ipſum pretium demonſtratur: unde & libripens hujuſmodi teſtificationi adhiberi ſolet.* Vet. Schol. Bax.

Mercatus & ære eſt. ſic cod. antiquiſſ. Bland. alii tres, quicquid libra mercamur & ære. Alii ſequuntur lectionem vulgatam. indicat autem nihil quicquam vel emtione vel uſucapione cuiquam eſſe proprium; & proinde nos in eo plus æquo ſtulteſcere, quando nobis id proprium ducimus, quod alienari & alterius eſſe poteſt. Cruq.

159 *Mancipat*; mancipio dat, vel legitimam poſſeſſionem facit. Bax.

Uſus; uſus fructus, non uſucapio neque Uſurpatio, ut quidam volunt. Bax.

16 *Villeius*
159. *Uſus pro Uſucapione.*
D'Arnaud. Var. Conj. 88

160 Qui te paſcit ager, tuus eſt; et villicus Orbî;
Cum ſegetes occat, tibi mox frumenta daturas,

Te

161 daturas *etiam Bentl. ex MSS.* daturus *etiam Z. MSS. Mus. Br: B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib: Reg. Br.*

160 *Villicus orbî*; Liber vetuſtiſſimus *urbi:* ſed nihil muto. proprium enim nomen divitis alicujus eſſe malim vendacis magis (ex Catonis præſcripto) quam emacis. Torr.

Villicus orbî; cujus agrum tu conduxiſti mercede: nam qui agros conducebant: & villicum & ſervos una conducebant; ſic & qui emebant. Bax. Non, puto, conduxit vel Orbii, vel cujuſquam agrum unquam Horatius: ſed ſic argutatur: meus eſt ager, qui me alit, ſive eum agrum totum ſimul emam, ſive per intervalla, quoties aliquid opus eſt. Ges.

161 *Cum ſegetes occat.* Satæ primum occantur, dein ſarriuntur, ac denique runcantur ſegetes. facete igitur Plautus Capt. 3, 5, 3 ſqq.

Sator ſartorque ſcelerum ac meſſor maxime.

cui reſpondet alter:

Non occatorem dicere debebas prius?
Nam ſemper occant priuſquam ſarriunt ruſtici.

Torr.

Cum ſegetes occat, mox tibi frumenta daturas. Quod in vetuſtiſſimis Blandiniis Cruquius, in duobus ſuis Torrentius, in uno Berſmannus, idem ego in potioribus noſtris Graeviano, Leidenſi, Reginenſi, Voſſiano reperi,

& Villicus orbi,
Cum ſegetes occat tibi mox frumenta DATU-
Te dominum ſentit. [RAS,

Atque hoc probant quidem Torrentius Cruquiuſque; cur autem ita ſentiant (nam ſubtile id & difficile eſt) non dicunt. Dacierius contra τὸ *Daturus* tuetur, hoc ſcilicet argumento, quod eo pacto *propoſitum Villici indicatur, non domino laborantis, ſed emtori.* Vah, quantuli laboris eſſet ſic chartas meas complere mulierculis & centurionibus legendas. Nam *propoſitum*, quod narrat, & non ita eſt; & ſi eſſet, per utramvis lectionem aeque monſtraretur. Nobis nullum dubium eſt, quin *Daturas* Horatius ſcripſerit; & experiamur, an quod animo concipere videmur, eloqui poſſimus. Utraque quidem lectio ſatis proba eſt, & eodem ferme recidit: ac tanto difficilius eſt rationes reddere, cur hanc illi praetuleris. At primo id in propatulo ſitum eſt, codices vetuſtiores DATURAS agnoſcere, qui, ubi hinc & illinc aequa ponderа ſunt, omnino ſunt audiendi; & illud quoque, ſi *Daturas* legeris, rotundiorem & elegantiorem fore conſtructionem; verique eſſe ſimilius ut pro *Daturas* Librarii *Daturus*, quam contra, ſubſtituerint. Jam autem *ſegetes*, non fruges, verum ipſa arva hic denotare vel ex adjuncto *occat* manifeſtum eſt. Ergo, inquit, *Orbii villicus, cum occat agrum tibi mox frumenta daturum*, tibi revera occat, & *te dominum ſentit. Dare* hic eſt, ferre, gignere, parere, praebere. Sic ſaepe ſcriptores rei Ruſticae. Virgil. Georg. II. 442.

Dant *alios aliæ fœtus:* dant *utile lignum*
Navigiis pinos.

& 520.

Dant *arbuta ſilvae.*

Omnia utique in hac lectione recte procedunt: Villicus ille, ſi occat ſegetes frumenta tibi *daturas*; utique tum, *cum occat*, te dominum habet. At, ſi occat, frumenta tibi *daturus*, non idcirco, *cum occat* hunc vel illum agrum, te habet dominum; quia fortaſſis in alio agro nata frumenta tibi venditurus eſt. Adde quod *Daturus*, parum proprie & accurate pro *venditurus* hic poneretur. Siquidem *emtor* dat, quippe prior & ultro praeſtinatum veniens. In verſu ſequente:

das *nummos*, *accipis uvam.*

& Serm. II, 4. v. 76.

dare *millia terna macello.*

Bentl.

Pro *daturus* cum Cruquio & Torrentio repoſui *daturas*, & MSS. confirmant. Bax.

Te dominum ſentit; das nummos, accipis uvam,
Pullos, ova, cadum temeti: nempe modo iſto
Paulatim mercaris agrum, fortaſſe trecentis,
Aut etiam ſupra, nummorum millibus emtum.
Quid refert, vivas numerato nuper an olim?
Emtor Aricini quondam Veientis et arvi
Emtum cœnat olus, quamvis aliter putat; emtis
Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum:
Sed vocat uſque ſuum, qua populus adſita certis
Limitibus vicina refugit jurgia; tanquam
Sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horæ,
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema,
Permutet

167 quoniam *MS. Mus. Br. F.* 169 gelidum *Sanad. male.* 171 refigit *etiam Boſ. & Cun. & MS. Mus. Br. B.* 173 morte *Bentl. ex MSS. & primis edit. Et ſic G. S. Z. Med. 1477. &c. MSS. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

162 Nummos das. CUN.

166 *Refert*, ſupple *ad tua negotia*. BAX. *Numerato nuper*; pretio agri per partes numerato; quod tu facis dum penſionem ſolvis quotannis. BAX. Potius, dum de fructibus emis, quoties opus eſt. GES.

167 *Emtor Aricini*; qui ſcilicet a multis retro ſæculis Aricinum, vel Veientem agrum de populo Romano emerat. BAX. Illud *quondam* non ad antiquiſſima tempora reſpicit, cum agrum populorum a ſe devictorum privatis vendididit populus: ſed hoc modo vult. Qui longo ante tempore emit agrum, quales ſunt ſuburbani illi Veientes & Aricini, ille proprie non cœnat *dapes inemtas* [quas laudat Ep. 2, 48.] ſed emtas in ſumma illa, quæ pro toto agro ſoluta eſt. GES.

Aricini quondam. Melius, meo judicio, libri veteres, *quoniam* pro *quondam*. TORR.

Aricini quoniam Veientis. quoniam, habent omnes ſcripti libri quos vidi præter Mart. qui vulgata ſequitur. ſed alterum conveni-entius apparet: oſtendit enim cauſam cur nihil interſit inter eum qui jam olim agrum emit, quando ei neceſſe eſt ejus fructus redimere ad uſum vitæ; & eum qui numerata quotidie pecunia fundum paullatim ſuum facit. at aliam tamen lectionem non damno. CRUQ.

Veientis & arvi. cod. Tonſanus habet Veientis aviti. CRUQ.

170 *Qua populus*; agri limites feſtive deſignat. BAX.

171 Non placet Bentleii *refigit*, ex obſcurioris notæ Membranis aliquot. Servius ipſe legit *refugit*, ut vel ipſe notat Bentleius. BAX. *Refugit*, evitavit, i. e. cavere ſolet ac prohibere. Ter. Andr. 4, 4, 27. Chremes, *Recte ego*, inquit, *fugi has nuptias*, non de ſuis loquens, ſed filiæ, quas prohibebat. GES.

173 *Nunc vi, nunc ſorte ſup. Vim* dicit, propter ea quæ bello jure gentium acquiruntur. nam quod *precem* quoque addidit, ad donationes quæ gratuitæ ſunt referendum eſt. Nec *ſorte*, ſed *morte ſuprema* legitur in noſtris M. S. omnibus. TORR.

Nunc vi; ſe proſcriptum meminit: eſt autem

Permutet dominos, et cedat in altera jura.
Sic, quia perpetuus nulli datur uſus, et hæres
Hæredem alterius, velut unda ſupervenit undam;
Quid vici proſunt, aut horrea? quidve Calabris
Saltibus adjecti Lucani? ſi metit Orcus
Grandia cum parvis, non exorabilis auro.
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena ſigilla, tabellas,
Argentum, veſtes Gætulo murice tinctas,

Sunt

175 Sed *MS. Sanad.* ſi quia *MSS. Mus. Br. A. B. C. D.* 177 *pro* vici, vites *Marc. ex Porphyr.*

tem, *Nunc prece nunc pretio* trita loquendi formula. Bax.

Sorte ſuprema, morte. Bax. Si *morte* ſit vera lectio, *ſuprema* habet hanc vim, ac ſi diceret, nunc mortem denique. Ges.

174 *Cedat*, tranſeat; abeat. Bax.

175 *Sic quia perp.* Liber optimus *ſed quia.* ceteri omnes *ſi quia:* & ſane τὸ *ſic* non optime convenit. Torr.

176 Bentleius de ſuo poſuit *alternis*, fruſtra. Bax. *Alternis* eas vices ſignificat, ut unus tradat alteri, quod ab illo recepturus eſt, ut regnum Thebanum debebant alternis habere Eteocles & Polynices. Hic de ſucceſſione agitur ſimpliciter, & illud *alterius* facit ut tres gradus ſucceſſionis deſignentur. Hoc etiam in undis ita eſt: quæ unda undam truſit, ea non ab hac, ſed a tertia ſuperveniente impellitur. Ges.

Ulterior velut. Cun.

177 *Quid vici proſunt*, Gul. Canterus, vir doctus, putat legendum, *Quid vites proſunt, &c.* ſed reclamant codices omnes. quod tamen non me admodum moveret, niſi viderem lectionem receptam ferri poſſe. M. Tull. epiſtol. libr. 14, 1. *Quod ad me, mea Terentia, ſcribis, te vicum vendituram: quid, obſecro te, me miſerum, quid futurum eſt?* Lam.

Vici; Prædia. *Omnium vicos & prata contemno*; Cicero ad Attic. 1, 4. Nil opus eſt legi *vices*. Eſt autem *vicus* a Græco οἶκος; ſed pluribus & ſervilibus familiis conſtat: hodie *manerium* dicimus. Bax.

Horrea; ingentia granaria. Bax.

178 *Saltibus*, *latifundiis porrectis per plurimos montes. Eſt autem Calabria præter cæteros reditus, etiam rei pecuariæ & lanarum mollium ferax, item Lucania.* Vet. Schol. Bax.

Si metit Orcus, &c. id eſt, ſi claris & ignobilibus, ſi magnis & humilibus moriendum eſt? *metit*, aufert, delet, perimit: tralatio eſt. ſic fere Euripides Phœniſſis locutus eſt, τὴν δ' ἀναγκαίως ἔχει βίον θερίζειν ὥσπε καρπίμου στάχυν: quem locum ſic vertit Cic. Tuſcul. quæſt. 3, 25. *tum vita omnibus Metenda, ut fruges: ſic jubet neceſſitas.* Itaque Græci Pœtæ θάνατον appellant ὁμοῖον, id eſt, ad omnes, & omnia ſimiliter euntem. Lam.

Orcus, terra eſt, Chaldæis ארקא: puto vocem eſſe Punicam. Bax.

179 *Cum parvis*, æque atque parva: & terribiliter hæc dicuntur. Bax.

180 *Tyrrhena ſigilla*; *Tuſci primi in Italiâ ſigna de marmore poſuerunt.* Vet. Schol. Bax. Vid. Vitru. 3, 2. Ges.

Tabellas, ſupple pictas. Bax.

181 *Gætulo*, *Mauro: ſignificat enim purpu-*

ram.

Sunt qui non habeant, eſt qui non curat habere.
Cur alter fratrum ceſſare, et ludere, et ungui
Præferat Herodis palmetis pinguibus; alter,
Dives et importunus, ad umbram lucis ab ortu
Silveſtrem flammis et ferro mitiget agrum;
Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ deus humanæ, mortalis in unum-
Quodque caput, vultu mutabilis, albus et ater.
Utar, et ex modico, quantum res poſcet, acervo
Tollam; nec metuam quid de me iudicet hæres;
Quod non plura datis invenerit; et tamen idem

Scire

Supr. V. 93. A. Poet. 290.

182 curat *etiam G. Z. Bentl. vulg.* curet.

ram Girbitanum. Vet. Schol. Bax. Conf. ad Car. 2, 16, 35. Ges.

183 *Alter fratrum*; Terentianus ille Micio. Bax. Neſcio an hos cogitârit. Ges. *Ceſſare, otiari.* Vet. Schol. Cruq. Bax. Et ceſſare. Cun.

184 *Herodis palmetis*; juxta Hierichuntem ſitis, unde maximi reditus tam ex palmis, quam ex balſami viridario, atque aliis rebus provenere. Bax. Vid. Strabo 16. p. 763. Ges.

Pinguibus, opulentis. Bax.

Alter; Demea. Bax.

185 *Importunus*; improbus, indefeſsus. Bax.

Lucis; ſoſis. Bax.

186 *Silveſtrem*; ſenticoſum, & per hoc ſterilem. Bax.

187 *Genius*; modo Sol, modo ipſa hominis anima, ut in hoc loco. Bax.

Aſtrum natale; Metonymicῶς fatum. *Geminos, horoſcope, varo Producis genio.* Perſius 6, 18. Bax.

188 *Naturæ Deus*; Ἡ γὰρ φύσις δαιμονία, h. e. Natura noſtra genialis eſt; ut ait Ariſtoteles, Naturæ ipſius conſcius: cum ſit Ἐξηγησις τῦ τρόπυ της τῦ παντὸς διοικήσεως: quod eſt, *Repetitio* [malim *explicatio*] *modi quo univerſa rerum natura adminiſtratur*; ut olim Heraclitus ὁ Σκοτεινὸς, cum vellet dicere eam eſſe Imaginem Dei, vel *Divinæ auræ particulam.* Τὸν θεῖον λόγον δὲ ἀναπνοῆς σπάσαντες νεροὶ γινόμεθα, Heraclitus, referente Sexto Empirico [M. 7, 129.] Qui quidem θεῖος λόγος Virgilio dicitur Ænead. 3, 600. *Cœli ſpirabile lumen.* Bax.

Mortalis in unum quodque caput: Hoc ſecundum Phyſicos protulit, qui ſingulares animas in originem ſuam redire voluere. Bax.

189 *Mutabilis*; varius. Bax.

Albus & ater; felix & infelix, & per hoc, liberalis & illiberalis. Secundum hoc homines vel εὐδαίμονες, vel κακοδαίμονες dicuntur: nam albus color cœleſtium eſt, adeoque fauſtus, atque ater contra dirus & funeſtus, utpote lemurum proprius. Bax.

190 *Utar*, ſimpliciter, pro utar rebus meis, ſumtum faciam, ut ſæpe veteres, & Sen. controv. 14. *Naviga, milita, peregrinare adoleſcens; utere ſenex.* Ges.

Res. ſupple, *præſens.* Bax.

193 Scire

Scire volam quantum ſimplex hilariſque nepoti
Diſcrepet, et quantum diſcordet parcus avaro.
Diſtat enim, ſpargas tua prodigus, an neque ſumtum
Invitus facias, neque plura parare labores;
Ac potius, puer ut feſtis Quinquatribus olim,
Exiguo gratoque fruaris tempore raptim.
Pauperies immunda domu procul abſit: ego, utrum
Nave

199 domus *edd. pr. & vulg. & MSS. Mus. Br. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* procul *MS. Bentl. Cun. V. No. ſine* domus, *MS. Mus. Br. A.*

193 *Scire volam*, Comice profertur, pro *diſcernam*. Bax. *Scire volam*, oſtendam me ſcire, ut Ser. 2. 5, 9. *Horres*, i. horrere te fateris. Ges.

Simplex; liberalis, apertus. Bax.

197 *Quinquatrus a quinque diebus, qui dies ad Ferias Minervæ pertinent*. Vet. Schol. Eo tempore Scholarum diludia celebrabantur. Bax.

Olim, aliquando. Bax.

199. *Pauperies immunda domus procul abſit*; Locus elegans, ſed in omnibus editionibus male acceptus & depravatus:

Pauperies immunda domus *procul abſit: ego, utrum*
Nave ferar magna an parva, ferar unus & idem.

ubi quorſum obſecro *Domus*, cum de *Nave* hic ſermo ſit? abſurdum utique, ut nihil ſupra, in eadem comparatione primo *domum*, poſtea *navem* ingerere. Nimirum hoc bellum emblema Librariorum liberalitas ſubminiſtravit. Vetuſtiſſimi noſtri Graevianus Voſſianuſque non agnoſcunt τὸ *Domus*; ſed mutilum verſum exhibent,

Pauperis immunda procul abſit: ego utrum.

Editiones autem priſcae cum libro e Collegio Trinitatis inverſa verba collocant,

Pauperies Immunda procul domus abſit.

ut vel hinc ſubodoretur, qui naſum habet, illud *Domus* a mala manu interpolatum eſſe. Tollit omnem dubitationem codex eximius inter Pulmannianos, in quo ſic verbum geminatur,

Pauperis immunda procul procul *abſit; ego utrum.*
Nave ferar magna an parva, ferar unus & idem.

Rectiſſime: quippe ubique fere, cum geminandum erat vocabulum, alteram omittebant Librarii; unde poſtea pro lectorum captu hiatus explebatur. Infinita hujus exempla tibi ſuppeditabit Nic. Heinſius in notis ad Ovidium & alios. *Procul procul*, eleganter, & ex formula; ut Graecis Ἐκὰς ἑκάς. Callimachus Hymno in Apollinem, v. 2.

Οἷον ὁ τῶ Ἀπόλλωνος ἐσείσατο δαίφρονος ὄρπηξ,
Οἷα δ' ὅλον τὸ μέλαθρον. ἑκὰς ἑκὰς ὄφις αλιτρος.

Ovid. Faſt. II, 623

Innocui veniant, procul *hinc* procul *impius eſto.*

Virgil. Aen. VI. 258.

procul *o* procul *eſto profani.*

Statius Silv. III, 3, 13.

procul *hinc* procul *ite nocentes.*

Ovid. Metam. VIII. 589.

procul *en* procul *una receſſit.*

& XV. 587.

procul *ab* procul *omina, dixit,*
Talia dî pellant.

Arnobius lib. I. p. 23. *Diſcedat haec longe atque a nobis* procul procul, *inquam ut dicitur, averruncetur amentia.* Poteris etiam ſic refingere,

Pauperies

Nave ferar magna an parva, ferar unus et idem.
Non agimur tumidis velis aquilone ſecundo;
Non tamen adverſis ætatem ducimus auſtris;
Viribus, ingenio, ſpecie, virtute, loco, re,
Extremi primorum, extremis uſque priores.
Non es avarus: abi. Quid cætera? iam ſimul iſto
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, et ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,
Nocturnos lemures, portentaque Theſſala rides?

Natales

203 *ad finem* Colore, *MS. Mus. Br. A.* 204 Extremique priorum *Sax.* 206 fuge, rite caret *MSS. ap. Torr. G. Bos. S. Z. Med.* 1477. *F. MSS. Mus. Br. A. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Fuge recte. *MS. Mus. Br. B.*

Pauperies immunda procul, PRECOR, *abſit.* Haec enim a Librariis ſaepe confunduntur. Ovid. Heroid. XVII, 220.

Delicti fies idem reprehenſor & auctor:
Terra, precor. *vultus obruat ante meos.*

ubi codex veterrimus Puteanus aliique *Procul* pro *precor.* ſubſtituunt, teſte Heinſio. BENTL.

Pauperies, h. e. tantum opto uſui. BAX.

Lambinus alicubi legerat *domu* pro *domus*; neque dubito quin ea vera ſit lectio. Eſt etiam *domu* apud Cornelium Nepotem, & Plautum. Bentleius de ſua conjectura poſuit *procul, procul abſit* pro *domu procul abſit*. BAX. Si quid mutare velim, pro *domus* vel *domu* ponam *modo:* quod permutari ſaepius obſervat Bur. ad Ovid. Art. 1, 361. *Procul* repeti, nimis hic Tragicum vel Paratragicum potius. Sed nec *domus* nec *domu* damnare auſim. GES.

Utrum modo poſuit pro *ſive*. BAX.

201 Tumidis agimur velis. CUN.

203 *Viribus*, valetudine. BAX.

Specie, virtute, loco, h. e. forma, eruditione, & dignitate. BAX.

205 *Non es avarus:* hoc enim tu ais, & nos utique concedimus. BAX.

Abi; euge, beatus es. Ἐν κακῷ profertur. BAX. Ut Ter. Ad. 4, 2, 25 *Laudo, patriſſas, abi, virum te judico.* GES.

Quid? cetera jam ſimul: ſic habent libri omnes veteres, longe (opinor,) concinnius, & venuſtius, quam vulgati, *num ſimul iſto, &c.* LAM.

208 *Somnia*; *haec ad ſuperſtitionem referuntur.* Vet. Schol. BAX.

209 *Lemures, umbras vagantes hominum ante diem mortuorum, & ideo metuendas. Lemuria menſe Maio per triduum celebrari ſolebant, ante additum anno menſem Februarium, ob quam rem Maio menſe religio eſt nubere, & item Martio, in quo de nuptiis habito certamine a Minerva Mars victus eſt; obtenta virginitate Minerva Nerine eſt appellata.* Vet. Schol. Cruq. Addito jam Februario novo menſe ſacra Feralia fiebant Diis Manibus XII Kalend. Martii. *Dum tamen haec fient viduae ceſſate puellae.* Ovid. Faſt. 2, 557. Crediderim eos hoc feciſſe ne pro bonis geniis Lemures nova ſubirent corpora. *Phyſici dicunt eos qui morte violenta concidiſſent non recipi in originem ſuam donec errantes legitimum fati tempus compleviſſent.* Servius ad Æneid. 4. Sic & Tertullianus de Anima. BAX.

Potentaque

Natales grate numeras? ignoſcis amicis?
Lenior et melior fis accedente ſenecta?
Quid te exemta juvat ſpinis de pluribus una?
Vivere ſi recte neſcis, decede peritis.
Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atque bibiſti;
Tempus abire tibi eſt; ne potum largius æquo
Rideat et pulſet laſciva decentius ætas.

211 Sis *Mſs. Muſ. Br. C. G.* & *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Portentaque Theſſala; converſiones Magicas. Bax. De his pleni libri Apuleianarum Metamorphoſeon, propter quas in Theſſaliam ipſe abiit &c. Sic Epod. 5, 45. Ges.

210 *Grate numeras*; hilariter agendo, uti liberalem & ſapientem decet, ſingulis natalibus. Bax.

211 Ac melior. Cun.

212 *Juvat*; verbum medicum eſt, pro *levat*: & Cruquiani Codices habebant *levat*, ex aliquo Sholiaſte, ut puto. Quin & Bentleius prætulit *levat*. Bax.

Senſus eſt: Non uno vitio, ſed omnibus, purus eſſe debes. Zeun.

213 *Vivere ſi recte neſcis*; h. e. Si nequis ulterius ad animum tuum vivere per ætatem. Bax.

Decede peritis; via cede junioribus, h. e. contentus vita excede. Bax.

Si ſapere neſcis, ſ. verſus ſcribere, rebuſque vitæ humanæ jucundis decenter ob ætatem aliaque impedimenta uti non potes amplius; rem concede his qui poterunt. Zeun.

214 *Luſiſti*, amâſti & ceciniſti. Hæc tanquam de ſe Horatius ſcripſit. Bax. Nempe a. v. 145 ſecum loqui inſtituit. Ges.

215 Potum ne. Cun.

Ne potum largius æquo; nimis ſaturum convivam. Bax.

216 *Rideat & pulſet*; nam pueris ludibrio ſunt temulenti ſenes. Bax.

Laſciva Dilogως poſuit: nam *luxurioſa* eſt & *petulans*. — *Vellunt tibi barbam laſcivi pueri.* I Sat. 3, 133. Bax.

DE ARTE POETICA LIBER.

AD PISONES.

HUMANO capiti cervicem pictor equinam
Jungere ſi velit, et varias inducere plumas,
Undique

2 *pro* plumas, formas *coni. Bentl.* pennas *coll. Sax.*

ARGUMENTUM. *Hunc librum, qui inſcribitur DE ARTE POETICA, ad L. Piſonem, qui poſtea Urbis Cuſtos fuit, miſit. Nam & ipſe Piſo poëta fuit, & ſtudiorum liberalium antiſtes, in quem librum congeſſit præcepta Neoptolemi (Parii) de arte Poëtica; non quidem omnia. ſed eminentiſſima.* Vet. Schol. BAX. (Poteſt hic libellus commode haberi pro epiſtola libri ſecundi tertia, qui ſic non major erit libro primo. Nec temporum ratio, aut aliud neceſſarium, quod ſciam, argumentum obſtat. Favet etiam Chariſius, qui p. 182, 3 & 183, 10 ſimpliciter *Epiſtolarum* nomine, quæ hic leguntur, laudat. Mature tamen ut peculiaris libellus laudatur, a Quinctiliano Epiſt. ad Trypho. ubi ſimpliciter *Artem poëticam* vocat, & 8, 3, 60 ex *prima parte libri de arte poëtica* ipſum affert principium. Priſcianus quoque & alii Grammatici paſſim *Horatium de arte poëtica* citant. An occaſionem ſeparandi voluminis dedit, quod ut *ſomnium Scipionis ex Ciceronis de republica* opere excerptum Macrobius explicavit, ſic mature Grammatici Horatium interpretari cœpere. Certe *Terentii Scauri* (quem Hadriani temporibus aſſignat Gellius 11, 15) *Commentariorum in artem poëticam Horatii librum X* laudat Chariſ. p. 182, 5 & 188, 17. In MSS. & priſcis editionibus jam poſt Epodos & Carmen ſæculare ponitur, ut in MS. Gottingenſi, it. in edit. Mediolanenſi 1477, in Veneta 1479 &c. uſque ad H. Stephanum; nunc medio inter Epiſtolas & Sermones loco, ut in editione Zaroti, nunc denique ultimo omnium loco poſt epiſtolas, cujus inſtituti auctor videtur laudatus modo H. Stephanus, qui rationem ejus reddit Diatr. p. 32. Certe non annotavi, qui ante illum ultimo loco poneret Artem, neque qui poſt illum non poneret. Harduino, qui Q. Horatium Flaccum negat auctorem hujus libelli eſſe, reſpondemus locis iis, unde is putat hoc probari. GES.

1 *Humano capiti*; hujuſmodi fere erant ſacræ Ægyptiorum Picturæ, quas ſacras litteras, ſeu Hieroglyphica dicebant. *Primum præceptum eſt* περὶ τῆς Ἀκολουθίας. Vet. Schol. hoc eſt, de conſequentia vel convenientia. BAX.

2 *Jungere ſi velit*, h. e. ſi ſit junc-

turus.

Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne,
Spectatum admiſſi riſum teneatis, amici?
Credite, Piſones, iſti tabulæ fore librum
Perſimilem, cujus, velut ægri ſomnia, vanæ
Fingentur ſpecies; ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ. ¶ Pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
¶ Scimus, et hanc veniam petimuſque damuſque viciſ-
Sed non ut placidis coëant immitia; non ut [ſim:
Serpentes

3 aut *pro* ut *San.* 8 Finguntur *Gott. Med.* 1477. *Mſſ. Muſ. Br. A. B. C. D. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 9 reddantur *Zar.*

turus. Bax.

Varias; omnium colorum. Bax.

Inducere, proprie ad calamum & penicillum refertur. Bax. Poteſt pictor *plumas* inducere partibus alioquin humanis, equiniſve. Ges.

3 *Undique*, ex omni parte; ex quibuſvis ſcilicet animalibus. Bax.

Collatis, adeo ut ſingula membrum aliquod de ſuo conferant. Bax.

Atrum, h. e. colore fœdum: & Antitheta ſunt *atrum* & *formoſa*. Dea cœleſtis Syrorum, inferiore parte piſcis erat vel ſerpens, quo ſignificabatur marinum & infernum Lunæ imperium. Bax. Tales Tritones, Nereides, Parthenope, Eurynome, &c. Ges.

5 *Amici*, domini mei: Amicus major patronus eſt, minor comes, vel cliens, uti ſæpius dictum. Bax.

Male poſita videtur diſtinctio, forte ſic reſtituenda,

Spectatum admiſſi riſum teneatis? Amici,
Credite, Piſones, &c.

Amici Piſones, ut *Amice Valgi*, et *Amice Mæcenas* alibi. Non *teneatis, Amici?* quia non ad *Amicos* in genere, ſed ad *Piſones*, hæc epiſtola ſcribitur. Vide Cl. Bentleium ad III. Carm. 2, 1. Bowyer.

6 *Tabulæ*, ſupple *pictæ*. Bax.

7 *Velut ægri ſomnia*, Proverbialis loquendi forma. Bax.

Ægri, Melancholici. Bax.

Vanæ; otioſæ, inutiles & chimæricæ. Bax.

8 *Species*, imagines. Bax.

Nec pes, nec caput; aliud proverbium eſt. Bax.

9 *Reddatur uni formæ*; h. e. cohærere dicatis, vel ad convenientem ſibi formam reducere valeatis. Bax. *Reddatur*, reſpondeat, conveniat, ut *Apodoſis*, quæ ad verbum *redditio* eſt, Protaſi: *reddi* alteri dicitur, quod ei debetur, vel quacunque ratione convenit. Ges.

Pictoribus, atque Poëtis: opponet aliquis, idem licere poëtis, quod pictoribus. Lam.

Pictoribus, atque Poëtis; quos tu modo invadis. Subjectio eſt. Bax.

11 *Scimus*, reſpondet Horatius. Lam.

Petimuſque damuſque; *petimus ut Poëtæ*; *damus ut Critici*. Vet. Schol. Bax.

12 *Coëant*; miſceant ſua corpora inter ſe: quo modo Virgil. Ecl. 8, 27. *Jungentur jam*

Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.
Inceptis gravibus plerumque et magna profeſſis
Purpureus, late qui ſplendeat, unus et alter
Aſſuitur pannus; cum lucus et ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus:
Sed nunc non erat his locus: et fortaſſe cupreſſum
Scis ſimulare; quid hoc, ſi fractis enatat exſpes
Navibus,

16 quo *pro* cum *Mſ. Muſ. Br. F.* 18 Rheni *Sax.* & *Mſs. Muſ. Br. B. D.* 20 expers *Z.* expes. *G.*

gryphes equis. Oſtendit Poëticam licentiam pudenter eſſe ſumendam, & modum ſervandum. Eſtque Metabaſis, ſive Tranſitio ad alterum præceptum, quod eſt De ſervando Themate, ſeu de vitandis inanibus & affectatis Epiſodiis. Bax.

13 Baſiliſcum ergo nondum componebant ex gallo gallinaceo & ſerpente. Ges.

14 *Gravibus*; dignitate plenis. Bax.

Plerumque; ſatis frequenter. Bax.

Profeſſis; præ ſe ferentibus. Bax.

15 *Purpureus aſſuitur pannus*; Metaphora a purpureis clavis quæ tunicis Senatorum aſſuebantur; & *pannos* per contemtum nominat hujuſmodi intempeſtivos exceſſus. Bax.

16 *Cum lucus*; incertum quos notet. Ariciæ erat celeberrimus Dianæ lucus cum ingenti lacu. Πᾶς τόπος σύνδενδρος ἄλσος καλεῖται ὕδωρ ἔχων καὶ θεοῖς ἀφιερωμένος. Homeri Interpres, citante Cruquio. Bax.

17 *Et properantis aquæ*; fontes deſignat, qui plurimis rivulis per prata in Aricinum lacum decurrunt. Hoc oſtendit Cruquius ex Strabone. Bax.

18 *Aut flumen Rhenum*; Poëtæ conſueverunt Subſtantiva etiam declinare ad formam Adjectivorum. Sic Ovid. Met. 15, 869, poſuit *Caput Auguſtum* & Epiſt. ex Pont. 1, 5, 75. *Quirinam urbem*; & Perſius 1, 69. *Heroas ſenſus*, & 6, 5. *Juvenes jocos*: atque hic noſter Od. 4, 4, 38, *Metaurum flumen*, & C. S. 47. *Romulam gentem.* Bax.

19 *Sed nunc*; h. e. quantumvis pannus ſplendeat, & tametſi ſit purpureus. Bax.

Cupreſſum ſcis ſimulare. eſt quidem cupreſſus arbor luctuoſa, ſed feralis, nec niſi funeribus affigi adſculpique ſolita, ut quæ Diti patri ſacra, defunctos diis manibus commendare credatur. eſt quoque naufragium triſte & omni miſeratione dignum. ſed quid naufrago ex undis ſervato vivoque rei eſt cum cupreſſo, quæ non vivo, ſed funerato convenit? Cruq.

Cupreſſum ſcis ſimulare; tractum eſt hoc ex antiqua fabella, quam ſic relatum habemus a Vetere Interprete. *Hoc proverbium eſt in malum pictorem, qui nesciebat aliud bene pingere quam cupreſſum: ab hoc naufragus quidam petiit ut fatum ſuum exprimeret; ille interrogavit, num ex cupreſſo vellet aliquid adjici:* Μή τε καὶ κυπαρίσσου θέλεις; Hoc Proverbium eruditus vir Henricus Stephanus ex ſcripto ſuo Scholiaſte eruebat. Notum eſt naufragos, ad commovendam populi miſericordiam, infortunium ſuum tabella depictum humeris circumgeſtaſſe. Bax.

20 *Quid hoc*, quid prodeſt naufrago miſero cupreſſus picta? Zeun.

Exſpes, ab omni ſpe deſtitutus, qui jam deſpondit animum: neque enim, puto, plauſores invenit vel inveniet interpretatio Bern. Martini, Var. Lect. 1, 25, *expedem* hic

Navibus, ære dato qui pingitur? amphora cœpit
Inſtitui; currente rota cur urceus exit?
Denique ſit quod vis ſimplex duntaxat et unum.
Maxima pars vatum, pater et juvenes patre digni,
Decipimur ſpecie recti: brevis eſſe laboro,
Obſcurus fio: ſectantem levia nervi
Deficiunt

23 quidvis *Bentl. & Cun. ex Mſs.* 26 lenia *Bentl. Cun. San. ex Mſs.*

hic eſſe πόδα, ore tantum qui exſtet, pedibus, & reliquo corpore adeo, aqua occultatis & ſubmerſis. Ges.

21 *Amphora*, vas amplum & quadrilaterum oblongo collo. Bax.

22 *Currente rota cur urc.* ſententia hujus loci hæc eſt. poëma amplum, et grânde inſtituiſti ſeu incepiſti: cur progrediente operis ſcriptione, extrema non reſpondent primis, ſed ſunt multo humiliora, & minutiora? Lam.

Urceus, lagena, vas anguſtum & ventricoſum, cadi fere forma. *Orca genus eſt vaſis, a quo urceus & urceolus dicitur.* Vet. Schol. Cruq. Nos corupte *Ewer* dicimus. Bax.

Exit; prodit, quaſi ex inſperato. Bax.

23 *Denique ſit, quod vis, ſimplex, &c.* Denique opus, ſeu poëma, quod inſtituis, non ſit multiplex, neque ex partibus diſſimilium formarum compoſitum: ſed ſimplex, & unum corpus. non admodum diſſimile eſt, quod ſcribit Ariſt. in libello περὶ ποιητ. ἀναγκη ἄρα τὸν καλως ἐχοντα μῦθον. ἁπλῆν εἶναι μᾶλλον, ἢ διπλῆν. id eſt, neceſſe eſt fabulam bene habentem, ſimplicem eſſe potius, quam duplicem. Lam.

Denique ſit quod vis ſimplex duntaxat & unum. Ubi *quod vis* interpretantur, *quod inſtituis, quòd componis.* Recte: ſed & friget ea lectio, & in ambiguitatem incidit, & immodulatum reddit verſum. Ego vero ex tribus noſtris, Vig. Bat. & Moreti codice, & ex uno Statii, certiſſimam tibi lectionem promo; quæ vel ſine ope Membranarum & facile inveniri poterat, & admitti merebatur:

amphora coepit
Inſtitui, currente rota cur urceus exit?
Denique ſit QUIDVIS, *ſimplex duntaxat & unum.*

Pergit in ſimilitudine: Amphoram incepiſti, cur non amphora exit; ſed partim amphora, partim urceus? denique *quidvis* ſit, amphora, vel urceus, vel obba, vel cadus, vel dolium: modo unum ſit & ſimplex. Bentl.

Male Bentleius *quidvis*, & nulla cum autoritate. Bax.

Simplex & unum; continuum & uniforme. Bax.

24 *Maxima pars*; ad tertium præceptum properat, quod eſt De vitandis vitiis in Charactere Stili. Bax.

25 *Specie*, ſupple *falſa*. Bax.

Rectum eſt pravo contrarium, uti pravum & perverſum naturæ & rationi. Bax.

Laboro; h. e. laborat quis: nam Enallage eſt Perſonæ. Bax.

26 *Sectantem*, imitari tentantem. Bax.

Levia; facilia, mollia & fluentia. Bentleius propria conjectura de *levia* fecit *lenia*: ego nihil mutaverim indicta cauſa. Bax. *Lenia* pulchram parit ſententiam, & habet multos auctores. Sed quod *devia* conjicit vir doctus, tota via aberrare mihi videbatur. Ges.

Nervi animique; h. e. robur, & vigor ſpiritûs. *Sæpe enervatos verſus ſcribit qui dat operam ut ſcribat delicatos.* Vet. Schol. Bax.

27 *Grandia*,

Deficiunt animique: profeſſus grandia turget:
Serpit humi tutus nimium timiduſque procellæ.
Qui variare cupit rem prodigialiter unam;
Delphinum ſilvis appingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte.
Æmilium circa ludum faber imus et ungues
Exprimet,

30 *in ſilvis MSS. Muſ. Br. G.* 32 unus *Bentl. ex Mſs. Cun. San.*

27 *Grandia*, ſublimia. Bax.

28 *Serpit humi*; *it per terram, qui non audet magnis ſe imponere rebus*; ut eleganter Vet. Schol. Qui ſcilicet diſerte loqui amat, tenui Stilo contentus. Bax.

Procellæ; alti venti, h. e. inflatæ dictionis. *Non tamen alto ſemper feremur: nam & litora interim ſequenda ſunt.* Quintil. lib. xii. Cap. 10. Bax.

29 *Variare*; figurata dictione, ſeu Allegoricis pigmentis, diſtinguere; quod in florido Stilo fieri amat. Bax.

Prodigialiter, monſtroſe; quia ſcilicet *ſpecie recti decipitur*, ut acute Franciſcus Luiſinus. Bax.

30 Recte *appingit*, cum præmiſerit *variare*. Bax.

31 *Culpæ*, reprehenſionis. Bax.

Si caret arte; ut caveat Scyllam dum devitat Charybdim. Bax.

32 *Aemilium circa ludum faber imus, & ungues exprimet:* ſic veram & veterem lectionem huc revoca; minima mutatione;

Aemilium circa ludum faber, UNUS *& ungues*
Exprimet, & molles imitabitur aere capillos,
Infelix operis ſumma.

Unus omnium optime capillos & ungues exprimet, cetera vero membra & totam adeo ſtatuam ponere non poterit. Quid clarius certiuſve? Eleganter illud *unus* ſic poni ſolet. Noſter Serm. I, 10. v. 42.

Arguta meretrice potes, Davoque Chremeta
Eludente ſenem comis garrire libellos,
UNUS *vivorum, Fundani.*

Sat. II, 3. v. 24.

Hortos egregiaſque domus mercarier UNUS
Cum lucro noram.

Epod. XII, 4.

Namque ſagacius UNUS *odoror.*

Nepos in Cimone: 3, 1. *Cum* UNUS *in civitate maxime floreret.* Virgil. Aen. II, 426.

cadit & Ripheus, juſtiſſimus UNUS
Qui fuit in Teucris, & ſervantiſſimus aequi.

Ubi recte Servius: UNUS, *non ſolus, ſed praecipuus.* Ergo faber iſte, omnium optime, praecipue, unice ungues & crines exprimebat, in ceteris deficiebat. Tolle vero vocabulum UNUS; & ſententiam ipſam una opera ſuſtuleris. Quid enim eſt *exprimet ungues?* Qui ſcias ex iſto, utrum affabre & eleganter, an craſſe illepideque, an mediocriter expreſſerit? Atqui in exprimendis unguibus *praeſtantiam artificii* hic commemorari, vel ſententiae redditio fidem facit, ubi ex adverſo ponit in quibuſdam corporis partibus *formae excellentiam*,

Spectandum nigris oculis nigroque capillo.

Ceterum UNUS clare exhibet codex Oxonienſis, qui Digbeanus vocatur; & a prima manu, prout ex litura conjicere licet, Graevianus & Regiae Societatis. Et ſic quoque locum citat Joannes Sareſberienſis praefatione Libri VI. Viderat hunc Theodorus Marcilius: *Sed melius*, inquit, IMUS. Ita quidem: ſi *faber unus* idem eſſet ac *faber aliquis*. Sed elegantiam vocis non aſſecutus eſt. Bentl.

Æmilium circa ludum; Quartum præceptum Materiam eſſe diligendam quam poſſe-

Exprimet, et molles imitabitur ære capillos,
Infelix operis ſumma, quia ponere totum
Neſciet: hunc ego me, ſi quid componere curem,
Non magis eſſe velim, quam pravo vivere naſo
Spectandum nigris oculis nigroque capillo.
Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus, et verſate diu quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri: cui lecta potenter erit res,

Nec

36 naſo vivere pravo *Mſs. Muſ. Br. A. C. D. G.* 40 pudenter *V. D.*

mus implere. *Amilii Lepidi ludus gladiatorius fuit quod nunc Polycleti Balneum eſt.* Vet. Schol. Bax.

Exiſtimo *Fabrum imum* dici qui ad capitella columnarum, ferarum κροτομὰς, h. e. ungues atque rictus affabre expreſſerat, atque hoc ſolum noverat. Frigidiuſculum videtur Bentleii *faber unus*, Quin iſtiuſmodi ſtatuarius poſſit Poëtica circumlocutione dici *faber imus* quod tantum extrema ferarum noverat exprimere? Bax. Quidni *ſummus*, qui rictus facit? Quid *faber imus* notat aut in imo vico habitantem, aut ultimum ab arte: *unus* vel pro *aliquis* ponitur, vel ſuperlativum indicat. Ges.

33 *Exprimet*, poterit exprimere, ſeu ad vivum effingere. Scita Temporum Enallage. Bax.

34 *Infelix operis ſummæ*. Rudis & imperitus in toto opere conſummando. Nannius. *Ponere*, id eſt, facere, τιθέναι. ſic ſup. IV Od. 8, 8. *Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.* Lam.

Ponere, verbum eſt quod ad pictores & ſtatuarios ſpectat: *Pone Tigillinum tæda lucebis in illa.* Juvenalis 1, 155. 8. Bax. Vid. IV Od. 8, 8. Ges.

35 *Curem*; mediter, cogitem. Bax.

36 *Quam pravo vivere naſo*. Reſtitue ex omnibus codicibus tam noſtris quam aliorum, verborum ordine mutato,

Non magis eſſe velim, quam NASO *vivere* PRAVO. Illud vero, cum in editionibus priſcis, utraque Veneta & Loſcheriana, ſemel inſederat, patienter nimis ne dicam ignave perpeſſi ſunt interpretes. Siquidem, præterquam quod codices abjudicant, etiam invenuſtus ille trium ſyllabarum concurſus VO VI VE pravitatem ejus redarguit. Bentl.

Pravo, torto. Bentleius vetuſta quædam Exemplaria ſecutus repoſuit *naſo vivere pravo* ſatis incondito Rhythmo. Neque me terret, quem dicit, invenuſtus trium ſyllabarum concurſus in VO VI VE. Bax.

Vivere; in publico verſari, foras prodire. Bax.

37 *Spectandum*, admirandum. Bax. Quin conſpicuum. Niger color capillorum & oculorum exigua, pars formæ; naſus pravus inſigne dedecus. Ges.

39 *Verſate*; revolvite animis. Metaphora hæc a gerulis deſumta; nam de lignea materia cogitavit. Bax.

40 *Cui lecta potenter erit res:* id eſt, qui rem ſumſerit non majorem ſuis viribus, ſed quam ingenio, & doctrina ſuſtinere poſſit, ei neque facundia, neque diſpoſitio deerit. potenter, id eſt, κατὰ δύναμιν: quantam rem ferre ac ſuſtinere poſſit. Lam.

Cui lecta potenter erit res; Editor Doctiſſimus Papilii Statii proponit legere *pudenter*, quod alibi apud noſtrum occurrit, atque huic

Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus erit et venus, aut ego fallor,
Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici
Pleraque differat, et præſens in tempus omittat.
In verbis etiam tenuis cautuſque ſerendis:
Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis autor.
Dixeris egregie, notum ſi callida verbum
Reddiderit

42 haud ego *G. S. F.* 43 *pro* nunc, non *V. D.* 46 *ante* 45 *ponunt omnes præter Bentl. & Mſs. Muſ. Br. A. B. C. D. F. G.*

huic loco tam bene convenit. — Similis locus in Epiſt; ad Auguſtum v. 259, huicce conjecturæ aliquanto favet;

nec meus audet
Rem *tentare* pudor, *quam vires ferre recuſent.*

HURD.

Potenter; *Figuravit*, ὡς δυνατῶς. Vet. Schol. h. e. *Secundum quod poteſt.* ut ait alter Schol. BAX.

41 *Facundia*, ars ſtili; de qua ſcilicet jam dictum eſt: & tranſit ad quintum præceptum, ut doceat Quid ſit Diſpoſitio. BAX.

Deſeret, deſtituet, fruſtrabitur. BAX.

42 *Virtus & Venus*, *ars & gratia.* Vet. Schol. *Virtus* omnis ordinis eſt, *ut jam nunc dicat i. n. d. d.* hoc eſt, ut ſuo quidque loco dicat, ut geſtum eſt. *Venus* & dulcedo ordinis poëtici eſt, ut *pleraque differat*, lectorem poëmatis & ſpectatorem comœdia ſtatim in medias res immittat, relicta ab initio ſuo tempore revocet. Partem proximæ annotationis Baxterianæ incluſi ut nihil pertinentem ad Horatium. GES.

43 *Jam nunc dicat, jam nunc differat*, h. e. Lectorem incerta exſpectatione ludat, vel ut vulgo dicimus, tantalizet. *Jam nunc* pro *modo* eſt. [Vix capio quæ dicat hoc loco Bentleius poſt "mille annos." Nodum puto in ſcripto quærit.] *Hoc ſpernat*, h. e. hoc omittat, vel non dicat. Uſitata hæc eſt Μεταλήψεως. BAX.

Debentia dici, quæ proxime dicenda veniebant.: ἃ ἔμελλεν εἰπεῖν. BAX.

45 Sextum præceptum eſt. De verbis veteribus & novis. BAX. Admiſi tranſpoſitionem Bentleianam, remedium magnæ difficultatis blandum, quod ſciunt, qui obſervarunt, librarios, ſiquid in ordine eſſet peccatum, ne librum deformarent litura, minutis notis appoſitis verum ordinem demonſtraſſe; illas porro notulas ob tenuitatem evanuiſſe, ſalvo ipſo contexto orationis pinguioribus literis ſcripto. GES.

Tenuis; rarus infrequens. BAX. Immo ſubtilis. GES.

Serendis, *propagandis*, *ponendis*. Vet. Schol. Cruq. BAX. *Verba ſerere* λέγειν, connectere, unde *ſermo* dicitur. Deliberat poëta, quod verbum hoc vel illo loco ponat ubi aptius ſit unum altero. Univerſim enim de verborum delectu agitur, in quo *tenuem* eſſe jubet Horatius poëtam h. e. ſubtilem & *cautum*. Speciatim deinde de novatis egit. GES.

46 *Hoc amet*, *hoc ſpernat*; h. e. rationem habeat eorum quæ vel dicat vel prætermittat. BAX.

Promiſſi, diu exſpectati & per hoc egregii. BAX.

47 *Egregie*; multa cum laude. BAX.

Si callida v. r. callida junctura, id eſt, artificioſa. alludit enim ad τὸ τεχνῆ, quod & artem & aſtutiam notat: quo modo quoque cautus hîc accipiendum eſt. CRUQ.

Or

Reddiderit junctura novum. Si forte neceſſe eſt
Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum,
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget; dabiturque licentia ſumta pudenter.
Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, ſi
Græco

Carm. IV. XII. 20.

52 factaque *Fabric. ex Mſs. Bentl. Cun.*

Ordo eſt; *Si callida junctura reddiderit notum verbum novum*, ut ſuperiore ſæculo oſtendit Jaſon de Nores Cyprius. *Callida junctura*; i. e. *Elegans & nova Elocutio*. Vet. Schol. Bax.

48 *Si forte neceſſe eſt, &c.* Totius hujus loci hæc ſententia eſt, ſi ſcripturam veterem ſequamur. Si forte neceſſe eſt res abditas & occultas novis vocabulis declarare, & nomina fingere veteribus inaudita: licebit hoc facere, dabiturque licentia, pudenter & modeſte ſumta. Sic explicandus hic locus eſt, ſi ponatur copula poſt vocem *rerum*: ut ponenda eſt, ſi libros veteres ſequi volumus, ſi vero ſine copula legamus, ita explicandus erit. Si forte neceſſe eſt res abditas novis vocabulis exprimere: licebit nomina veteribus inaudita fabricari, dabiturque fabricandorum vocabulorum licentia, modo pudenter ſumatur. Lam.

49 *Indiciis monſtrare r.* Vocabulis novis. Nam vocabula ſunt rerum indicia, per quæ ad rei cognitionem pervenimus. Nannius.

Indiciis: concinne, quod ſequantur *monſtrare & abdita*. Bax.

Abdita rerum, Lucretiana Elocutio eſt, pro *res abditas*, h. e. hactenus occultas, & per hoc, novas. Bax.

50 *Cinctutis*; contemtim poſuit quaſi nudis. *Cinctutis, exſertis: Exſertique manus veſana Cethegi*. Lucan (2,543). Vet. Schol. ex MS. Mediolanenſi. *Exſertus eſt qui manum & humerum habet nudatum: Ideo cinctuti, quod loco tunicæ cinctum*, h. e. *campeſtre, vel ſubligaculum geſtaret*. Octavius Ferrarius de Re Veſtiaria. *Nunquam tunica uſi ſunt, ideo cinctutos eos dixit, quoniam cinctus eſt genus tunicæ, infra pectus aptatæ*. Vet. Schol. Bax. Ergo *cinctutos Cethegos* dixit ut Car. 2, 15, 11 *Intonſum Catonem*. Vetuſtatem notat. Cf. Epiſt. II, 2, 117. Metri cauſa hic confictum *cinctutis*, ait Harduinus; quaſi non potuiſſet *ſuccinctis* dicere. Utitur eo etiam Ovid. Faſt. 5, 101 de Lupercis. Ges.

Exaudita Cethegis. *Cethegi* olim eloquentiſſimi & Reip. ſtudioſiſſimi fuere, tametſi unus cum L. Catilina in Reip. perniciem conſpirarit, majores tamen clari atque eloquentes exſtitere. Primus M. Cornelius Cethegus ſic ab Ennio (p. 90.) honoratus:

Flos delibatus populi Suadæque medulla.
Nannius

51 *Continget*, obtinget, licebit. Bax.

Pudenter, cum verecundia, cum cauſa. Vet. Schol. Bax.

52 *Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem*, *Ficta verba* habent codices noſtri, ut editiones omnes; recte quidem, ſi alio loco eſſet. At nunc verſu abhinc altero præceſſerat eodem ſenſu *Fingere*. Quamobrem ne tam putida repetitione nitidiſſimum carmen maculetur, adſciſcimus certiſſimam lectionem, quam Fabricii codices ſubminiſtrarunt,

Et nova FACTA*que nuper habebunt verba*
fidem, ſi
Græco fonte cadent.

Cicero in Oratore c. 20. *Ego autem, etiamſi quorundam grandis & ornata vox eſt poëtarum, tamen in ea licentiam ſtatuo majorem eſſe* faciendorum *jungendorumque* vocabulorum. Ec. c. 24. *Ergo ille tenuis orator, modo ſit elegans, nec in* faciendis verbis *erit audax, & in transferendis verecundus, & parcus in priſcis*. Et. c. 52. *Eſt enim Iſocrates, ut in transferendis* faciendiſque

Græco fonte cadant, parce detorta: quid autem
Cæcilio Plautoque dabit Romanus, ademtum
Virgilio Varioque? ego cur, acquirere pauca
Si poſſum, invideor, cum lingua Catonis et Ennî
Sermonem patrium ditaverit, et nova rerum
Nomina protulerit? Licuit, ſemperque licebit,
Signatum præſente nota producere nomen.

Ut

53 cadent *G. & Mſs. Mus. Br. A. B. C.* per te *pro* parce *Erf.* 59 poſſim *Ms. Ach. Stat.* 58 prodiderit *conj. Cun.* 59 procudere *ex Mſs.* nummum *e conj. Bentl. Cun. San.*

diſque verbis *tranquillior, ſic in ipſis numeris ſedatior.* Idem de Oratore III, 38. Novantur *autem* verba, *quæ ab eo qui dicit ipſo gignuntur ac* fiunt. De Partit. Orat. c. 21. *Utendum erit iis in Oratione ſingulorum verborum inſignibus, quæ habent plurimum ſuavitatis; id eſt, ut* factis verbis *aut vetuſtis aut tranſlatis frequenter utamur.* De Finibus III, 15. *Cum uteretur Zeno in lingua copioſa* factis tamen nominibus ac novis. Et iterum: *Sed non alienum eſt, quo facilius vis verbi intelligatur rationem hujus* verbi faciendi *Zenonis exponere.* Gellius XIII. 16. *Qui* verba *Latina* fecerunt, *quique his probe uſi ſunt,* Humanitatem *appellaverunt id propemodum quod Græci* παιδείαν *vocant.* Ita Græci dicunt, ὀνόματα ποιεῖν & πεποιημένα. Bentl.

Fidem, autoritatem. Vet. Schol. Bax.

53 *Si Græco fonte cadent p. d.* id eſt, ſi erunt e Græca lingua in uſum Latini ſermonis deflexa: qualia ſunt *ephippium acratophorum* &c. Lam.

Cadant, defluant, deriventur. Bax.

Parce detorta; modice de rivo ſuo deducta, & ad Latinam formam levi negotio declinata, ut, e. g. Triclinium, a Τρικλίνιον. Bax.

54 *Romanus*: acer libertatis aſſertor. Bax.

Ademtum; eodem argumento idem probavit et M. Tullius, de fin. 3, 4. cum dixit: *Si Zenoni licuit, cum rem aliquam inveniſſet inauditam, et inuſitatam, ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni.* Jas. de Nor.

Ademtum, negatum. Bax. De re ipſa cf. Epiſt. II, 2. 119. Ges.

59 *Signatum præſente nota prod.* libri vulgati habent *producere*, quibuſcum conſentiunt aliquot antiqui, id eſt, proferre in lucem, ſeu *protrahere in medium* (ut loquitur Lucretius 5, 1387.) *nomen* autem *præſente nota ſignatum*, hoc eſt, quod uſus præſens comprobet: nomen, quod cum eorum hominum qui tunc ſunt, cum producitur, loquendi conſuetudine conſentiat: nomen quod eam formam, & notum impreſſam contineat, quæ ſit in uſu. ego tamen *procudere* malim ut habent libri aliquot calamo exarati, ut tralatio ſit a nummis. Lam.

Producere, in medium proferre eſt, & populo tradere: Inutile foret *procudere*, quod video multis placere, contra fidem tot Codicum: Procuduntur gladii, cuduntur nummi. Vid. Epiſt. 2. 2, 119. Bentleius, inducta *producere nomen* (quæ Lectio eſt plurimorum Codicum) obtorto loco, inferſit *procudere nummum*, ſatis dura & inficeta Allegoria. Bax. Sed hanc Metaphoram eſſe optimis probatam, & *procudere* in MSS. eſſe, probavit Bentleius. Equidem malim ſic ſcripſiſſe, quam duobus deinceps verſibus poſuiſſe, *Nomina protulerit*, & *Producere nomen*. Ges.

Verbis utendum eſſe ait Cicero, ut nummis, publica moneta, ſignatis. Unde notare verba, & voces dixit in I, S. 3, 103. pro iis nomina imponere. Jas. de Nor.

Procudere; Producere antea legebatur, nos

Ut ſilvæ foliis pronos mutantur in annos;
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque.
Debemur morti nos noſtraque; ſive receptus
Terra Neptunus, claſſes aquilonibus arcet,
Regis opus; ſteriliſque diu palus, aptaque remis,
Vicinas

60 ſilvis folia privòs *Bentl. qui etiam conjic.* nudantur *vel* viduantur. Silvæ ut cum foliis *conj. Cun.* prono in anno *V. D.* 63 Debemus *Mſs. Priſcia. apud Ach. Stat.* 65 ſter. palus aptataque *Marc. ex Mſs. & Priſc.* palus prius *Bentl.* ſteriliſve palus dudum actaque remis, *vel* pulſataque remis, *vel* agitataque remis *conj. Cun. V. N.*

nos et vetuſtis exemplaribus procudere reſtituimus. quæ lectio magis placet, ut in incepta metaphora perſiſtatur: quod fieri monet Quintilianus. JAS. DE NOR.

60 *Ut Silvæ foliis*; Hanc ſimilitudinem tacite ex Homero mutuatus eſt, ubi hominum ætatem foliis comparat: quorum ut alia cadunt, alia enaſcuntur, ita et eorum partim generantur, partim intereunt. JAS. DE NOR.

Ut ſilvæ; Homericum eſt: Οἷον γενὴ φύλλων γενεὴ τοιήδε καὶ ἀνδρῶν [Ιλ. Ζ, 146.] Mira quadam fiducia inutilique opera magnus Bentleius de ſuo ingenio repoſuit. *Ut ſilvis folia privos mutantur in annos.* BAX. *Silvæ mutantur* ſplendidius dictum, quam *folia mutantur.* GES.

Fronos in annos, h. e. in ſingulos autumnos BAX. Cf. Od. 3, 27, 18. GES.

61 Nota *vetus ætas*, pro *vetuſtas*. BAX.

63 *Receptus*; *Divus Auguſtus duas res divinas fecit, nam Pomtinam Paludem ſiccavit, ut ad mare meatum habere cogeret, ut poſt & arari poſſet & Portum Lucrinum munivit.* Vet. Schol. *Immiſſo prius in lacum mari: Pomtinas autem paludes ad quadrageſimum milliarium emiſit.* Alter Schol. Hæc autem inſerit ut gratificetur Auguſto [vid. ad. v. 65] *Neptunus* autem Tritonum pater dicitur, quaſi *Nepodumus*, quia caret pedibus: uti & Græce Ποσειδέων; quaſi Ποσὶ δέων; quod miror nemini obſervatum. Νέποδες Græcis uſitatum omnium piſcium Epitheton. BAX.

64 *Claſſes aquilonibus arcet*; *Hypallage.* Vet. Schol. BAX.

65 *Regis opus:* Auguſtus Imperator erat in Republica; & Παροιμιακῶς dicitur. BAX. Sed hæc ipſa tamen *Regis* appellatio, tantopere deteſtata Auguſto, ſuadet, ne de ipſius operibus hic agi putem, ſed Xerxis circa Atho montem conatibus, cum præſertim inconſtantiam memoret. Ceterum de portu Julio eſt apud Sueto. Aug. 16. GES.

Steriliſque diu palus aptaque remis. Cum ex analogia & pronunciationis lege *Palus* poſteriorem ſyllabam producat; ut Virgil. Ec. 1, 49.

Limoſoque palus *obducat paſcua junco.*
G. 4, 479.

Cocyti tardaque palus *inamabilis unda.*
Æn. 6, 107.

Dicitur & tenebroſa palus *Acheronte refuſo.*
Æn. 12, 745.

Atque hinc vaſta palus, *hinc ardua moenia cingunt:* gravat profecto Flacci manes ſceleratus hic verſiculus, *atque ignoratae premit artis crimine turpi:* ubi ſyllaba iſta Muſis indignantibus corripitur:

Regis opus: ſteriliſque diu palus *aptaque remis*
Vicinas urbes alit, & grave ſentit aratrum.

Neque vero ullum in codicibus ſubſidium eſt: hi omnes & Grammatici etiam veteres jam a mille annis lectionem hanc & notarunt & propagarunt. Servius ad Aen. II, 65. *Sane Tellus* US *longa eſt, & pauca ſunt, quæ* US *producunt, ut Senectus, Juventus, Salus, Virtus, Palus, Servitus, Incus, Tus, Rus, Mus, Pus. Palus tamen brevis nonnunquam invenitur, quia in* DIS *exit genitivus: ut Horatius,* Steriliſque diu palus aptaque remis.

65. palus aptaque remis.
Withof. Enc. Crit. 317. Pomptina
racemis —

Vicinas urbes alit, et grave ſentit aratrum;

Seu

Idem Aen. VI. 107. *In Palus bene Virgilius produxit* LUS, *quia Paludis facit; quod ſupra plenius diximus. Horatius corripuit: ut*, Steriliſque diu palus aptaque remis: Idem De ultimis ſyllabis p. 1813. Us *vero, cum in genitivo creſcente longa permanſerit, producitur, excepto uno Palus, ut eſt hoc*, Steriliſque diu palus aptaque remis: Quæ totidem verbis habentur apud Bedam De metris p. 2360. Denique & Priſcianus p. 718. *Palus tamen etiam correpta* US *invenitur apud Horatium de Arte Poëtica*, Steriliſque diu palus aptaque remis. Vides hoc Noſtri loco omnes inniti, quodque pejus eſt, hoc uno; neque quemquam alium ſcriptorem ad partes vocare. Doluerunt itaque recentiores Horatii vicem, nullumque non lapidem moverunt, ut tam fœdum a caro capite dedecus amolirentur. Alciatus hoc effugium reperit, ut *Palus* in unam ſyllabam coaleſcat, & quaſi *Plus* efferatur; quemadmodum apud Comicos *Meum*, *Tuum*, *Novum* ad monoſyllaba ſæpe rediguntur; cujus animum quidem laudes, commentum ut futile vituperes.—Poſito igitur & conceſſo, locum, ut hodie fertur, in mendo cubare; ſic reſtituendum & reponendum arbitror:

Regis opus: ſteriliſve palus PRIUS *aptaque remis*
Vicinas urbes alit & grave ſentit aratrum.

ubi illud VE ex Voſſiano, Graeviano, & Batteliano adſciſimus; *Sive* Neptunus—— ſteriliſve palus——*ſeu* annis curſum mutavit: ut Carm. IV, 2, 13, ſqq.

Seu *deos, regeſque canit*,——
Sive *quos Elea domum reducit*——
Flebili ſponſae juvenemve raptum Plorat.

Que vero nullum hic locum habet: ut miror hic tot editoribus ſomnum obrepſiſſe. Jam autem ut DIU in PRIUS mutaremus, & vocum ſimilitudo, praeſertim ubi *Prius* compendioſe ſcribitur, & ipſa ſententia monuerunt. Hoc enim ſine dubio voluit Flaccus, Quae *ab omni aevo* ſterilis palus fuerat, nunc exſiccata ſegetes fert. Atqui in hac ſententia rectius *prius palus* dixeris, quam *diu*. Noſter Carm. I, 3, 32.

Semotique prius *tarda neceſſitas*
Leti corripuit gradum.

Prius ſemoti, nempe ab ipſis humani generis primordiis. Ovid. Metam. I, 135.

Communemque prius, *ceu lumina ſolis & auras*,
Cautus humum longo ſignavit limite menſor.

& II, 174.

Quaeque polo poſita eſt glaciali proxima ſerpens,
Frigore pigra prius, *nec formidabilis ulli*,
Incaluit.

Pone jam in his locis *Diu* pro *prius*; verſus quidem aeque utrumque recipiet, ſententia non item. Quippe *Diu* fuiſſe dicuntur, quae a longo tempore ſic erant: vix quae ab omni: *Prius* vero utrique ſenſui ex æquo convenit. Virgil. Georg. III, 362.

Concreſcunt ſubitae currenti in flumine cruſtae,
Undaque jam tergo ferratos ſubſtinet orbes,
Puppibus illa prius *patulis, nunc hoſpita plauſtris.*

& Aen. X, 223.

innabant pariter, fluctuſque ſecabant,
Quot prius *aeratae ſteterant ad litora prorae.*

Cum autem PRIUS a dormitante Librario in DIU mutatum eſſet, *ſteriliſque palus diu aptaque remis*; reliquum erat, ut proximus exſcriptor ipſius, ut putabat, verſus gratia verba illa inverteret.

BENTL.

De *ſteriliſque diu palus* Bentleius, jure quodam ſuo, nullo ſub autore, imo (quod vel ipſe fatetur) abnuentibus etiam omnibus veteribus Grammaticis tantummodo quod caveret in metro, reſcripſit *ſteriliſve palus prius*. Quis tamen tantæ autoritati contradicat? BAX. Teſtantur Servius & Priſcianus poſteriorem ſyllabam in *palus* correptam ab Horatio, ut in *Tellus* a Martiano Capella. in *Senectus* a Cornelio Gallo. Et quam facile potuit Horatio, modo voluiſſet, ſolicitudine liberare Grammaticos, quam levi tranſpoſitione, *ſteriliſque palus diu?* hiatum enim nemo bonus poëta refugit. An igitur

ita

Seu curſum mutavit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius; mortalia facta peribunt:
Nedum ſermonum ſtet honos, et gratia vivax.
Multa renaſcentur quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt et jus et norma loquendi.
Res geſtæ regumque ducumque, et triſtia bella,
Quo ſcribi poſſent numero, monſtravit Homerus.

Verſibus

ita legimus? Non puto, cum reclament Servius & Priſcianus. De re ipſa Plin. 26, 9. *Siccentur hodie Æthiopide* [herba magica] *Pontinæ paludes*. Tentatum poſtea a Trajano, a Theodorico. GES.

——*Steriliſve palus prius, aptaque remis,*
Vicinas urbes alit, & grave ſentit aratrum.

Ita edidit, ex conjectura, Cl. *Bentleius:* ante erat,

ſteriliſque diu palus, aptaque remis,

De qua lectione vide Grammaticos veteres in nota *Bentleii*. Legendum erat,

ſteriliſve palus pulſataque remis, &c.

ut *pulſa remorum*, Cæſar. Bell. Gall. III, 13. Propertius IV. 2, 8.

Remorum *auditos per vada* pulſa *ſonos*. Exempla ubique occurrunt. Errore ſcriptum primo videtur *ſteriliſve palus palus aptaque remis*, pro *palus pulſataque remis*. Deinde omiſſum *palus* alterum, &, metri ſcilicet cauſa, interpolatum, *ſteriliſve* Diu *palus aptaque remis:* quod Grammaticos veteres in errorem induxit de quantitate ultimæ ſyllabæ vocis *palus*. Recte autem opponuntur, quæ *ſteriliſ* erat palus, ea nunc urbes alit; & quæ olim *pulſata remis erat* jam *ſentit aratrum*; nec *aratrum* ſolum, ſed & *grave* aratrum: quæ vox ſoliditatem & firmitatem ſoli indicat. BOWYER.

67 *Curſum mutavit*; *Tiberim Agrippa derivavit, qua nunc vadit*; *antea per Velabrum fluebat*. Vet. Schol. BAX.

Iniquum, grave. BAX.

68 *Doctus*, ut Epiſt. 1, 14, 30. *Docendus*. GES.

Mortalia facta peribunt; etiam hæc quæ maxima ſunt? Et ſic exponit Jaſ. de Nores. Bentleius etiam de ſuo penu deprompſit *cuncta*, delevitque *facta*, quod non eſſet bene Latinum, ut ille ait. BAX. *Facta mortalia*, quidquid *faciunt* mortales; quibus pulchre opponuntur *verba:* ſub appellatione *cuncta* autem jam continentur. GES.

69 *Nedum ſerm.* nedum hic pro *non* ponitur: nam ubi τὸ nedum, non refertur ad verbum præcedens, ei deeſt negativa particula, & ſuumque habet verbum, & ſemper in potentiali modo; ut necdum ſtet honos, id eſt, & non ſtet. vide Linacrum De emendata ſtructura, lib. 6. CRUQ.

Stet honos; non defluat decor: durat in Metaphora de arborum foliis. BAX.

71 *Uſus enim facit autoritatem*. Vet. Schol. BAX.

72 Lege "Cui penes arbitrium eſt &c." Si hæc non arrideat emendatio, vellem quis OEdipus veteris lectionis conſtructionem expediret, mihi Davo parum intellectam. WAKEF.

73 *Res geſtæ*; Septimum hoc præceptum docet Quibus Metris ſingulæ res tractandæ ſunt. BAX.

75 *Verſibus*

Verſibus impariter junctis querimonia primum;
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos:
Quis tamen exiguos elegos emiſerit autor,
Grammatici certant, et adhuc ſub judice lis eſt.
Archilochum proprio rabies armavit iambo:
Hunc ſocci cepere pedem, grandeſque cothurni,
Alternis aptum ſermonibus, et populares
Vincentem

75 *Verſibus impariter junctis.* Primum de Hexametro, nunc de Elegiaco. Vicina enim ambo ſunt, & ſine Hexametro Pentametrum ſive Elegiacum minime conſtat, verum ſemper illi cohæret, adeo ut dividi ſejungique ab eo nequeat. *Impariter* autem adverbio uſus eſt Horatius pro nomine, ut ſæpe alias, & ſupra: 40.

——*cui lecta potenter erit res,*

pro res potens. NANNIUS.

Querimonia; lugubris materia; hinc Ἔλεγος ἀπὸ τοῦ ἐ λέγειν. BAX.

76 *Voti ſententia compos*; materia læta, ut luſus amatorii. BAX.

77 *Exiguos:* tenues, querulos. BAX.

78 *Grammatici certant*; utrum ſcilicet Polymneſtus Colophonius, Callinous, Terpander, an Theocles Naxius. BAX. V. Mar. Victori. Art. Grammat, 3 p. 2555 med. GES.

79 De Archilocho Epiſt. 1, 19. 30. Da. Heinſii tranſpoſitionibus æquo nos animo carere poſſe arbitrabar. GES.

Armavit; Unde Ovid. ib. 52. hos verſus eadem tranſlatione tela appellat, quibus Archilochus in Lycamben impetum fecerit.

"*Tincta Lycambæo ſanguine tela feram.*"

Aptiſſimum enim eſt hoc genus carminis ad contumeliam, a quo nomen ſumpſit, quod eo plerumque veteres ἰαμβίζειν id eſt, convitiari invicem, ſoliti ſint. JAS. DE NOR.

80 Notum eſt ſoccos fuiſſe Comœdorum, & Cothurnos Tragœdorum. Crepida Deorum atque Regum erat Cothurnus, alta & puniceo colore. BAX.

Grandeſque cothurni; Item a genere calceamenti deſignat tragœdiam, quo publicæ perſonæ, ut Reges induebantur. Quare & Ovidius III Am. 1, 11. eam ita deſcribit.

"Venit & ingenti violenta Tragœdia paſſu,
Fronte comæ torva, palla jacebat humi.
Læva manus ſceptrum late regale tenebat,
Lydius apta pedum vincla cothurnus erat."

Unde cothurnus pro graviori genere inventionis accipitur: ut, Virg. Ecl. 8, 10.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

JAS. DE NOR.

81 *Alternis aptum*, h. e. Dialogiſmis ſcenicis. Πλεῖστα γὰρ Ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους. Ariſtoteles in Poëtica, ut oſtendit Jaſon de Nores. BAX.

Et popul. vinc. ſtrepitus. quia ſpectatores vociferari, & ſtrepere deſinunt, verſibus iambicis delectati. LAM.

Et populares vincentem ſtrepitus; Quare Horatius Iambum vincere ſtrepitus populares dixerit, alii aliter ſentiunt. Sunt enim, qui ad Tragœdiam tantummodo referunt, intelligentes Iambum in ea adhibitum adeo eſſe ſonorum & grave, ut quaſi ſtrepitus populi ſuperare videatur. qui, quanto in errore verſentur, Ciceronis verba declarant in

Vincentem ſtrepitus, et natum rebus agendis.
Muſa dedit fidibus divos, pueroſque Deorum,
Et pugilem victorem, et equum certamine primum,
Et juvenum curas, et libera vina referre.
Deſcriptas ſervare vices operumque colores,

Cur

86 labores *Sax.*

in Oratore 58. cum ait, *Iambum frequentiſſimum eſſe in iis, qui demiſſo atque humili ſermone dicuntur.* Si igitur in demiſſo, atque humili, qua ratione ex gravitate populares ſtrepitus ſuperaret, clamoreſque vinceret." —— Ego Horatium exiſtimarem ad differentiam earum Comœdiarum & Tragœdiarum, quæ minime Iambis ſcriberentur, cum ad hoc in primis reſpiceret, dixiſſe, iambum vincere, hoc eſt ſedare populi ſtrepitus & exſibilationes: ut ſignificare voluerit, eas Comœdias, & Tragœdias explodi ſolitas, ac derideri, quæ minime iambis, eas vero ſedato ſtrepitu, attentiſſimo animo audiri, quæ iambis perſcriberentur, tanquam perfectiſſimas. Unde Ennium, & Accium infra ironice deridet, quod in eorum Comœdiis, & Tragœdiis perraro iambos adhibuerint: ut ſit ſenſus, tragœdias & comœdias iambis perſcriptas vincere, & ſedare ſtrepitus populares, attenteque ſpectari: alio vero carminum genere compoſitas exſibilari, & explodi, tanquam ineptas, atque ideo minime ſedantes populi ſtrepitus: ut per illa verba, populares vincentem ſtrepitus demonſtrare voluerit, tragœdias & comœdias ſimul ac agi inciperentur, ex primo quaſi verſu, ſi eſſent iambis perſcriptæ, ſedare populi ſtrepitus, ſin alio carminum genere, eoſdem excitare cum ſtrepitu, & clamore potius, quam vincere. Jas. de Nor.

82 *Vincentem ſtrepitus*; quod altum ſonat. Bax.

Natum, natura factum; ob tumorem ſcilicet & faſtum. Bax.

Rebus agendis. Non ut negotia procuret, res adminiſtret, ſed aptum pedem generi Dramatico. Ubi ſolæ enim perſonæ loquuntur, non Poëtæ, Dramaticum eſt: Mixtum, ubi ambo loquuntur: Exegematicum, ubi poeta ſolus loquitur. Nannius.

83 *Fidibus*, Carmine Lyrico. Bax.

84 *Pugilem victorem*; de Pindaro cogitavit & Anacreonte. Bax.

86 *Diſcriptas ſervare vices, &c.* qui ſuas cujuſque poëmatis partes, & munera ab ipſa natura attributa ſervare neſcit, &, qui ad operum formas, quæ ſunt variæ, & multiplices, verſus accommodare pro cujuſque dignitate, ac natura non poteſt, indignus eſt nomine poëtæ. poteſt & illud *vices* intelligi de cujuſque perſonæ officio & munere & decoro. cujus rei exemplum ſubjicitur ibi. *Telephus, & Peleus, &c.* diſcriptas autem id eſt διὰ τεταγμένας diſtinctas, diſtributas, diviſas. ſic II Od. 13, 23. *ſedeſque diſcretas piorum, &c.* Lam.

Octavo præcepto oſtendit Quem Characterem Stili ſingula requirant. *Deſcriptas vices*; Munera modo definita, ſeu Poëmatum varia genera. Sic locutus eſt & Quintilianus [1 Pr. 4] *Quando diviſæ profeſſionum vices eſſent.* Bax.

Servare; neque vel evagari, vel alienæ intermiſcere. Bax.

Operumque colores, operum ſpecies, & formas, & varietates. ſic vitæ colorem dixit II Sat. 1, 60. *Quiſquis erit vitæ, ſcribam, color.* & epiſt. I. 17, 23. *Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res.* Lam.

Colores; varietates, nativa diſcrimina, ſeu characteres. Bax.

87 *Si*

Cur ego, ſi nequeo ignoroque, Poëta ſalutor?
Cur neſcire, pudens prave, quam diſcere malo?
Verſibus exponi tragicis res comica non vult:
Indignatur item privatis, ac prope ſocco
Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ.
Singula quæque locum teneant ſortita decenter.
Interdum tamen et vocem comœdia tollit,
Iratuſque Chremes tumido delitigat ore:

Et

87 *Si nequeo, per naturam; ſi ignoro, per artem.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Poeta ſalutor; hoc ſecundum Græcos qui nomine officii ſalutant, χαίρει Ποιητά. Vet. Sch. Bax. Apud Non. 2, 334. *Enni, pöeta, ſalve!* Ges.

88 *Prave*; perverſe, intempeſtive. Bax.

89 *Tragicis*, altis; ſublimi Stilo. Bax.

90 *Privatis*, communibus, tenui Stilo; & falſe Tragœdiam percutit. Bax. Perſonæ in Tragœdiis ſunt Reges & Tyranni, in Comœdia privati. Faſtum Tyrannorum etiam oratione exprimere ſtudebant Poëtæ. Itaque non tam Tragœdiam percutere mihi videtur quam eos, qui aguntur in Tragœdia, ſi modo eſt hic aliquid mordax. Ges.

91 *Cœna Thyeſte*; pro Tragœdiæ materiâ graviori, & atrociori poſuit Thyeſtæ cœnam per denominationem: contentum pro continenti: utputa Tragœdiæ argumentum pro ipſa Tragœdia. Jas. de Nor.

Cœna, in qua Atreus fratri Thyeſtæ pueros, quos ille ex Ærope, Atrei uxore, adulterio ſuſceperat, epulandos appoſuit. Ges.

92 *Locum teneant*; ordinem ſuum ſervent. Bax.

Sortita decenter. Bland. antiquiſſ. cum alio habet decentem. Cruq.

Sortita decenter; poſtquam eum cum decore, ſeu convenienter ſibi delegerint, & invenerint: nam *non omnia poſſumus omnes.* Bentleius adductus autoritate unius vel alterius Libri pro *decenter* poſuit *decentem*, ſed minus probabiliter, uti ego ſentio. Certe ejuſmodi Adverbia Horatio admodum ſunt familiaria. Bax.

93 *Et vocem Comœdia tollit*; Ut apud Terent. Adel. 5, 3, 4. *O Cœlum, O terra, O maria Neptuni:* ubi notat Donatus ex hoc præcepto exclamationem factam. Jas. de Nor.

Vocem tollit; grandioribus verbis utitur. Vet. Schol. Cruq. Bax.

94 *Iratuſque Chremes tumido delitigat ore*; EumChremetem videtur ſignificare, qui in Heautontimorumeno Terentiana, ubi Cliniæ, & Bacchidis amores intelligit, totum propemodum quintum actum expoſtulationibus, querimoniis, objurgatione, minis conſumit. Jas. de Nor.

Iratus; ſupple, *cum eſt.* Bax.

Chremes, Perſona Terentiana. Bax.

Delitigat, ut *deſævit* Epiſt. 1, 3, 14: ut *detonare, debacchari. &c.* Ges.

Delitigat, acriter litigat, ut ſupra *deſævit*, pro valde ſævit, epiſt. I, 3, 14. & II, 3, 315. *denarrat.* Lam.

Delitigat, Citat verſum hunc D. Hieronymus Ep. ad Furiam paulo aliter:

Iratuſque Chremes tumido deſæviet ore.

Particula

Et tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri.
Telephus et Peleus, cum pauper et exſul, uterque
Projicit ampullas, et ſeſquipedalia verba,
Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.
Non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata; dulcia ſunto,
Et quocunque volent, animum auditoris agunto.

Ut

99 pura *Mſ. ap. Bentl.*

Particula autem *de* vim habet interdum augendi, ut in illo Horatii. II Od. 7, 24.

Deproperare apio coronas. & I Od. 9, 10.
Stravere ventos æquore fervido
Deprœliantes.——

Item Statii lib. 1, 1. Thebaidos:

Fraternas acies alternaque regna profanis
Decertata odiis.

NANNIUS.

95 *Pedeſtri*, plebeio & jacente: nam de plebe ſunt pedites. BAX.

96 "Etſi obruant Librarii (inquit Bentleius) tamen ipſe repoſui *Telephus aut Peleus*, Disjunctive, pro *Telephus & Peleus.*" Quantum tam magno viro debemus! BAX. *Telephus pauper*, certe ſimulate, in caſtris Achillis ſanari illius haſta cupiens, qua vulneratus erat; ET *Peleus exſul* aliquoties, *uterque projicit*, abjicit, inutiles *ampullas*. GES.

97 *Projicit ampullas & ſeſquip.* id eſt, longe a ſe rejicit, & omittit verba tumida, grandia, atque ampla inflata, magnifica, jactantiæ, & venti plena: ſeu nimis ornata, & ab uſu communi remota: vel quod ampullæ amplæ ſunt, unde fortaſſe nomen traxerunt: vel propter ſonitum, quem aqua ex ampulla effluens mittit. lege hac de re plura ad illum verſum, *An tragica deſævit, & ampullatur in arte, &c.* epiſt. I, 3, 14. ſeſquipedalia verba autem, intellige nimium producta, & longa: qualia ſunt ſeſquipedalia: alii prætumida, & inflata interpretantur. LAM.

Ampullas; ληκύθους, bombos. Vide Epiſt. I, 3, 14. *Regio habitu mutato: neque enim debet in humili habitu regaliter loqui.* Vet. Schol. BAX.

98 *Si curat*; *ſi agit ut.* Vet. Sch. Si ſperat. BAX.

99 Nonum præceptum: Admiſcendum eſſe Pathos. BAX.

Pulchra; docte compoſita, quod OEconomiam attinet, quod hactenus docuimus. Pro *pulchra* Bentleius poſuit *pura*, quod eſt civili ſtilo compoſita; atque hoc quoque de ſuo protulit, Minerva invita. BAX. *Pulchra*, quæ placent recto judicio, certe vitium non habent: *dulcia*, quæ afficiunt animum. Ita formas nobis narrant ἐρωτικοὶ homines alias *pulchriores*, admirationem ſolam moventes, *dulciores* alias, imperantes amorem. Gallice dicendum eſt, ut etiam belli homines intelligant, *La Beauté eſt pour l'Eſprit, la Douceur eſt pour le Cœur.* GES.

Dulcia ſunto: aliud eſt pulchrum, aliud dulce. licet hoc ex ſimilitudine formæ muliebris intelligere. ſunt enim quædam mulieres formoſæ illæ quidem, ſed inſuaves, & injucundæ, ſine lepore, & illecebra: aliæ minus formoſæ, ſed ſuavitate, & lepore, atque illecebra commendatæ. LAM.

Dulcia; Pathetica, affectibus imperantia. BAX.

Sunto & agunto; *nunc quaſi Legem ponit.* Vet. Schol. BAX.

100 *Volent*, quidam libri vet. habent, *volunt*. LAM.

Ut ridentibus arrident, ita flentibus adſunt
Humani vultus: ſi vis me flere, dolendum eſt
Primum ipſi tibi; tunc tua me infortunia lædent.
Telephe,

101 adſint *Z. Mſ. Muſ. Br. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* adflant *Marcil. ex Mſ.* adflent *etiam aliunde firmat Bentl. Sed* adſunt *omnes ubique codices teſte Talboto.*

101 *Ut ridentibus arrident, ita flentibus adſunt.* Legendum ſine dubio, ut jam olim Michaël Piccartus, Theodorus Marcilius, Tanaquillus Faber viderant,

Ut ridentibus adrident, ita flentibus ADFLENT
Humani vultus.

Mendum in vulgata lectione ſatis produnt Reginenſis & duo alii ex noſtris qui ADSINT habent; magis illi, qui, teſte Marcilio, ADFLANT. Ego vero, cum manuſcriptos varii generis in bibliotheca Vigornienſi juvenis verſarem, in Grammatico quodam anonymo verſum hunc citatum obiter reperi, & clare habebatur ADFLENT. Ut, inquit, *adrident* ridentibus, ita *adflent* flentibus. Nihil certius: ut aut pervicaces ſint, aut quod dicere nolo, qui ineptum illud *Adſunt* ulterius tueantur. Plautus Paenulo V. 2. 149.

Ut adflet, *quo illud geſtu faciat facilius.*

Et Perſa I, 3, 72.

Et ut adflet, *cum ea memoret.*

Sic *Adgemere, adſtupere, attremere.* Statius Theb. XI. 247.

Flent moeſti retro comites, & uterque loquenti
Adgemit.

& III. 406.

——— *cui fida manus procereſque, ſocerque*
Adſtupet *oranti.*

& ibid. 309.

——— *terras, coelum, fretumque*
Attremere *oranti.*

Ovid. Metam. III. 459.

Cum riſi, arrides: lacrimas *quoque ſaepe notavi,*
Me lacrimante, *tuas.*

Seneca de Ira II, 2. *Inde eſt, quod arridemus* ridentibus, & contriſtat *nos turba* maerentium, & *effervescimus ad aliena certamina.*

BENTL.

Adſunt; *præſto ſunt, quia flent & ipſi.* Vet. Schol. Fabri *adflent* inutile eſt, & Cacozelon ſapit. Demiror verbum *adflent* in iſto verſu potuiſſe placere Bentleio, tanto viro. Certe magis hoc decuiſſet Tanaquillum Fabrum, auctorem hujus commenti. Immutavit etiam *equites pediteſque* [v. 113] in *equiteſque patreſque* de ſuo ingenio, quo ſenſus fieret improbabilior. Quis neſcit Senatores Romanos non ſolitos fuiſſe immiſcere ſeſe Plebeiis, præſertim vero in Ludis Scenicis & Theatris? BAX.

102 *Humani vultus.* Φιλάνθρωποι, qui non duri nec rigidi, ſed mobiles adſunt & flexibili motu. Docet item in triſtibus vultum illum aſſumendum, quem in alios transferre velimus. Ovidius Ar. Am. 312.

——— *nec vultu deſtrue verba tuo.*

non ſit vultus miſerabilis & verba ridicula.

NANNIUS.

Humani vultus; cogitavit de Terentiano illo, Heaut. I, 1, 25. *Homo ſum, humani nihil a me alienum puto.* BAX.

Si vis me flere; *Hoc ex Demoſthene ſumtum eſt, a quo cum pauper flagellatus cauſam ſuam defendi vellet, ei confidenter narranti credere noluit, donec fleret ira permotus.* Vet. Schol. Cruq.

BAX.

Dolendum eſt primum ipſi tibi. Nullo modo fieri poteſt, inquit apud Ciceronem Antonius de Orat. 2, 45: *ut doleat is, qui audit, aut oderit, aut invideat, aut pertimeſcat aliquid, aut ad fletum, miſericordiamque deducatur: niſi omnes hi motus, quos orator illi adhibere volet, in ipſo oratore impreſſi, atque inuſti videbuntur.* JAS. DE NOR.

103 *Tunc tua me infort. læd. Tel. vel P.* hic eſt locanda interpunctionis nota, hoc modo, Tunc, id eſt, cum ipſe primus dolebis,

Telephe, vel Peleu, male ſi mandata loqueris,
Aut dormitabo, aut ridebo: triſtia mœſtum
Vultum verba decent; iratum, plena minarum;
Ludentem, laſciva; ſeverum, ſeria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum; juvat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore gravi deducit, et angit;
Poſt effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
Intererit multum, Davuſne loquatur, an Heros;
Maturuſne

105 Aut ridebo aut dorm. *Z.* 114 Divuſne *Bentl. ex Mſs. poſt Jaſo. de Nores, Talb. Cun. San. ut* v. 227. *& Mſs. Muſ. Br. A. B.*

dolebis, o Telephe, vel Peleu, tua infortunia mihi lacrymas excutient: tunc me moleſtia afficient. ſequitur deinceps, *male ſi in l.* Quidam libri habent, *lædant.* LAM.

Lædent; tangent, & per hoc flectent. BAX.

104 *Mandata.* Si mandata tua negligenter egeris. *Mandata* ſunt partes perſonæ a poëta commiſſæ, ut etiam loco dicto in Miſcellaneis monui. NANNIUS.

Male Mandata; perſonæ tuæ parum convenientia. *Mandata*, tibi a Scriptore tradita. Jaſon de Nores. BAX.

106 *Triſt. mæſt. Vultum verba d. &c. Aliud vocis genus* (inquit. Cicero lib. 3, 58. de oratore) *iracundia ſibi ſumit: acutum, incitatum, crebro incidens, &c. Aliud miſeratio ac mœror: flexibile, plenum, &c. Aliud metus, demiſſum, & hæſitans, & abjectum, &c.* Cum igitur alius motus aliam vocem deſideret: ergo & alia verba deſiderat. Hæc enim debent eſſe inter ſe conſentanea, motus vox, verba. Jam qualis motus, talis vultus eſt: qualis fortuna, talis motus, ut ſtatim dicet. *Format enim natura prius, &c.* Cum his congruunt illa Ciceronis ex eodem libro c. 57. *Omnis enim motus animi ſuum quendam a natura habet vultum, & ſonum, & geſtum: totumque corpus hominis, & ejus omnis vultus, omneſque voces, ut nervi in fidibus, ita ſonant, ut a quoque animi motu ſunt pulſæ, &c.* LAM.

110 *Deducit*; Metaphora a ramis arborum. BAX.

113 *Equites peditesque*; *Equeſter Ordo & Plebius.* Vet. Schol. Proverbialis Elocutio, *Horſe and Foot.* Decimum eſt hoc præceptum, De formandis Perſonarum Characteribus. BAX. Add. Baxterum ad v. 102. Poterat Bentleius ſuos *equiteſque patreſque* firmare etiam ex Mart. 14, 120, ubi ſunt tot literis. Et tamen non perſuadet. Ridiculum auget Flaccus, primo quod *pedites* pro plebe ponit, quaſi de exercitu ſermo eſſet: deinde quia magis ridiculus eſt poëta, quem etiam plebs ridet. GBS.

114 *Divoſne loquatur, an heros*, hic verſiculus varie legitur, ut videre eſt apud Glareanum, & Lambinum, & alios: mihi certe probantur codices Blandin. ex quibus duo habent.

Maturuſne ſenex, an adhuc florente juventa
Fervidus; et matrona potens, an ſedula nutrix;
Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli;
Colchus, an Aſſyrius; Thebis nutritus, an Argis.
Aut famam ſequere, aut ſibi convenientia finge.
Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem;
Impiger,

116 & matro. *Sic G. Sax. cum Bentl. Cun. &c. Al.* an. *& Mſ. Muſ. Br. G.* 117 Mercatorve —cultorve *Z. & Mſ. Muſ. Br. G.* Vigentis *Mſ. Muſ. Br. B.* 120 Homereum *Bentl.*

Divoſne (o pro u, ut ſæpius in ſcriptis antiquis) loquatur an heros; tertius, divuſne loquatur an heros. Sed non celabo lectorem, me ante annos non paucos, in bibliotheca Tonſana offendiſſe codicem ſcriptum, cui titulus erat Alphabetarum ex ſcriptis Horatii, Catonis & Theodoli, præter alias nugas; qui ſatis videbatur antiquus; ubi legi hunc de quo agimus verſum ſic ſcriptum aperte: Intererit multum Davuſne loquatur an hæres. Diſpiciat lector, hæres ne pro herili filio poſitus credi poſſit, cui ſervus erat Davus. CRUQ.

Davuſne loquatur, an Heros, ubi ceteri Davus, & Herus; vel Davus & Heros, legunt, & interpretantur, nos Divus, & Heros reponimus: quam lectionem inveniri Aldus manutius in hac re diligentiſſimus atteſtatur. Enim hoc in loco divinæ & humanæ perſonæ differentiam adhibens intereſſe multum dixiſſet Divusne, loquatur an heros, quorſum infra diceret? 191.

" *Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus*
" *Inciderit.* Et paulo poſt 227. ſqq. deum, & heroa conjungens:
" *Ne quicunque deus, quicunque adhibebitur heros.*
" *Regali conſpectus in aula nuper & oſtro,*
" *Migret in obſcuras humili ſermone tabernas.*

JAS. DE NOR.

Davus, an Heros; Menandriani ſervi hi erant, e quibus *Davus* confidenter locutus eſt ad herum; contra *Heros* ſubmiſſe & timide, ut vernam decuit. *Tanquam apud Menandrum ſervus inducitur libere loquens; hoc ille indulgenter & conſulto, ut omnia domino ſimpliciter fateatur. Itaque aliquo modo illum excuſat.* Vet. Schol. Nihil mutandum, nec, puto, auſcultandum Scholiis. *Davus* ſervilis perſona, & *Heros* ſibi opponuntur velut e Diametro, ut ſenex & juvenis, &c. Dicas *Davum & Heroa* in una fabula non convenire? primo neque hoc dicit Horatius: deinde conveniunt in Amphitruone Jupiter & Soſia, in Tragœdiis Heroës et ſervi, in Ariſtophanis Ranis Bacchus & Xanthias, &c. Ex alia pene infinita varietate placet nihil ita ut indicatum ſupra *Divus*. Cf. v. 83. GES.

116 *Potens*; imperioſa, ſuperba. BAX.

117 *Virentis agelli*, unus Bland. habet vigentis. CRUQ.

118 *Nam Colchus non niſi ſævus inducendus eſt, Aſſyrius aſtutus: nec inducas Argis natum timidum, aut Thebis facias peritum.* Vet. Schol. BAX.

119 *Famam*, Veterum Poëtarum Fabulas BAX.

120 *Scriptor reponis*; h. e, ut peritus Scriptor characterizas. BAX.

Honoratum; *honoris plenum*. Vet. Schol. Cruq. Magnificum. Unde vero hoc monſtrum *Homereum*, nemini unquam viſum neque auditum ante Bentleium? Quis non videt voce *honoratum* exprimi Homericum Epitheton perpetuum τιμήεντα, quod apud illum in frequenti eſt uſu? Eſt igitur *honoratus* modo pro magnifico & ſuperbo, facili Figura

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Jura neget ſibi nata, nihil non arroget armis:
Sit Medea ferox invictaque, flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io vaga, triſtis Oreſtes.
Si quid inexpertum ſcenæ committis, et audes
Perſonam formare novam, ſervetur ad imum
Qualis ab incepto proceſſerit, et ſibi conſtet.
Difficile eſt proprie communia dicere: tuque
Rectius Iliacum carmen deducis in actus,
Quam ſi proferres ignota indictaque primus.

Publica

129 Producis *Mſ. Muſ. Br. G.*

gura. Bax. Sic *honoratus* eſt Homeri carminibus Achilles, ut Alexander illi invideret. Ges.

121 *Acer*; *ſit*, ſubintelligendum. Lam. *Impiger*; audax. Bax.

Acer; animoſus, calidus. Οὐ γάρ τοι γλυκύδυμος ἀνὴρ ἦν, ἐὺ δ' ἀγανόφρων, Ἀλλὰ μάλ' ἰμερμαώς. — Homerus de Achille Iliad. Υ, 467. Bax.

123 *Invicta*, *pervicax*. Vet. Sch. Bax. Medea patrem prodit & patriam cum aureo vellere amatori peregrino Jaſoni, fratrem Abſyrtum crudeliter diſcerpit, filios ſuos ob iram pellicis interficit, venefica Draconibus vehi audet, &c. Ges.

Ino & Oreſtes Euripidis erant Tragœdiæ; *Ixion Æſchyli: Io etiam de Prometheo eſt Æſchyli.* Jaſon de Nores. Bax. Ino fugiens furores Athamantis, viri ſui, in mare ſe præcipitat cum Melicerte filio, qui ſic Palæmon maris Deus factus, ipſa Leucothea ſ. Matuta. Ges.

124 *Perfidus*; *quod cum conviva Jovis eſſet, Junonem de ſtupro auſus eſt appellare.* Vet. Schol. Eioneum etiam ſocerum vivum combuſſit, poſtquam ad cœnam eum invitaſſet. Bax. *Io* amata Jovi, in bovem mutata, fugiens Junonis iram, in Ægyptum tandem delata, nupta Oſiridi, & Iſis poſt mortem facta. *Oreſtes* interfecta matre Clytæmneſtra in furorem triſtem actus a furiis, &c. Ges.

125 *Inexpertum*; a nemine hactenus tentatum; novum ſcilicet Thema. Metabaſis eſt ad undecimum præceptum, De Veterum Imitatione. Bax.

128 *Proprie communia dicere*; h. e. res vulgares diſertis verbis enarrare; vel humile Thema cum dignitate tractare. *Difficile eſt communes res propriis explicare verbis.* Vet. Sch. Bax. *Proprie dicere* eſt ita undique deſcribere ac finire, ut jam non commune quiddam aut generale videatur, ſed individuum, in quo omnia ſunt determinata, ut loquuntur Philoſophi. Picturæ, ut proprie talis ſic poëticæ, major laus ſi rem ſingularem pingat. Ges.

129 *Rectius*, conſultius. Bax.

Iliacum carmen. Perſonas in Iliade contentas apud Homerum, a quo cum varias actiones illud poema contineat, infinita ſumi poſſunt Tragœdiarum argumenta: ut etiam licet videre ab antiquioribus factum; cum Euripides ab eo & Hecubam, & Andromachem, & Iphigeniam, & Helenam

Publica materies privati juris erit, ſi
Nec circa vilem patulumque moraberis orbem;
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres; nec deſilies imitator in arctum,
Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex.

Nec

132 Non circa *Mſs. Muſ. Br. A. B. C. D. F. G.* 135 referre *Mſ. ap. Acb. Stat.*

nam ſibi deſumpſerit, ac proprias fecerit. Jas. de Nor.

Deducis in actus, in ſcenam producis, in tragœdiam confers: ex Iliade perſonas tragicas ſumis, & tragœdiam componis. Plato li. 10. de Rep. Homerum Τραγωδίας ἡγεμόνα, καὶ διδάσκαλον, id eſt, tragœdiæ ducem, & magiſtrum nominat. Lam.

Deducis; a lanificis ducta Metaphora eſt. Bax.

131 *Publica materies*; h. e. Ilias, & reliqua Veterum carmina. Bax.

Privati juris erit; *fiet quaſi tua*. Vet. Schol. Bax.

132 *Patulumque moraberis orbem*, ſumpta eſt a figulis tranſlatio, qui materiam ipſam ex creta, ex qua vaſa efficiunt, antequam illam formare incipiant, orbicularem, & rotundiorem reddunt. Figulorum igitur ſimilitudine, orbem materiam, & inventionem appellat, qua in re nullam potuit afferre ſimilitudinem aptiorem: cum inventio materiæ comparetur, ac ipſa plerunque materies appelletur. Jas. de Nor.

Vilem patulumque; tritum atque omnibus expoſitum & nudum. Bax.

Moraberis; totum tempus tuum conſumes. Bax.

Orbem; κύκλον, περίοδον. Ita univerſæ materiæ comprehenſionem appellavere, ducta Metaphora a Circo: ſic Orbem terrarum dicere conſuevimus pro Univerſitate. Hoc vel doctiſſimos latuiſſe admiror. Περιοδονείκην male accepit etiam magnus Gruterus in Inſcriptione quadam Græca, cum *undiquevictorem* reddidit, quod in Circo victorem debuerat. *In Gymnicis certaminibus Peribodon viciſſe dicitur qui Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympia vicit; a circumitu eorum ſpectaculorum.* Feſtus. Bax. *Orbis*, ſ. Cyclus eſt ſyſtema quoddam fabularum poeticarum, a Theogonia inde ad reditum Ulyſſis, de quo Proclus in Chreſtom. p. 6. Hinc *Cyclici* poetæ, conditores hujus cycli, & qui nihil præter hunc cyclum ſaperent, deſcriptores. Hæc ſumma diſputationis Schwarzianæ Altorf. Ges.

133 *Nec verbum verbo*, hic verſiculus multos in errorem & quandam κακοζηλίαν induxit: perinde ac ſi liceret interpreti impune vagari. Non enim hic docet Horatius interpretem, ſed poëtam format, quem non interpretem eſſe in imitatione decet, ſed egregium poëtam. Quare hic verſus ſic accipi debet: quod qui publicam materiam ſtudet ſuam facere, non debeat is verbum verbo reddere, quaſi fidus interpres, ſed verborum vim appendere, nec a ſententia longius abire, & interpretis fidem, non etiam religionem præſtare: hæc enim tria fidi ſunt interpretis: religio, quæ eſt, ut verbo verbum, quoad fieri poteſt, reddatur: fides, ut ſententia ſententiæ reſpondeat: indoles, quæ in majeſtate eſt; coloribus, nitoribus, affectibus, &c. Religioni diligentia convenit, fidei ſapientia; ad indolem ſpectat eloquentia. Cruq.

Curabis; inſtitues. Bax.

134 *Deſilies in arctum*; ut Æſopica illa capella quæ temere in puteum deſiluit; h. e. ne nimis duram legem tibi imponas, ſingula ſcilicet imitandi: nam multa imitatori ſunt prætereunda. Bax.

135 *Referre*, ſic legendum: & ita habent duo

Nec ſic incipies, ut ſcriptor Cyclicus olim:
"Fortunam Priami cantabo, et nobile bellum."
Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte:
"Dic mihi, Muſa, virum, captæ poſt tempora Trojæ,
"Qui mores hominum multorum vidit, et urbes."
Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat, ut ſpecioſa dehinc miracula promat,
Antiphatem, Scyllamque, et cum Cyclope Charybdim;
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,

Nec

137 nob. regnum *Sax.* 139 Parturient *al. coni. Bentl.* 141 mœnia *Mſ. Ach. Stat. Bentl. Cun.* funera *coni. Bentl.* Pergama *coni Cun.*

duo omnium emendatiſſimi codices. geminatum autem eſt f. ut prima ſyllaba producatur: qualia ſunt illa, *rettulit, ſubbigit, repperit, &c.* Ita autem loqui ſolemus referre pedem ex aliquo loco, non proferre. Cæſar libr. 1, 25. de bello Gallico. *tandem vulneribus defeſſi, & pedem referre, & quod mons ſuberat mille paſſuum, eo ſe recipere cœperunt.* & libr. 10, 30. epiſtol. M. Tull. ad familiares, Ser. Galba. *Cornu ſiniſterius, quod erat infirmius, ubi Martiæ legionis duæ cohortes erant, & cohors prætoria, pedem referre cœperunt.* T. Livius lib. XXXVIII. Annalium. *Feſſi igitur corporibus, animiſque retulere pedem.* LAM.

Mire *proferre*, tanquam de capra fruſtra aſcenſum tentante. BAX.

Pudor; pudebit enim relinquere quod ſemel cœperis. BAX.

Operis lex; hæc enim exigit ut ultima conveniant primis, atque ut totum eodem filo exſequaris. BAX.

136 Duodecimum præceptum eſt, De ponendo Principio. BAX.

Cyclicus eſt quæ Cyclum Epicum, ſeu Curſum Poëticum, ſimpliciter & nulla arte exſequitur ut magis fabulator ſit quam Poëta. Bentleius tenui de cauſa repoſuit *Cyclius*. Odit ille Adjectiva Græca in κος finita. BAX. Vid. ad v. 132. GES.

137 *Fortunam*, ſupple *malam*. BAX.

138 Cum hiatu proferuntur *Cantabo* & *Nobile*. BAX.

139 *Parturiunt*; *Græcum eſt Proverbium*, Ὠδίνεν ὄρος, τίκτεται μῦς. Vet. Schol. ex MS. Stephani. BAX.

141 Bentleius fuit qui poſuit *mœnia* pro *tempora*. Sed quis ferat *mœnia* hoc loco. BAX.

143 Non ſolet exordium facere ſublime & magnificum et poſtea humile contexere carmen, ſed ab initio tenui progreditur ad ſublimiora. ZEUN.

144 *Cogitat*; animo ſuo molitur, aggreditur. BAX.

145 *Antiphates* Læſtrigonum rex, qui ſtatim unum Ulyſſis ſociorum cœnam ſibi paravit. BAX.

146 *Nec reditum*; *Antimachus fuit Cyclicus Poëta: hic aggreſſus eſt materiam; quam ſic extendit, ut viginti quatuor volumina implevit*

Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo:
Semper ad eventum feſtinat, et in medias res,
Non ſecus ac notas, auditorem rapit, et quæ
Deſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit;
Atque ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet,
Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.
Tu, quid ego, et populus mecum deſideret, audi;
Si plauſoris eges aulæa manentis, et uſque

Seſſuri

154 fautoris *coni. Bentl.* ploſoris *Sax. Cun.*

rit, antequam ſeptem duces uſque ad Thebas perduceret. Vet. Schol. Bax. Diomedis reditum a Troja & adventum in Italia [vid. Sat. 1, 5, 92] deſcripturus *non orditur ab interitu* patrui illius *Meleagri*, poſt quem pater Diomedis Tydeus fuit inter ſeptem duces, Thebas & Eteoclen in gratiam Polynicis oppugnantes, diu ante bellum Trojanum. Ges.

147 *Gemino ab ovo*; a partu Ledæ. Bax. Leda Tyndari uxor e viro & Jove in cycnum verſo duo ova peperit, in uno Pollux & Helena, in altero Caſtor & Clytæmneſtra, &c. Ges.

148 Statim incipit ab ira & rixa Achillis cum Agamemnone, reliqua per occaſiones narrat, vel plane omittit. Sic in Odyſſea, ſic omnes Fabularum epicarum & ſcenicarum boni auctores. Ges.

151 *Mentitur*; nam nonnulla adjicit de ſuo, quo totum cohæreat melius. Bax.

153 *Tu, quid ego*; Decimum tertium præceptum Περὶ τῆς Ἠθοποιΐας, ſive De ſervando Ethos. Bax.

Mecum deſideret; h. e. æque atque ego exſpectet. Bax.

Audi; Maximam habet attentionem. præparat enim auditorem, ejuſque animum quaſi erigit ad audiendum: eodem modo & in epiſt. I, 2, 5.

" *Cur ita crediderim, niſi quid te detinet, audi.*"

Et in ſerm. I. 1, 14.

" ——— *Ne te morer, audi*
" *Quo rem deducam.*"

Jas. de Nor.

154 *Si plauſoris egit aulæa manentis*; Expectantis, donec iterum poſt actam fabulam in altum aulea tollantur, quæ de miſſa fuerant; cum fabula agi cœpta eſt: Attingit autem actorum morem qui aulæis ſcenam velare conſueverunt, antequam fabulas exordirentur, demiſſa iterum poſt actionem tollentis, quam conſuetudinem attingit Virgilius in tertio Georgicorum. v, 25.

" ——— ——— *Utque*
" *Purpurea in texti tollunt aulæa Britani.*

Acta enim fabula, dum aulæa ipſa tollebantur figuræ in iis intextæ paulatim ſurgere videbantur; ut ex his Ovid Met. 3, 110. ſqq. verbis colligitur manifeſtius.

" *Creſcitque ſeges clipeata virorum,*
" *Sic, ubi tolluntur feſtis aulæa theatris,*
" *Surgere ſigna ſolent, primumque oſtendere vultum,*
" *Cætera paulatim, placidoque educta tenore,*
" *Tota patent, imoque pedes in margine ponunt.*"

Sunt autem aulea ornamenta variis figuris intertexta: ita dicta quod his præſtantiſſimorum principum aulæ ſoleant exornari, quorum Attalum fuiſſe inventorem memoriæ proditum eſt. Jas. de Nor.

Quid

Seſſuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat:
Ætatis cujuſque notandi ſunt tibi mores;
Mobilibuſque decor naturis dandus et annis.
Reddere qui voces jam ſcit puer, et pede certo
Signat humum, geſtit paribus colludere, et iram
Colligit ac ponit temere, et mutatur in horas.
Imberbus juvenis, tandem cuſtode remoto,
Gaudet

157 maturis *Bentl. ex conj. & auctoritate nonnulla. Etiam Baxt. ed. 2. it. Cun.* 160 concipit *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 160 Imberbis *Mſs. Muſ. Br. A. B. C. D. F. G.*

Quid opus fuit Bentleium ponere *fautoris* pro *plauſoris*, cum idem valeant. Bax.

Aulæa manentis. Si cupis hærere populum in ſedibus, ut ad finem uſque auſcultet. *Manet aulæa* is, qui expectat, dum iterum tollantur. *Aulæa* ſunt periſtromata & peripetaſmata, quibus ſcena veſtiri antiquitus ſolebat, demiſſis quidem cum prodibant actores, ſublatis vero cum peracta jam eſſet fabula. Dicimus (ut hoc per tranſennam moneam) *aulæum* & *aulæa*, æ, teſte Q. Curtio 8, 5, 21. *Nec quicquam eorum, quæ in duces jactabant milites, rex ignoravit, quando poſt aulæam, qua lectus obductus erat, ſtabat.* Dictaque ſunt Latinis *aulæa* ab aula, quod in aula regis Attali primum inventa fuerint, teſte Servio in III Georg. v. 25. unde & *veſtes Attalicæ* Propertio lib. III, 18, 19. Vide interpretes ad illud Horatii II Epiſt. 1, 189.

Quatuor aut plures aulæa premuntur in horas.
Nannius.

Aulæa manentis; donec aulæa leventur. Vet. Schol. Quod fiebat peracta jam fabula. Nam cum ludebant pulpita erant ſtrata aulæis. Bax. Quin aulæum quod, quam diu ſcena aperta eſt, humi, ſub pulpitis deliteſcit, finito actu, poſt *Plaudite*, in altum trahitur, ut ſcenam claudat, & ſpectatorum oculis tegat. Vid. Ovid. Met. 3, III. *Sic ubi tolluntur feſtis aulæa theatris. Surgere ſigna ſolent, &c. Pulpita* ſunt ipſum ſolum, in quo agunt ſcenici. Vid. v. 215. Ges.

155 *Et uſque ſeſſuri*, ab hoc verbo *ſeſſorem* nominavit ſpectatorem, II Epiſt. 2, 130. *In vacuo lætus ſeſſor, plauſorque theatro:* & ſedilia, ſedes, unde ſpectabant, ut infra 205. *Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.* Lam.

Cantor, Hiſtrio: nam cantu quodam agebant. Bax.

156 *Notandi:* deſignandi, exprimendi. Bax.

Mores, ἤθη, Ethici Characteres. Bax. Humaniſſimæ voluptatis guſtum qui capere volet; comparet characteras ſ. notationes ætatum Ariſtotelicas Rhet. 2, 12 ſq. Ges.

157 *Mobilibus*, variabilibus. Bax.

Rectiſſime Bentleius *maturis* pro *naturis*, quod erat vitioſiſſimum. Bax. Abſtulit hic virum alias cautum Bentleiana Siren. Dicit, *naturam* non eſſe *mobilem*. Sed nonne hic docet Horatius aliam eſſe naturam pueri, juvenis, viri, ſenis? Nonne hic *natura cum annis mobilis* eſt? Suaviſſima illa rhetoricatio, & teſtimonia de natura immutabili, de *maturis* virorum ac ſenum *annis*, nihil valere ad *naturas & annos mobiles* Flacci loco movendos debent. Ges.

Bentleius "Maturis" dicit enim "mobilibus, juniorum" ridicule, nec citra Flacci elegantiæ diſpendium: quaſi anni five ad ſenes, five ad juvenes referantur, non fuerint hoc ſenſu pariter mobiles. Wakef.

160 *Temere*, leviter, inconſulto. Bax.

161 *Imberbus & imberbis, ſicut inermus & in-*

Gaudet equis canibuſque, et aprici gramine campi;
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Utilium tardus proviſor, prodigus æris,
Sublimis, cupiduſque, et amata relinquere pernix.
Converſis ſtudiis, ætas animuſque virilis
Quærit opes et amicitias, inſervit honori;
Commiſiſſe cavet quod mox mutare laboret.
Multa ſenem circumveniunt incommoda; vel quod
Quærit, et inventis miſer abſtinet, ac timet uti;
Vel quod res omnes timide gelideque miniſtrat,
Dilator, ſpe longus, iners, aviduſque futuri,
Difficilis,

168 quod permut. *MS. Ach. Stat.*

ermis invenitur. Vet. Schol. Vide Soſipatri Charifii Inſtitutiones. Bax.

Tandem ὁ Ἥδιον protulit; habet enim Emphaſin impatienter expectantis: & bene *Imberbus* de rudi & rerum imperito. Bax.

Cuſtode; Tutore, ſeu Pædagogo: hoc fiebat ſerius, ocyus, inter Decimum quartum annum decimumque ſeptimum. Bax.

162 *Campi*, Martii. Bax.

165 *Sublimis cupiduſque*; Elatus & ardenter cupidus. Bax. Conf. Epiſt. II, 1, 100. Ges.

166 *Converſis ſtudiis*; mutata in contrarium voluntate. Bax.

167 *Inſervit honori*; ſerviliter Magiſtratus ambit. Bax.

168 *Mutare*, infectum efficere. Bax.

169 *Circumveniunt*; circumſepiunt, circumſident. Bax.

Incommoda; peſtes: nam Charientiſmo utitur. Bax.

170 *Quærit, & inventis miſer abſtinet.* Idem ait Terentianus ille ſenex, Adelph. 5, 346.

Ad omnia alia ætate ſapimus rectius:
Solum unum hoc vitium adfert ſenectus hominibus.

Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt. Et quo minus viæ reſtat, eo plus anxii de viatico ſenes, inquit Cicero de Senect. 18. miratur & damnat hoc etiam Seneca alibi. Nannius.

Miſer, miſerabilis, & per hoc ſtultus. Bax.

171 *Timide gelideque miniſtrat.* Evander apud Virgil. Æn. 8, 508. cum de ſeipſo loquatur.

" *Sed mihi tarda gelu, ſeclisque effœta Senectus,*
" *Invidet imperiem, ſeræque ad fortia vires.*

& Æn. 5, 396.

" *Sed enim gelidus tardante ſenecta*
" *Sanguis hebet, frigentque effœtæ in corpore*
" *vires.*

Jas. de Nor.

Gelide, lente. Bax.

Miniſtrat, regit. Bax.

172 *Spe longus.* Tenaciſſimæ ſpei. Non facile eam omittit ſenex, ſed pervicaciter tenet. Videt rerum vices, ſemper ſperat meliora, nec inſtar adoleſcentum deſperat, ſed ſpem ulterius extendit. Ariſtoteles de Senibus loquens, Ἔστι δὲ ἡ μὲν ἐλπὶς, inquit, τοῦ μέλλοντος, ἡ δὲ μνήμη τῶν παροιχομένων. & Cicero

Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, cenſor caſtigatorque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt: ne forte ſeniles
Mandentur juveni partes, pueroque viriles;
Semper in adjunctis, ævoque morabimur aptis.
Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur:
Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus, et quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator. Non tamen intus
Digna geri promes in ſcenam; multaque tolles

Ex

174 caſt. cenſorque *Talb. ex Mſs. omnib. & Mſs. Muſ. Br. A. B. C. D. F. G.* 178 morabitur *Mſ. Acb. Stat. Sax.* 180 animum *Mſ. Acb. Stat.* aures *Mſ. Muſ. Br. F.*

Cicero ait neminem eſſe tam ſenem, qui ſe annum non ſperet poſſe vivere. NANNIUS.

Spe longus; quia quæ longinqua ſunt ſperat: vix enim adducitur ut ſe credat ſenem. De *longus aviduſque* Bentleius nullo negotio fecit *lentus paviduſque*. BAX. Nemo tam ſenex, qui ſe non putet annum poſſe vivere. Δυσέλπιδες ſunt Ariſtoteli, non quod nihil ſperent, ſed quod male expectant. *Avidus futuri* eſt φιλόζωος Ariſtotelis: cupiunt, quod deeſſe ſibi ſentiunt. GES.

Iners, & corpore & animo gravis. BAX.

Avidus futuri; ſemper enim res novas perquirit. BAX.

173 *Difficilis*; *intractabilis*. Vet. Schol. Cruq. BAX.

Laudator temporis acti ſe puero. Ut apud Homerum Neſtor Achillem, & Agamemnonem conciliaturus inducitur:

" Οὐ γάρ πω τίους ἴδον ἀνδρας οὐδὲ ἴδωμαι,
" Οἷον Πειρίθοον τε Δρύαντά τε ποιμένα λαων.

JAS. DE NOR.

175 *Uſque ad quadrageſimum ſextum venire dicuntur anni*. Vet. Schol. Tranſlatio eſt a ſolis motu. BAX.

178 *Adjunctum*; Græcis παραχείμενον, cujuſque rei naturale conſequens eſt, quod ab ea vix, vel ne vix, ſeparari poſſit. BAX.

Morabimur. durabimus, permanebimus. BAX.

179 *Aut agitur*; Præceptum decimum quartum, de non proferendis in Scenam, ſive de Nuntiis. BAX.

182 *Tradit*, narrat. BAX.

183 *Non promes in ſcenam*. non produces in ſcenam: non conſtitues ante oculos ſpectatorum. LAM.

Multaque tolles ex oculis. de hac tota re Ariſtotelem diſputantem audiamus, in ejuſque verbis aliquanto conſiſtamus: ut clariſſime dijudicemus, utrum diverſum quid, atque diſcrepans inter Ariſtotelem, atque Horatium reperiatur: an vero inter ſe potius ita conſentiant, ut nihil alter ab altero differre, niſi carmine, vel ſoluta oratione videatur. Verba autem Ariſtotelis ex libro de arte poëtica hæc ſunt: Terrificum vero illud, atque miſerandum, cum ab apparatu ſcenæ proficiſcitur, tum a rerum compoſitione id, quod multo præſtantius, melioriſque vatis eſt: Si igitur hoc

Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens:
Nec pueros coram populo Medea trucidet,
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus;
Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem.
Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.
Neve minor, neu ſit quinto productior actu
Fabula, quæ poſci vult, et ſpectata reponi:

Nec

185 ne pueros *Mſs. Muſ. Br. A. B. C. D. F. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 190 ſpectanda *Mſ. A. Stat.*

genus rerum terribilium, & miſerabilium, quod a rerum compoſitione proficiſcitur eſt præſtantius, & melioris vatis: illud certe, quod a ſcenæ apparatu provenit minus præſtans, vatiſque minus boni. judicandum eſt. ſi minus præſtans, vatiſque minus boni ergo peſſimum. ergo imperfectum. JAS. DE NOR.

184 *Præſens*; Antitheton eſt, quod dixerit *Tolles ex oculis*. BAX. Intelligitur autem *facundia* narrantis ſervuli, ſupervenientis amici: minime placent ſoliloquia, ſ. perſonæ loquentes cum ſolæ ſunt in ſcena. Quis enim ſanus hoc agit? quis ſolus loquitur niſi pauca, per ſummum affectus æſtum? GES.

185 *Nec pueros coram populo*, Ita hodie NEC paſſim circumfertur; at editiones veteres, Berſmanni codices tres, noſtrique præter duos ex recentiſſimis omnes, NE; quam veram eſſe lectionem locus ipſe demonſtrabit;

——— *multaque tolles*
Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens;
NE *pueros coram populo Medea trucidet.*

Tolles, inquit, ex oculis: *ne ἵνα μὴ* coram populo nefaria illa & atrocia & incredibilia oſtendantur. Ut paullo ante v. 176.

Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt; NE *forte ſeniles*
Mandentur juveni partes.

Vide Serm. I, 1. v. 94. Amat hanc conjunctionem Horatius. BENTL.

Nec pueros; *neque enim decet hoc in Scena fieri alioquin incipit verus Actus fieri non Fabula.* Vet. Schol. *Pueros*, παῖδας, Græco more, uti alias. Hi erant Mermerus et Medus. Bentleius conjecit legendum eſſe *ne*, quod ego minus probaverim. BAX. Conf. v. 123. De *Atreo* v. 91. GES.

Pueros, More Græcorum filios dixit: ut etiam in Od. I, 12, 25.

" Dicam & Alciden, puerosque Ledæ.

JAS. DE NOR.

Trucidet, Non dixit, occidat, ſed trucidet ad immanitatem illius exprimendam, quaſi truncando minutatim cedat. JAS. DE NOR.

186 Tragœdiam Prognes nemo ſcripſit, quod ſciam, ſed Terei apud Græcos Sophocles: ut meminit Ariſtoteles in Poëtica, quam deſideramus. ubi conjunctim & de Progne tractatum veriſimile eſt. JAS. DE NOR.

187 *Cadmus vertatur* in anguem. CUN.

188 *Incredulus odi*; h. e. quia non poſſum credere faſtidio, & nauſeo. Incredibilia referenda ſunt, non oſtendenda. *Quæ enim audimus plerumque falſa; quæ autem videmus vera ſunt, ſecundum Stoicos.* Vet. Schol. BAX.

189 *Neve minor*; Præceptum decimum quintum, De Numero Actuum, & de Perſonis. BAX.

190 *Quæ poſci vult et ſpectata reponi*, Quæ placere

Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus
Inciderit: nec quarta loqui perſona laboret.
Actoris partes chorus, officiumque virile
Defendat; neu quid medios intercinat actus,
Quod non propoſito conducat et hæreat apte:
Ille bonis faveatque, et conſilietur amicis;

Et

194 intercidat. Z. 196 amice. Z. & *Mſs. Muſ. Br. A. B. C. D. F. G.*

placere vult, ſæpiuſque agi. Legimus Terentianas Comœdias ſexies actas, ſexies placuiſſe. NANNIUS.

Reponi: in Scenam reduci, atque iterum ſpectari. BAX.

191 *Dignus ni.* CUN.

Nodus; vel ad conciliandam rei incredibili fidem, vel ubi res digna divina cura incidat. Proverbium eſt Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, de his, qui omnia interventu numinis explicant. *Vindex* autem modo dicitur qui quid ſibi ſoli vindicat. BAX. *Vindex* eſt, qui ſummo in periculo verſantem ſubito liberat & eripit, ut Jupiter in Amphitruone Alcmenæ ſuæ ſuccurrit. *Nodus* implicatio quædam ſuſpicionum, metuum, periculorum, quæ facit ſpectatorem dubium, ſuſpenſum, eventus cupidum. GES.

192 *Nec quarta loqui perſona laboret*, ait autem, quartam perſonam, licet in ſcæna admittatur aliquando, interloqui tamen aut minime, aut raro, aut pauca quædam debere: quod multorum ſermones mentem confundant auditorum. Hoc enim per illud, laboret, videtur ſibi Horatius voluiſſe, non quod nullo pacto quarta perſona recipiatur, ut nonnulli voluerunt, cum id præcipue Græcorum, & Latinorum obſervationibus videatur repugnare. Hiſtrionum autem numerum, ut ait Ariſtoteles, ex uno in duos Æſchilus primus auxit, ſermonemque primarum partium inſtituit, quos Sophocles ipſe cum ſcænæ ornatu ad tertias uſque produxit. JAS. DE NOR.

Quarta Perſona: *inducitur Quarta Perſona, aut ut annuat, aut ut ei aliquid imperetur.* Vet. Schol. *Quartam Perſonam quando inducimus, aut non omnino loqui debet, aut pauca.* Alter Sch. Κωφὸν πρόσωπον appellat. BAX. Qui obſervant hoc præceptum, perturbationi ſpectatorum volunt occurrere, & ſervire claritati. Ubi nullus talis metus eſt, impune plures perſonæ loquentes inducentur. GES.

193 *Actoris partes:* Præceptum decimum ſextum, quod eſt De Choro. Καὶ τὸν Χορὸν δεῖ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν· h. e. *Chorus pro ſingulari Actore accipiendus eſt*; ut oſtendit Lambinus ex Ariſtotelis Poëtica. *Chorus non mutarum Perſonarum actus defendat, ſed unius ſuſcipiat.* Vet. Schol. BAX. Turneb. Adv. 19, 9 *Auctoris* legit. Certe tales ſunt interdum chori Ariſtophanis. Sed *Auctoris* recte omnes reliqui. GES.

Officiumque virile; h. e. unius viri, vel Perſonæ. Sic & Ovidius Metamorph. 3, 189 *Vultumque virilem Perfudit*, pro *viri*. BAX.

194 *Defendat*, tutetur, agendo ſervet. BAX. Vid. Sat. I, 10, 12. Epiſt. II, 1, 171. GES.

Neu quid medios intercinat actus. Præcipit Horatius non eſſe in mediis Actibus choros ineptos introducendos. NANNIUS.

Intercinat; inter ſcenas canebat Chorus. BAX.

196 *Faveat*, plaudat, h. e. laudes honorum dicat. BAX.

Conſil-

Et regat iratos, et amet peccare timentes:

Ille

197 pacare *etiam Mſ. Acb. Stat. & al.* tumentes *e Mſ. Bentl. Cun.*

Conſilietur amice, hæc eſt ſcriptura decem librorum manuſcriptorum: a qua diſcedere nefas mihi eſſe putavi. conſiliarii autem verbum eſt a conſilio deductum, quo uſus eſt ſupra Od. III, 3, 17. *Gratum elocuta conſiliantibus Junone divis.* quo quidem loco idem videtur valere, quod conſultare: hic autem, ſi recta, & emendata ſcriptura eſt, idem erit, quod conſilium dare: quod alibi non memini me legere in hanc ſignificationem. quattuor alii libri manuſcripti, habent, & *conſilietur amicus*, ut omnes fere vulgati, niſi quod nonnulli habent *concilietur*. quæ ſcriptura non eſt rejicienda. placet autem mihi mirum in modum, quod a duobus codicibus abeſt copulatio *que* poſt verbum *faveat*.

LAM.

Et conſilietur amice, Horatii mentem, & vetuſtiſſimorum exemplarium authoritatem ſecuti, conſilietur, reſtituimus, cum concilietur antea legeretur. Nihil enim choro magis proprium eſſe videtur, quam ſuadere, hortari, monere, conſolari, reconciliare, quæ omnia hoc verbo complexus eſt. Qua re niſi Horatius ita dixiſſet, omiſiſſet profecto eam partem, quæ choris maxime propria eſſe videtur.

JAS. DE NOR.

197 *Et regat iratos*, Moderetur Chorus, inquit ira incenſos, bene moratos amet, laudet vitam frugalem, juſtitiam commendet, pacem, concordiamque civilem ac leges ſervandas ſuadeat, ſecreta non prodat, Deum ut mala averruncet precetur, & cetera. Hæc officia Chori. NANNIUS.

Regat; tanquam rationis fræno flectat.

BAX.

Et amet peccare timentes. Non timentes propter propoſitas pœnas, ſed virtutis amore timentes peccare. Neque enim commendari debent, qui pœnarum metu a ſceleribus ſe continent, ſed qui virtutis amore.

JAS. DE NOR.

Peccare timent, Codex Buſl. habet, pacare. quæ genuina mihi videtur lectio.

CRUQ.

Peccare timentes, Sic quidem editiones omnes, ſed, aut valde fallimur, aut gemino mendo laborat locus hic de Choro:

Ille bonis faveatque & conſilietur amice,
Et regat iratos, & amet peccare timentes:
Ille dapes laudet menſae brevis, ille ſalubrem
Juſtitiam legeſque, & apertis otia portis.

Qui Graecos Tragicos & Senecam verſaverunt, nihil in his haerebunt, quantum ad rem attinet: eſt vero quod in dictione jure vituperemus. Quinam enim illi ſunt *peccare timentes?* non a bonis, opinor, diverſi ſunt. At jam dixerat *faveat bonis*, quod aut idem aut plus eſt, quam *amet bonos*. Quid igitur novi ad ſententiam haec conferunt? Noſter Epiſt. I, 16. v. 52.

Oderunt peccare boni, virtutis amore:
Tu nihil admittes in te, formidine poenae.

Ubi boni, ut vides, *oderunt peccare:* prava vero & ſervilia ingenia *timent peccare:* illos *amor virtutis* retinet, hos *poenae formido* coercet. Quid ergo? Jubeſne ut hos chorus amet & laudet? Quid, quod ipſum illud *Amet* nimis inops & languidum videtur; neque attingit ad felicitatem Horatianam. Praecepit enim, quid chorus dicat, non quid ſentiat; quid laudet, cui faveat & conſilium det, non quem *amet*: quod, cum intra pectus verſetur, nihil ad ſpectatores attinet. Faceſſant igitur haec; & meliora illa reponantur,

Et regat iratos, & amet PACARE TUMENTES. *pacare* Manuſcripti aliquot Statii, unuſque Cruquii exhibet: Graevianus *Pecare*, prope verum. At Pulmanni liber utrumque praefert, *Pacare tumentes*. Regat, inquit, iratos, & *amet*, ſive ſoleat, tumentes lenire, *pacare* ſive *placare*; nam haec unum fere idemque ſunt, & variant plerumque codices ſcripti. Noſter Serm. II, 8. 5.

Lyſe

Ille dapes laudet menſæ brevis : ille ſalubrem
Juſtitiam, legeſque, et apertis otia portis :
Ille tegat commiſſa, Deoſque precetur et oret,
Ut redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.
Tibia non, ut nunc orichalco vincta, tubæque
Æmula;

202 uncta *Mſs. Muſ. Br. C. F.*

Quae prima iratum *ventrem* placaverit *eſca.* ubi quinque ex noſtris *placaverit* habent, ſeptem *pacaverit.* Virgil. Aen. I, 142.

Sic ait, & dicto citius tumida *aequora* placat. Claudianus IV. Conſ. Hon. v. 225. de Virtute:

Hanc tamen haud quiſquam, qui non agnoverit ante
Semet, & incertos animi pacaverit aeſtus,
Inveniet.

Recte vero *Irati* & *Tumentes* junguntur. Virgil. VIII, 40.

Nec belli terrere minis, tumor *omnis &* irae
Conceſſere Deum.

vbi vett. edd. male *timor.* Expreſſit hic Virgilium Statius, Theb. V, 425. de Minyis Lemnum advenientibus.

Eminus abrupto quatiunt nova littora ſaltu,
Magnorum decora alta patrum, jam fronte ſereni,
Noſcendique habitu, poſtquam tumor, iraque *ceſſit*
Vultibus.

Ita legendum, non *timor*, quod & editi & quattuor noſtri codices exhibent. Virgilius VI, 407. de Charonte:

tumida *ex* ira *tum corda reſidunt.*

BENTL.

Amet pacare tumentes; ita magnus Bentleius pro *amet peccare timentes.* Bella Hercule emendatio, ſola niſa conjectura propria & ratione cum nulla. BAX. Non ſine auctoribus conatus eſt Bentleius. Sed mihi tamen nimis amabiles videntur *peccare timentes*, quam ut eos hinc exſulare velim. GES.

200 *Ille tegat*; h. e. tegere doceat. BAX.

201 *Fortuna*, ſupple *proſpera.* BAX.

202 *Tibia non, ut nunc*; Præceptum decimum ſeptimum, De Muſica. BAX.

Orichalco juncta, ita reperi ſcriptum in tribus cod. Vatic. & in Card. Rain ut. & Torneſ. Cleric. Nicot. Ruſſ. quæ ſcriptura eo fortaſſe probari poteſt, quia cum tibiam veterum tenuem, ac ſimplicem fuiſſe dicat, novam autem duobus contrariis nominibus ſignificare velit eſſe illi diſſimilem : *tubæ æmula*, tenui opponitur : *orichalco juncta*, ſimplici. quod ſi *vincta* legamus non æque contrarium contrario reſpondeat. LAM.

Orichalco vincta, Per hæc verba tibiæ magnitudinem oſtendit, tantam ſcilicet, ut ex duobus lignis fieri neceſſe fuerit, ac in medio orichalco vinciri. Quare non recte ſentire videtur Grifolus, dum tibiis putat ornamenti cauſa, non neceſſitatis adhibitum orichalcum : cum aliter ſignificaſſe Horatium qui vinctam dixerit clariſſimum ſit.

JAS. DE NOR.

Orichalco vincta; ad internodia ſcilicet. *Orichalcum ſimillimum bracteæ aureæ eſt.* Vet. Schol. Compoſitum erat ex auro, ære & terra Cadmia : eratque initio vel ipſo auro pretioſius. BAX.

Bentleius *juncta* ex quibuſdam Libris, levi & facile errore. Mihi non ſuccurit aliquas Veterum tibias fuiſſe ferruminatas vel nodoſas. BAX.

Vincta, Variant hic cod. Scripti duo Bland. habent cum Diu & Tons. *juncta.* Bland.

Æmula, ſed tenuis ſimplexque foramine pauco,
Aſpirare et adeſſe choris erat utilis, atque
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu;
Quo ſane populus numerabilis, utpote parvus,
Et frugi, caſtuſque verecunduſque coibat.
Poſtquam cœpit agros extendere victor, et urbem
Latior amplecti murus, vinoque diurno
Placari Genius feſtis impune diebus,
Acceſſit numeriſque modiſque licentia major.

Indoctus

206 parcus. *conj. Faber.* 208 urbes *Mſs. Muſ. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

Bland. Antiq. cum aliis omnibus legunt *vincta*. quibus aſſentior. CRUQ.

203 *Foramine pauco aſpirare*. ad eam rem erat utilis, ut paucis, id eſt, quatuor foraminibus ſonitum redderet, & choros adjuvaret, & theatra ſonitu compleret. *utilis aſpirare, adeſſe, complere*, genus loquendi Græcum eſt, ut ſæpe admonuimus. in quibuſdam libris ſcriptum reperi *foramine parvo*. LAM.

Foramine pauco; *Varro ait in Tertio Diſciplinarum, & ad Marcellum De Lingua Latina, quatuor foraminum fuiſſe tibias apud antiquos: & ſeipſum ait in Templo Marſyæ vidiſſe tibias quatuor foraminum*. Vet. Schol. BAX.

Pauco; Bland. duo habent *parvo*. CRUQ.

204 *Aſpirare*. Per hoc verbum tenuitatem, & lenitatem vocis voluit ſignificare, ſimilitudine a ventorum flatibus ſumpta, qui dum leniter flant, aſpirare dicuntur: ut illud: Virg. Æn. I, 86. Aſpirant auræ in noctem, ad differentiam:

" ——— *Et venti velut agmine facto*
" *Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant.*

JAS. DE NOR.

Adeſſe choris; ſupple *tantum*; nam ad tibiam ſaltabant Chori: & *ſonus ejus vix audiebatur per totam ſcenam*. Vet. Schol. BAX.

Chorus, hic ſignificat totam Comœdiam, quæ antiquitus ſolummodo ex Choro conſtabat. HURD.

206 *Sane*, h. e. ſcilicet. BAX. *Numerabilis* erat in theatris populus olim, quia per ſe *parvus*, & inſuper *frugi*, ut manus movere in agro colendo, quam in plaudendo hiſtrionibus mallet. *Parcus* Fabri non differt a *frugi*. GES.

209 Bentleius maluit *Laxior*, levi de cauſa. BAX. *Latior* eſt extenſam latius urbem complexus. GES.

Vinoque diurno; *nec partem ſolido demere de die*. Od. I, 1, 20. BAX.

210 *Genius*; *natalis Deus*. Vet. Schol. Huic enim deo primitias vini libabant. BAX. *Genius* eſt animus in quantum corpus ſuum amat ejuſque voluptatibus delectatur: hinc *menſa toruſque genialis* &c. GES.

Impune, non vetante cenſore. BAX.

211 *Numeriſque modiſque*; numeri erant carminis; modi tibiæ. BAX. *Numeri* ſunt *rhythmi* alternatio & ordo longorum & brevium temporum: *modi* totum *melos* vocis elevatæ ac depreſſæ. BAX.

212 *Indoctus*

Indoctus quid enim ſaperet, liberque laborum,
Ruſticus urbano confuſus, turpis honeſto?
Sic priſcæ motumque et luxuriem addidit arti
Tibicen, traxitque vagus per pulpita veſtem:
Sic etiam fidibus voces crevere ſeveris,
Et tulit eloquium inſolitum facundia præceps;
Utiliumque ſagax rerum, et divina futuri,
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.
Carmine

215 veſtes *Mſs. Muſ. Br. A. B. C. D. F. G.*

212 *Indoctus quid enim, &c.* horum verborum hanc ſententiam eſſe puto. Neque vero mirum eſt, hanc licentiam & luxuriem, quæ ab antiquorum ſeveritate tam longe abeſſet, & ab arte comica tantopere diſcreparet, fuiſſe a populo probatam, ac receptam. Quæ enim ſapientia eſſet in ruſticis, & indoctis, & labore ſolutis, & turpibus hominibus cum populo urbano confuſis? alii ſic. neque vero mirum eſt hanc numerorum & modorum licentiam à ruſticis eſſe probatam, aut vero toleratam. quid enim ſaperet ruſticus, indoctus, ab opere ſolutus, cum urbano, turpis cum honeſto permiſtus? Lam.

Liberque laborum; & per hoc ebrius. Bax.

213 *Ruſticus urbano confuſus*, dixit priori tempore urbanum cum ruſtico, turpem cum honeſto admixtum: ad ſui temporis differentiam; cum ex lege Roſcia lata unicuique ordini Romanorum proprii gradus in theatro aſſignarentur, ut minime admiſceri poſſent cum ſenatoribus equites, cum equitibus plebei. Jas. de Nor.

Turpis honeſto; nobili ignobilis: nam divitiæ tollunt ordinum diſcrimina. Bax.

214 *Sic*; unus cod. Bland. in hoc & ſequenti verſu, pro *ſic* habet *hic*. Cruq.

Motumque & luxuriem; nam ſcenam canendo obambulabat ſaltantis geſtu, quo Syrma ſuum populo oſtenderet. Bax. Marcilius adfert ex Plin. 16, 66 *Cantus luxuriam* de tibiis. Ges.

215 *Traxitque vagus per pulp. v.* Locum hunc optime declarat Donatus, his verbis: *Syrmata dicta ſunt ab eo quod trahuntur: quæ res ab ſcenica luxuria inſtituta eſt, &c.* Eſt autem σύρμα matronarum proprium,

Quæ ſua calcando veſtigia ſyrmate verrunt.

Martialis lib. xii, 96, 4.

Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi.

Eſt & genus veſtis Tragicorum humum verrentis. auctor Pollux in Onomaſtico. Nannius.

Per pulpita; *per tabulas ſcenæ*. Vet. Schol. Bax. Vid, ad. v. 279. Ges.

216 *Voces*; *Modi inſolentiores: ante enim lyra ſeptem chordas habuit tantum, poſtea excogitata eſt citharа*. Vet. Schol. Quæ decachordos erat. Bax. Qui hoc diſcrimen *lyræ* & *citharæ* probare idoneis auctoribus poſſit, illi ego multum debebo. Ges.

Severis; ad ſacra tantum comparatis. Bax. Ode honori deorum & magnorum hominum deſtinata. Ges.

217 *Eloquium Inſolitum*; Prolationem affectatam & inflatam. Bax.

Præceps; audax. Bax. Cum *periculo* conjuncta, ut ſolet dicere Fabius, παραχειν-δυνευμένη. Alta & ſublimia hic etiam parum tuta. Ges.

218 *Divina*; gnara, prudens: nam ejuſmodi eſſe debuit; modo autem ambigua, in-

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agreſtes Satiros nudavit, et aſper
Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod
Illecebris erat et grata novitate morandus
Spectator, functuſque ſacris, et potus, et exlex.
Verum ita riſores, ita commendare dicaces
Conveniet Satiros, ita vertere ſeria ludo;
Ne quicunque deus, quicunque adhibebitur heros,
Regali

220 cantàvit *Sax. & Mſ. Muſ. Br. F.*

certa & vitæ inutilis efficitur, ob morum ſcilicet contemtum. Bax.

220 *Carmine qui tragico*, Præceptum decimum octavum, De Dramate Satyrico. Bax.

Ob hircum; victori dabatur hircus, qui ob læſam vitem Baccho deinde immolabatur: hircus autem, Græcis τράγος, Tragœdiæ nomen dedit. Bax.

221 Bene *Agreſtes*: nam Satyricus Chorus initio ruſticæ erat Tragœdiæ, non itidem urbanæ. Ges.

Nudavit; nam nudus erat ruſticorum Chorus, niſi quod hircinis pellibus indueretur, ut fere priſci mortales. Chorum hunc ducebat Silenus, vel Sileni Actor. Bax.

Aſper; mordax. *Oſtendit Satyram natam eſſe ex Tragœdiis.* Vet. Schol. Bax.

222 *Incolumi gravitate.* Id eſt, ſervata gravitate Tragœdiæ. ut Latinus, cum videret auditorem aufugere, Choros detraxit; ita Græcus, cum ſe ob amarulentiam & maledicentiam nimiam deſeri animadverteret, induxit Satyros, qui aſperitatem mitigarent illecebris. Nannius.

223 *Morandus*, detinendus, alliciendus. Bax.

224 *Functuſque ſacris*; *non voluptatis cauſa inventi ſunt ludi, ſed Religionis.* Vet. Schol. Quam ob rem renunciabant illis veteres Chriſtiani in Baptiſmate. Bax. Vid. Tertulliani de ſpectaculis liber. *Exlex* reſpicit ad illa tempora, cum nondum eſſent leges theatrales. Ges.

Potus et exlex. Exlex, Indomitus, ἄθεμιτος. Non mirum igitur, ſi aufugit auditor. Veteres in ſacrificiis lautiſſime epulabantur; unde Virgilius ſacris operaturus, amicum invitat Eclog. III. 77.

Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.

Talis itaque ſpectator jocis morandus & retinendus eſt, quod in Plauto factitatum videmus. Nannius.

225 *Dicaces*, Hoc eſt, ut diximus, ad riſum concitandum in dictis peracuti, & breves. ita enim videtur dicacitatem interpretari M. Tul. de Orat. II, 54. *cum duo genera ſint facetiarum*, inquit, *alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum, & breve: illa a veteribus ſuperior cavillatio, hæc altera dicacitas nominata eſt.* Jas. de Nor.

Dicaces, ad dicendum liberos. Bax.

226 *Vertere ſeria ludo*; *Tragœdiæ immiſcere Satyram.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

227 *Deum* et *Heroa* feſtive nominat Actorem qui modo dei vel herois partes agebat, nunc vero Satyri. Bax. In Satyrica fabula cujus unicum ſpecimen ſupereſt, Euripidis Cyclops, Bacchus, Silenus, Ulyſſes, tragicæ alioquin perſonæ, prodeunt cum Satyris, utunturque humiliore quidem ſermone, quam in tragœdia, non tamen plane plebeio & tabernario. Ges.

229 *In*

Regali conſpectus in auro nuper et oſtro,
Migret in obſcuras humili ſermone tabernas;
Aut, dum vitat humum, nubes et inania captet.
Effutire leves indigna tragœdia verſus;
Ut feſtis matrona moveri juſſa diebus,
Intererit Satiris paulum pudibunda protervis.
Non ego inornata et dominantia nomina ſolum,
Verbaque, Piſones, Satirorum ſcriptor amabo;
Nec ſic enitar tragico differre colori,
Ut nihil interſit Davuſne loquatur, et audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum,

An

237 an audax *Mſs. Muſ. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

229 *In obſcuras tabernas*, h. e. in Tabernariæ Fabulæ viliſſimum Stilum. Bax.

231 *Effutire leves indigna Trag. v.* indicat quibus verbis utendum, non levibus, non teneris, & delicatis, ſed gravibus, auſteris, & ſeveris. nam ut lib. II. 381. Triſt. ait Ovidius *Omne genus ſcripti gravitate Tragœdia vincet.* Nannius.

232 *Moveri juſſa*; ſaltare rogata. Bax.

234 *Inornata*; pura, non figurata; *Dominantia*, præſenti uſu invaleſcentia. Ita olim interpretatus eſt Madius, auctore Jaſone de Nores, nam *communia & vulgaria* reddidit; qualibus ſcilicet Comœdia utitur. Reliqui Interpretes nugaciſſimum Veteris Scholiaſtæ Interpolatorem ſecuti ſunt. Bax. *Dominantia* ex Græco expreſſum eſt. κύρια i. propria quibus contraria ſunt ἀκύρα. Sic *domicilium* habere dicitur verbum in ea re, de qua proprie, κυρίως, adhibetur, Cic. Fam. 16, 17. Ges.

Honorata; ex conject. Hurd.

Bene adjecit *ſolum*; quod ex parte maxima Satyrici communibus & dominantibus verbis uterentur: bene etiam *nomina verbaque*; quæ Ariſtotelica diviſio eſt vocabulorum. Bax.

235 *Scriptor*, ſupple *cum fuero*. Bax.

236 *Colori*, characteri. Bax.

237 *Davuſne loquatur, & audax*. ita reperi ſcriptum in duobus codicibus manu-ſcriptis, non, *an audax:* & ut ita ſcribatur, ratio poſtulat. non enim ſignificat intereſſe utrum Davus loquatur, an Pythias, ſed utrum ſervi comici, quales ſunt Davus ſervus, & Pythias ancilla, an Silenus. Lam.

Davuſne loquatur, & audax Pyth. ſic legitur in Cod. Bland. antiq. & altero ubi τὸ & manifeſte eraſum eſt ſupraque poſitum *an*.

Cruq.

Davus, Terentianus ſervus. Bax.

Audax Pythias. Non ſatis conſtat unde hæc ſint ſumta. Nam Lucilii Comœdiæ non exſtant; ubi meretrix per fraudem ſenem illuſerat, adimendo illi pecunias.

Nannius.

238 *Pythias*; *Ancilla in Comœdia Lucilii*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Emuncto Simone; deriſo: ſoli enim infantes emunguntur. Bax. *Madidi infantia naſi* Juven. 10, 199 ſenis attributum; apud Græ-

An cuſtos famuluſque dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen ſequar, ut ſibi quivis
Speret idem; ſudet multum, fruſtraque laboret
Auſus idem: tantum ſeries juncturaque pollet;
Tantum de medio ſumtis accedit honoris.
Silvis deducti caveant, me judice, Fauni,
Ne, velut innati triviis ac pene forenſes,
Aut nimium teneris juvenentur verſibus unquam;
Aut immunda crepent ignominioſaque dicta:
Offenduntur enim quibus eſt equus, et pater, et res;
Nec, ſi quid fricti ciceris probat et nucis emtor,
Æquis accipiunt animis, donantve corona.

Syllaba

249 fracti *Mſs. Muſ. Br. A. B. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

cos κόρυζα, altera illa ſenum infantia, qua eludi poſſunt facilius. Ges.

239 *Cuſtos*; Tutor erat Bacchi Silenus, & Satyrici Chori Coryphæus & Præcentor. Eſt igitur Satyra majoris dignitatis quam Comœdia. Silenus in chorea recitator erat, ſeu Poëta; Satyri autem Hypocritæ, qui geſticulatione exprimebant, quæ ille referebat. Dicitur autem Silenus Herodoto *Silenus Marſyas*; quem & Nyſæ regnaſſe ex Fabulis prodit Diodorus. Sed Marſya flumen erat: numina vero fluminum e Satyrorum & Nympharum genere fuerant. Eſt igitur a Σωλὴν Silenus; ut a Σίφων Σίφυλλα, vel Σίβυλλα. Notum eſt etiam ſenes Satyros dictos fuiſſe *Silenos*, ob ſummam ſcilicet Poeticæ Muſicæque peritiam. Quin & Latinis *Silanus* canalis eſt, ſeu fiſtula. Bax.

240 *Sequar*; exſequar. Bax.

242 *Auſus*, ſupple, *cum fuerit*. Bax. Cic. Orat. c. 23. *Orationis ſubtilitas imitabilis illa quidem videtur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus.* Ges.

Series juncturaque; ordo & collocatio verborum. Bax.

243 *De medio*; *de publica & vulgata materia*. Vet. Schol. Cruq. Comicam intelligit. Bax.

Honoris; decoris. Bax.

244 *Deducti*, a Præſultore, ſeu Sileno. Bax.

245 *Triviis*: Romæ ſcilicet. Bax.

Forenſes; nam in Foro puriſſimis verbis utebantur. *Verba Togæ ſequeris juncturа callidus acri.* Perſius 5, 14. Bax.

246 *Teneris*; delicatis, urbanis. Bax. *Juvenari* ex Græco formatum, νεανιεύεσθαι, non autem, ut plane ἀμέσως fingit Harduinus, metri cauſa fictum. Aut nunquam deguſtarat ille vir poëticen, aut ſciens in hoc genere calumniatus eſt. Ges.

247 *Immunda*, vilia, humilia; *crepent*, deblaterent; *ignominioſa*; inhoneſta. Magnus eſt etiam communium verborum delectus. Bax.

248 *Quibus eſt equus*, Ordo Equeſtris; *quibus eſt pater*, Patricii; *quibus eſt res*, Ditiores, quibus honeſtior cenſus eſt. Bax.

249 *Fracti ciceris*. Paraſius, *fricti*, legit: quod

Syllaba longa brevi ſubjecta vocatur Iambus,
Pes citus; unde etiam trimetris accreſcere juſſit
Nomen Iambeis, ~~cum~~ quum ſenos redderet ictus,
Primus ad extremum ſimilis ſibi: non ita pridem,
Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures,
Spondeos ſtabiles in jura paterna recepit
Commodus et patiens; non ut de ſede ſecunda
Cederet aut quarta ſocialiter: hic et in Accî
Nobilibus

quod perplacet, cum eodem modo appellet Plautus in Bachid. IV, 5, 7. cum dicit: *tam frictum illum reddam, quam frictum eſt cicer*, Vendebatur autem cicer in theatro. Unde Martialis, I, 42, 6.

" *Vendit qui madidum cicer corona.*

JAS. DE NOR.

Ciceris fricti. CUN.

Fricti, toſti. BAX. Vid. Sat. 1, 6, 115. 2, 3, 182. GES.

251 *Syllaba longa brevi*; Præceptum decimum nonum, De pedibus Iambicis. BAX.

Subjecta; poſtpoſita. BAX.

252 *Pes citus.* Od. I, 16, 24. *& in celeri iambos miſit furentem.* LAM.

Trimetris; *ex ſex iambis tres Diiambi facti ſunt.* Vet. Schol. Nam per Dipodias numerantur hi verſus. BAX.

253 Senos cum. CUN.

Ictus, numeros, vel pulſus pedum. BAX.

254 *Pridem*; ex quo ſcilicet noſtri homines Dramata compoſuere. BAX. Veteres Tragici & Comici Romanorum, ut hic Accius, Enniuſque vix ultimam cujuſque verſus regionem Iambo illi primitivo reliquere. Sed *non ita pridem* æquales & paulo majores Horatio hoc ſervarunt, ut in regione impari quidem ſpondeum, & æquales ſpondeo vel Iambo pedes, reciperent, pares autem ſ. maſculinas regiones ſolo iambo implerent: qua ratione ſe ad Græcorum exactam diligentiam conformarunt, quorum Senarii ſ. Trimetri aut meros, aut certe in omni regione pari, habent Iambos. GES.

256 *Stabiles*; firmos, immobiles, non currentes. BAX.

257 *Commodus & patiens*; ſuavis & æquanimus; qui ſcilicet jure ſuo ultro cederet. BAX.

Non ut de ſede ſecunda cederet a. q. iambus (inquit) recepit ſpondeos in jura paterna, ſed non ut e ſecunda, aut quarta ſede depelli ſe facile pateretur: quales ſunt trimetri Horatiani epod. 9. *Quando repoſtum Cæcubum ad feſtas dapes.* & 11. *Pecti nihil me ſicut antea juvat, &c.* LAM.

258 *Socialiter*; ſociorum ritu, qui bona quæ habent inter ſe dividunt. *Iambicus Trimeter Tragicus recipit pedes, dextros ſpondæum, videlicet primum, tertium & quintum; ſiniſtros, Iambos, videlicet, ſecundum, quartum & ſextum.* Vet. Schol. in Epod. 1. BAX.

Hic & in Attî, &c. quemadmodum & in Terentianis, & in Plautinis. mirum eſt enim quantam ſibi poëtæ Latini in trimetris, & retrametris licentiam permiſerint, ſat habentes, ſi in ultima ſede iambum ponant: in ceteris locis anapæſtum, ſpondeum, dactylum, tribrachrum promiſcue adhibentes. LAM.

259 *Nobilibus*,

Nobilibus trimetris apparet rarus, et Ennî
In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus,
Aut

260 miſſus *Marc. Bentl. Dac. & al. apud Cun.* cum magno *Mſs. Muſ. Br. A. B. C. D. F. G.*

259 *Nobilibus*, Ironice protulit. BAX.

260 *In ſcenam miſſos*, &c. trium verſuum deinceps ſequentium hæc ſententia eſt, Verſus iambicos in ſcenam productos, nimis tardos ſpondeorum interventu, iambus raro adhibitus indicat atque arguit, poëtam vel nimium celeriter, & parum accurate ſcripſiſſe, vel artem ignorare. LAM.

In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus. Hic locus, ſiquis alius in hoc auctore, non parum, ut ait ipſe, *D. Heinſium exercuit:*

——————— *Hic & in Accî*
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni.
In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus,
Aut operae nimium celeris curaque carentis,
Aut ignoratae premit artis crimine turpi.

Rem tandem expedire ſibi viſus eſt, mutata diſtinctione,

——————— *apparet rarus: & Ennî*
In ſcenam miſſos magno cum p. &c.

Ego vero, quid profit, aut ut laboranti loco medeatur haec diſtinctio, nullus video. Ligat quidem & coagmentat orationem, diſſolutam alioquin & hiantem: ipſam vero difficultatem intactam relinquit. *Hic*, inquit, pes Iambus, *rarus apparet in Accii trimetris*; & *premit verſus Ennii crimine ignoratae artis*. Quid narras? An *verſus* aut ſciunt, aut ignorant artem metricam? Quis ita ſenſit, quis unquam ſic locutus eſt? Illud quoque quale eſt? *premit verſus crimine operae celeris & neglegentis*. An *verſus* ſeipſi faciunt, & metri curam habent; ut crimen incuriae ipſis, non auctori impingatur? *Iambus* vero, inquit, *accuſat verſus cum magno pondere miſſos:* quomodo ſodes is accuſat aut *crimine premit*, qui non *apparet?* Haec & in vulgata & in Heinſiana diſtinctione vitia ſunt; qualia quidem nec defendi nec excuſari poſſunt. Tu vero lege mecum & diſtingue,

——————— *Hic & in Accî,*
Nobilibus trimetris apparet rarus & Ennî.
In ſcenam MISSUS CUM MAGNO *pondere verſus.*
Aut operae nimium celeris, &c.

Cum Iambus, inquit, ex artis & muſicae ratione ter in unoquoque trimetro apparere debeat, in ſecunda ſcilicet & quarta & ſexta ſede; neglexerunt hoc poëtae veteres Accius, Ennius, ceterique; contenti enim ſextum modo pedem Iambum facere (ſine quo nullum verſus veſtigium eſſet) in ceteris ſuſque deque habuerunt: adeo ut Iambus extra pedem ultimam rarus apud illos appareat. Sic in his Ennii Acciique apud Ciceronem:

Argo, qua vecti Argivi delecti viri:
Colchis imperio regis Peliae per dolum:
Fremebunda ex alto ingenti ſonitu & ſpiritu:
Ita dum interruptum credas nimbum volvier:

in his inquam, omnibus nullus eſt Iambus, praeterquam in loco ſexto. At, inquit Noſter, hujuſmodi *verſus*, *cum magno* ſpondeorum vel Anapaeſtorum *pondere in ſcenam miſſus premit* ſcriptorem aut incuriae crimine, aut ignorantiae. Verum quidem hoc eſt: non tamen ignorantia, ſed neglegentia & ſpe veniae peccabant veteres. Cum enim Latinus ſermo pauciores habeat breves ſyllabas, quam Graecus: qui primi Graeca verterunt, labore & difficultate territi, ſimulque & ſpectatorum imperitia fidentes atque abutentes, ſpondeos paſſim pro Iambis intruſerunt. Cumque in re nova nemo eſſet qui correctius ſcriberet; ſine comparatione pulchriorum vel deformia illa ſatis pulchra videbantur,

Et data Romanis venia eſt indigna poëtis.

Poſtea tamen ſub Horatii aetate, cum Graeca paſſim in manibus eſſe coeperunt, non ulterius aequis auribus accipiebantur tardevolventes ſpondei, ſed coacti ſunt poëtae ad artis legem & normam Graecorum modulatius ſcribere. Quod cum ex Senecae Tragoediis jam licet cognoſcere, tum ex Frag-

menti

Aut operæ celeris nimium curaque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Non quivis videt immodulata poëmata judex;
Et data Romanis venia eſt indigna poëtis.
Idcircone vager, ſcribamque licenter? Ut omnes
Viſuros

263 Num Z. 265 ſcribamne *Mſ. Muſ. Br. G.* Ut omnes *Mſ. Ach. Stat. Bentl. Cun.* An omnes *Mſs Muſ. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

mentis quæ ex Ovidii, Varii, Gracchique Fabulis hodie ſuperſunt. Ovidius Medea, apud Quintil. VIII, 5.

Servare potui, perdere an poſſim rogas?

Varius Thyeſte, ibid. III, 8.

———*Jam fero infandiſſima,*
Jam facere cogor.

Gracchus Thyeſte, apud Priſcianum VI. p. 719.

Merſit ſequentis humidum plantas humum.

Ita legendum arbitror, non *plantis*. *Humum* nominativus eſt, generis neutrius. Idem Atalanta, ibidem p. 683.

O grata cardo, regium egreſſum indicans.

Hi trimetri, qui ſoli nunc reſtant ex Horatio ſupparibus Tragicis, exactiſſime ſervant leges Graecorum; ut ex his de integris Fabulis idem exiſtimare liceat. Vides jam, opinor, claram liquidamque eſſe quam dedimus emendationem. BENTL.

Magno cum pondere; tardorum ſcilicet Spondeorum. Bentleius ex Libris, *cum magno pondere:* Sed altera Lectio æque bona eſt. Certe ejuſmodi variationes pendebant ſæpe memoria Exſcriptorum. BAX. *Cum magno* hic magis placet quod facit verſum craſſiorem & graviorem. GES.

262 *Premit*, ἀποκοινου iambus. Verſus dicuntur iambici trimetri tardiores, id eſt, qui in ſecunda & quarta ſede iambos non habent, reprehenduntur, vel tamquam celeriter, & negligenter ſcripti, vel tamquam a indocto, & inſcio facti. LAM.

Premit; onerat, de iambo autem hoc dicit per Proſopopoeiam. Fruſtra Theodorus Marcilius mutavit *miſſos* in *miſſus* contra Codicum fidem, ut *verſus* eſſet Nominativus BAX. Si retinemus *miſſos*, nominativus proximarum enunciationum commode huc trahitur. *Hic* iambus—*apparet*—*& Enni*—*verſus*—*premit*. Nempe tollo interpunctionem poſt *Enni*. Si vero *miſſus* placeat, erit plane extrinſecus aſſumendus accuſativus, *auctorem ſuum*. vel tale quid.

GES.

263 *Non quivis videt immod. poët.* duo ſunt, propter quæ poëtæ negligenter ſcribant, & verſus iambeos faciant nimis tardos, & diſſolutos: primum, quod confidant non omnes ſua errata cognituros: alterum quia etiam ſi virtutes, & errata poëtarum nemo non facile cogniturus eſt, ſperant tamen fore, ut ſibi ignoſcatur. ſed non iccirco (inquit Horat.) negligenter, & mendoſe, & licenter ſcribere debemus: imo potius nihil peccare in ſcribendo, & exiſtimare omnes errata noſtra, ſi qua ſint in ſcriptis noſtris, animadverſuros: (& ita demum tuti erimus:) neque ſperare, nos impune peccaturos: & ita cauti erimus, cum ipſi ſpem omnem veniæ nobis præciderimus. LAM.

Non quivis videt, Tu dicas: nam Subjectio eſt. BAX.

264 *Indigna* qua indigni ſunt: quam non meruerunt. LAM.

Indigna; nimis magna, pudenda. BAX.

265 *Scribamque licenter, an omnes Viſuros peccata*. Difficilis locus, & ab interpretibus vexatus; quique eos viciſſim multum torſit & fruſtratus eſt:

Et data Romanis venia eſt indigna poëtis.
Idcircone vager, ſcribamque licenter? an omnes
Viſuros

Viſuros peccata putem mea, tutus, et intra

Spem

Viſuros peccata putem mea, tutus & intra
Spem veniae cautus; vitavi denique culpam,
Non laudem merui.

Ubi Grifolus, Luiſinus, & Marcilius aliam diſtinctionem inducunt,

———*an omnes*
Viſuros peccata putem mea? tutus & intra
Spem veniae cautus, vitavi denique culpam.

Rectior quidem hæc, quam quae hodie circumfertur: neque tamen difficultatem tollit. Nimirum legendum erat UT pro AN, quod & codex Statii exhibet, & Battelianus noſter pro varia lectione profert:

Idcircone vager, ſcribamque licenter? UT omnes
Viſuros peccata putem mea, tutus & intra
Spem veniæ cautus?

Quod Statius in hanc ſententiam explicat; *Itane licenter ſcribam, contemtis omnino & disjectis numeris, ut omnes id & ſentiant & ignoſcant tamen.* Non perſenſit vir eruditus UT poni hic pro *Quamvis, licet, poſito & conceſſo:* quo ſenſu infinitis locis apud ſcriptores occurit: Ovid. Epiſt. Didus v. 15.

Ut *terram invenias, quis eam tibi tradet habendam?*

Ergo hoc voluit Horatius: Indigna venia data eſt immodulatis Trimetris; non omnes auditores peccatum ſentiunt, & qui ſentiunt, ignoſcunt. quid tum? *Ideone* ſciens prudenſque ab artis praeceptis *vager, & ſcribam licenter? tutus* nimirum futurus, *& intra ſpem veniae cautus*, quam *omnes putem peccata mea viſuros?* minime vero: nam, utcumque haec metri vitia condonari & ignoſci ſoleant, at certe eo pacto *culpam* tantummodo *vitavi*, veniam modo impetravi; *non laudem merui. Vos* vero, O Piſones, quibus virtus eſt animuſque ad laudem erectus, *exemplaria Graeca ſtudioſe legite* atque imitamini. Clara profecto haec eſt, & egregia ſententia; unde et Grifolii ceterorumque interpunctio facile redarguitur; & Lambini gravis error refutatur, qui fidenter interpolabat,

———an *omnes*
Viſuros peccata putem mea, tutus & EXTRA
Spem veniae cautus?

Et ſane, ſi AN hic legeris, & oppoſitionem in his eſſe finxeris, *Scribamne licenter: an* contra *non peccabo ſpe veniae; quandoquidem omnes mea peccata viſuros putem*, ſpeciem veri habebit Lambini correctio. Verum hæc interpretatio cum ſequentibus pugnat: qui enim accurate ſcribit, omni peccatorum venia ſibi præciſa, non *culpam* modo *vitat*, ſed & *laudem meretur*. Nimirum ea, quam jam adſciſcimus, lectio ſola rem omnem expedit: *Tutus &* in tantum, eatenus, hactenus *cautus*, ut veniam non deſparem, *etſi* omnes mea peccata animadverſuros exiſtimem. Vides jam, quid ſibi velit *Intra ſpem veniae cautus*. At mirificus plane eſt Dacierus, qui Lambini quidem enarrationem ſequitur, retinet tamen INTRA; contenditque *Intra ſpem*, perinde eſſe ac *Extra ſpem*, ſive *ſine ſpe veniae*. Arrigamus aures: ut novum hoc & inauditum vel ſero diſcamus. Sic, inquit, apud Florum, I, 3, 5. *intra gloriam* idem eſt ac *ſine gloria*. Hoc vero vix minus admirandum eſt, quam illud alterum. Videamus locum I, 3. ubi de Horatio agitur, qui ſororem poſt ejus victoriam flentem ferro occiderat; *Citavere leges nefas: ſed abſtulit virtus parricidam; & facinus* INTRA GLORIAM *fuit.* Quid ergo? an hoc *ſine gloria* interpretabimur? haud vidi magis. Immo idem hic *Intra*, quod ubique alias ſignificat. Facinus *intra gloriam* fuit, non exceſſit victoriae gloriam, obruebatur & extinguebatur a gloria, ſic ut reus abſolveretur. At ſi *ſine gloria* erat facinus; mirum adeo ni reus damnaretur. Faceſſant igitur febriculoſae explicationes; & vera lectione reperta conquieſcamus: quam & Scholiaſtae olim Acroni cognitam & probatam conjicere licet. Sic enim ille enarrat: *An debeo ſecurus eſſe data venia,* QUAMVIS *palam erunt peccata mea*

Cert

Spem veniæ cautus? vitavi denique culpam,
Non laudem merui. Vos exemplaria Græca
Nocturna verſate manu, verſate diurna.
At veſtri proavi Plautinos et numeros, et
Laudavere ſales; nimium patienter utrumque,
Ne dicam ſtulte, mirati; ſi modo ego et vos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumque ſonum digitis callemus et aure.
Ignotum

271 utroſque *Cun.* 272 Non *Ach. Stat.*

Certe qui hæc commentabatur, non AN, verum UT, ſicut nos hodie, legebat. BENTL.

Duæ ſunt objectiones v. 263 & 264. Reſpondetur univerſim, *Idcircone vager—licenter?* tum ad priorem, *ut* i. e. etiamſi ita inter ſcribendum inducam animum, ut *putem omnes viſuros peccata mea*; ad alteram de venia, Etiamſi *tutus* fuero, & ibi quoque *cautus*, ubi ſpes veniæ eſt; tamen ad ſummum *vitavi culpam* &c. Ut *intra legem* cœnat, qui minus impendit, quam lex permittit: ita *intra ſpem veniæ cautus eſt*, qui non omnia ſibi indulget, quæ ſperare poteſt ſibi condonatum iri. GES.

Vager, nullo ſervato tramite. BAX.

Licenter; ut impetus tulerit. BAX.

Melius *ut* (h. e. ſi) magis quam *an*, ut bene monuit Bentleius. BAX.

266 *Tutus*; ſupple, quod fuerim tutus. BAX.

Intra ſpem veniæ, cui non eſt de venia deſperandum, ut qui nihil gravius cæteris admiſerit. BAX.

267 *Cautus*, ſupple *ſcribam*. BAX.

Denique; ſi vel illud præſtitero: quia res magna non eſt, nec Poëtam oſtendit. BAX.

269 *Nocturna verſate*; ἐναργῶς aſſiduitatem exprimit. BAX. Cf. infra verſ. 323 ſqq. ZEUN.

270 Omnes Lambini & Cruquii Codices pro *noſtri* legerunt *veſtri*, quam ſcripturam & Victorius probavit. BAX. Et omnino *veſtri* magis modeſtiæ Horatii convenit, qui ſe libertini filium probe meminiſſe ſolet & proavos Romæ non habere. Quod autem dicit Harduinus, hunc locum repugnare his, quæ primitivus ille Horatius, dicat de Plauto Epiſt. II, 1, 58 & 170: in eo illum falſum eſſe, facile docet collatio. GES.

Numeros & ſales; Metra & jocos. BAX.

271 *Nimium patienter utrumque.* nimium patienter, ac pæne dicam, ſtulte utrumque mirari ſunt in Plauto, numeros, & ſales: quia neque ejus verſus ſatis numeroſe ſcripti ſunt, & ſales nonnulli ſunt ſcurriles, alii leves, & frigidi, alii obſcæni. LAM.

Patienter: negligenter. BAX.

273 *Scimus inurbanum lepido. Lepido*, feſtivo. Cavendum in ſalibus ne importuni ſint ac frigidi, ſed & ne videantur contumelioſi. Vitandum etiam ne, dum feſtivi videri volumus, ſcurræ efficiamur. Abſit quicquid impurum, quicquid impudicum; adſit caſtitas, mediocritas & feſtivitas. Differunt autem *falſum*, *lepidum*, & *urbanum*, ut Grammatici docent. Dicimus *feſtivum*, id quod lætum videtur. *Salſum* acrimoniæ nonnihil habet. *Urbanum* longe a ruſticitate diſtat. NANNIUS.

274 *Legitimumque ſonum digitis c.* hoc ad verſus referendum, quos non ſatis accurate factos, neque ſuis ac legitimis numeris aſtrictos, ſed diſſolutos eſſe judicat. LAM.

Ignotum tragicæ genus inveniſſe Camœnæ
Dicitur, et plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis,
Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora.

Poſt

276 vectaſſe *ponit*, & per Hellada *conj. Cun.* 277 Quæ *etiam Diomed. & Donat.*

Digitis; levatione & poſitione digitorum, quas Græci Ἄρσιν & Θέσιν nominant; ſic enim diſtinguebant Tempora & Tonos, dum Metra metiebantur. BAX.

275 *Ignotum Tragicæ*; Præceptum vigeſimum; ſæpius corrigenda eſſe quæ ſcripſeris. BAX.

276 *Plauſtris vexiſſe*. antequam ſcena eſſet inventa, Theſpis in plauſtris tragœdias docebat, idemque agebat. quod teſtatur Ariſtoteles lib. 3. de arte dicendi, ὑπεκρίνοντο γὰρ αὐτοι τὰς τραγῳδίας οἱ ποίηται τὸ πρῶτον. & Plutarchus in vita Solonis his verbis, ἐθεάσατο τον Θέσπιν αὐτὸν ὑποκρινόμενον, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς. LAM.

Poëmata modo dicit Choros ruſticos, ſive Satyros, Figurate. BAX.

Theſpis, quod tragœdiæ author fuerit, præter Horatium author eſt Plutarchus; etſi aliter ſentire videtur Ariſtoteles in libro de arte poëtica. JAS. DE NOR.

277 *Vexiſſe poëmata Theſpis Quæ canerent.* Locus hic ab annis amplius mille turpiſſimo mendo inquinatus, ſi mea opera tandem emaculetur priſtinumque & ſanum colorem recipiat, ecquid erit a lectore pretii? Contemplemur, qualis hodie circumfertur;

Ignotum tragicae genus inveniſſe Camenae
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis,
Quae canerent agerentque peruncti faecibus ora.

Ita omnes ubique ſcripti editique exhibent: ita citat Diomedes Grammaticus p. 485. ita Donatus Prolegomenis ad Terentium, ubi tres vetuſtas ante annum MD editiones conſulens nihil a recepta lectione diverſum reperi. Quale tamen obſecro illud eſt, *vexiſſe plauſtris* POEMATA? hoc eſt, ut enarrat Acron, *Tam multa ſcripſiſſe, quae poſſet plauſtris advehere.* Mirum hoc profecto: poteratque Theſpis, ut poſtea Caſſius Hetruſcus, capſis libriſque propriis comburi ac funerari, quo heres ligna lucraretur, Verum eſto, ut tot poëmata ſcripſerit: quid opus, ut ea plauſtris circumveherentur? an ex libro tum recitabant actores fabularum? Ridiculum: ne poſtea quidem hoc factum eſt, cum poëtæ ſuas Tragœdias ſcripto vulgarent. At nihil quicquam literis mandaſſe Theſpin, quæque illi tribuunt Plutarchus, Pollux, Clemens Alexandrinus, & Noſter adeo ipſe Epiſt. II, 1. v. 163. ubi populum narrat Romanum poſt Punica demum bella coepiſſe quaerere,

Quid Sophocles & Theſpis & Aeſchylus
utile ferrent,

omnia iſta ſpuria & ab Heraclide Pontico ſuppoſita eſſe, multis argumentis oſtendi in Diſſertatione ad Phalaridis Epiſtolas; quam qui poteſt aut vacat poterit conſulere. Quid ergo? an plauſtris vehebantur *poëmata*, quae ſub illa Tragoediae infantia vix domi quidem ſcribebantur? vel, ut ſcripta fuerint, domi certe relinquebantur, & de plauſtris memoriter canebantur? Et ſenſiſſe quidem abſurditatem hanc videntur melioris notae Interpretes. *Poëmata*, inquit Luiſinus, *pro ſcena nominavit, cauſſam ut aiunt pro cauſſato.* Dignus utique ſua laude eſt, qui non tam obeſae naris erat, ut receptae interpretationis foetores toleraret. Tu vero ſic mecum repone meliora longe ac certiora,

Dicitur, & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis
QUI *canerent agerentque, peruncti faecibus ora.*

Ubi ordo eſt, *Vexiſſe plauſtris* [eos] *qui canerent agerentque poëmata, peruncti ora faecibus.* Hiſtriones igitur in plauſtris vehebat, non ut ſtulte vulgo creditum, poëmata. Ceterum elegantior paullo locutio, quamquam eruditis hodie notiſſima, qua pronomen accuſativum non exprimitur ſed ſubauditur, fraudi hic fuit bonis Librariis: & ſane vix aliter

Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus, et modicis inſtravit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.
Succeſſit vetus his Comœdia, non ſine multa
Laude; ſed in vitium libertas excidit, et vim
Dignam lege regi: lex eſt accepta, choruſque
Turpiter

aliter eveniſſe potuit, quam ut QVAE interpolaverint: ita hoc aptum & neceſſarium, ita illud male Latinum & ἀσύνταχτον grammaticaſtris illis videbatur. *Vexiſſe qui canerent*: ut Terentius Heaut. III, 2, 26,

Eho quaeſo laudas, qui *heros fallunt? In loco*
Ego vero laudo.

Ovid. Faſt. III, 533.

Invenies *illic*, qui *Neſtoris ebibat annos*,
Quae *ſit per calices facta Sibylla ſuos.*

Sed putidum eſt in re trita exempla corradere.
BENTL.

Bentleius *Qui* h. e. *Actores qui*, Ignoraſſe videtur vir magnus plauſtrum fuiſſe Theſpidi pro Scena. Quin poſſint etiam recitata Theſpidis Carmina dici Poëmata, etſi illa nunquam fuerint ſcripta. BAX. Plauſtra Theſpis non adhibuit, ut ab una urbe in alteram veheret actores, ut tibicines illi vino ſepulti apud Liv. 9, 30 plauſtris tranſlati ſunt: ſed paravit ſibi in quavis urbe ſcenam extemporalem de plauſtris aliquot conductis. His *vexit poëmata* i. e. in his docuit Tragœdias, figura jucunda: quidni enim *vehi* dicantur, quæ aguntur in plauſtris? Non erat Hamaxobios ſuo cum grege Theſpis; ſed ut alii boni viri, v. g. ut Ariſtippus per deſerta Libyæ, iter faciebat pedibus. Illud *Qui* ergo non juvat ſententiam, ſed corrumpit. GES.

Peruncti fœcibus; *Actores fœce vini faciem perungebant, vaſis fœce tenus epotatis.* Vet. Schol. Cruq. *Agricola & minio ſuffuſus, Bacche, rubenti. Primus inexperta duxit ab arte choros.* Tibullus. BAX. Locus eſt II, 1, 55, ubi hoc in honorem Bacchi factum oſtendit Brouckhuſius. Omnis ars ſcenica in tutela Bacchi, ut vel Ranæ Ariſtophanis docent. GES.

278 *Perſonæ pallæque honeſtæ*; *Perſonæ* pictus erat vultus; ſeu potius caput; *pallam* autem ſyrma dicit Tragicum. Eſt etiam *honeſtæ* Antitheton ejus quod ante poſuerat, *peruncti fœcibus ora.* BAX.

279 *Modicis tignis*; h. e. paucis tabulis. BAX. *Modicis tignis* Dativus eſt. His tignis mediocriter magnis, partim arrectis partim tranſverſis, *inſtravit pulpita*, tabulas, quæ pro ſolo eſſent actoribus. Vid. v. 215. GES.

282 *Excidit, lapſa eſt.* Vet. Sch. Cruq. BAX.

283 *Regi*, frænari. BAX.

Lex eſt accepta; & per hoc non amplius ſui juris erat: accipiunt enim Leges qui alieno arbitrio reguntur. BAX.

Choruſque; *Grex Actorum & Comœdorum Liberi Patris.* Vet. Schol. Cruq. Nam Nova Comœdia *amiſit Choros*, ut ait Alter Schol. Hæc Comœdia orta eſt, creſcente Macedonum Imperio, extinctaque libertate Græciæ. Nam non liberorum hominum neque liberas oportuit eſſe linguas. BAX. Cum Latini Comici Plautus & Terentius, Menandrum, Diphilum, Philemona, & alios novæ Comœdiæ ſcriptores imitarentur, choros non habent illorum fabulæ, vid. Diomed. 3, p. 486. Ariſtophanis Fabulæ nimium Græcis rationibus & moribus implexæ erant, quam ut iis uti vellent Romani. GES.

Turpiter obticuit, ſublato jure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquere Poëtæ:
Nec minimum meruere decus, veſtigia Græca
Auſi deſerere, et celebrare domeſtica facta;
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret clariſve potentius armis,
Quam lingua, Latium, ſi non offenderet unum-
Quemque Poëtarum limæ labor et mora. Vos, O
Pompilius ſanguis, carmen reprehendite quod non
Multa dies et multa litura coërcuit, atque
Præfectum decies non caſtigavit ad unguem.
Ingenium miſera quia fortunatius arte

Credit,

294 Perfectum *Mſſ. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

286 *Veſtigia*; exemplaria. Bax.

287 *Auſi*; etiam hi qui auſi ſunt: neque enim ſolum Palliatæ Comœdiæ Auctores meruere laudem. Bax.

288 *Prætextatam quidam dicunt Tragœdiam, Comœdiam autem Togatam.* Vet. Schol. Quod in Prætextatis agerentur Perſonæ Nobiles, in Togatis autem Romana plebs. *Prætextatas & Togatas ſcripſerunt Ælius Lamia, Antonius Rufus, Cn. Meliſſus, Afranius, Pomponius.* Vet. Schol. Cruq. Bax. Vid. omnino Diomed. 3, p. 486 ſqq. Ges.

Docuere; ita & Græci locuti ſunt, διδαξαν. Bax.

292 *Quia Calpus filius eſt Numæ Pompilii a quo Calpurnii Piſones traxerunt nomen.* Vet. Sch. Bax.

293 *Multa dies.* Id eſt, longum tempus, ut illud Tibulli I, 4, 13.

Longa dies homini docuit parere leones.
Nannius.

Coercuit; ut falx vitem, quam premit ne luxurietur. Bax.

294 Pro *Perfectum* duo Lambini totidemque Cruquii Scripti Codices legerunt *Præfectum*, quod & Mureto & Lubino placuit. *Tractum a marmorariis qui juncturas marmorum unguibus pertentant.* Vet. Schol. Bax. Opportune laudavit Bentleius Sidon. 9, 7. *Tota verborum ſtructura liquida prorſus & ductilis; veluti cum chryſtallinas cruſtas aut onychinas non impacto digitus ungue perlabitur: quippe ſi nihil eum rimoſis obicibus exceptum tenax fractura remoretur.* Ges.

295 *Ingenium miſera quia fort.* deridet eos, qui, quod poëtas natura, non arte valere, furoreque quodam excitari putet Democritus, iccirco immunditia, illuvie, ſqualore feritatem quandam, & inhumanitatem præ ſe ferunt, ſolitudinem ſequuntur, celebritatem fugiunt. & fortaſſe ſignificat, Romanos, dum ingenio ſuo confiſi ſtudium diſcendi & artem, & philoſophiam recte ſcribendi fontem, contemnunt, inſanire. Idem, quod Horatius, de Democrito ſcribit M. Tullius lib. 1, 37. de divinatione, his verbis, *negat enim ſine furore Democritus quemquam poëtam magnum eſſe poſſe.* & lib. 2, 46. de orat. ad Qu. Frat.

Saga

Credit, et excludit ſanos Helicone poëtas
Democritus, bona pars non ungues ponere curat,
Non barbam, ſecreta petit loca, balnea vitat.
Nanciſcetur enim pretium nomenque poëtæ,
Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam
Tonſori Licino commiſerit. O ego lævus,
Qui purgor bilem ſub verni temporis horam!
Non alius faceret meliora poëmata; verum

Nil

Sæpe audivi, poëtam bonum neminem (id quod a Democrito & Platone in ſcriptis relictum eſſe dicunt) ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. Lam.

Præceptum vigeſimum primum, De legendis Philoſophorum Scriptis. *Ingenium; Ait enim Democritus Poeticam Naturæ magis quam Arte conſtare, & eos ſolos Poetas eſſe veros qui inſaniant, in qua perſuaſione Plato eſt.* Vet. Schol. Bax. Compara Epiſt. I, 19, 10. it. II, 2, 104. Ges.

Miſerâ Dilogῶς poſuit, quod videlicet ſe torqueat, & quod dignam putet miſeratione. Bax.

297 *Bona pars non ungues ponere curat, Non barbam.* Hoc eſt, multi affectant poëtices famam, ſi neque unguium præſegmina, nec barbam tollant. Olim præter philoſophos nulli barbam alebant. Hoc illis datum ſeveritati: in aliis argumentum inſaniæ fuit. Nannius.

299 *Pretium*; honorem, opinionem. Bax.

300 *Si tribus Anticyris, &c.* ſi caput nulla quantumvis multa ellebori copia ſanabile, numquam tondendum curaverit, ut capillo ſupra modum producto, truculentiore ſit aſpectu, inſanique ſpeciem præ ſe ferat. in Anticyra inſula naſcitur elleborus. II S. 3, 83. *Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem.* Lam.

Si tribus Anticyris; cum non ſint niſi duæ. Bax.

301 *Tonſori Licino*; *Qui dicitur factus Senator a Cæſare quod odiſſet Pompeium*; *de quo hoc ſcriptum eſt Epitaphium*: *Marmoreo tumulo Licinus jacet, at Cato nullo*; *Pompeius parvo: quis putet eſſe deos?* Vet. Schol. Cruq. Nondum oblitus eſt veterum partium Horatius. Bax.

302 *Qui purgo bilem*; ſecutus ſum eam ſcripturam, quæ reperitur in quibuſdam codic. manuſcript. quamque Romulus Amaſæus confirmavit mihi aliquando ſe in uno & altero libro manuſcripto expreſſam reperiſſe, cum diceret, alteram *Qui purgor bilem.* ſibi videri corruptam. Et certe neque Græcum, neque Latinum eſt hoc loquendi genus. Nam ita quidem loquuntur Græci καθαίρομαι τὸ σῶμα. τὴν κεφαλὴν, τὴν ψυχὴν, id eſt, purgor corpus, caput, animum: ſed καθαίρομαι τὴν νόσον, ἢ τὴν χολὴν non dicunt, ſed potius καθέρομαι τῆς νόσου ἢ χολῆς, id eſt, purgor morbi, aut bilis: quomodo & Horat. ſup. locutus II S. 3, 27. *Et morbi miror purgatum te illius.* uſitatius tamen dicimus Latine *purgor, morbo vitio, atra bile*, & ſimil. Itaque putavi aliquando hoc loco legendum, *Qui purgor bili*, ſeu *bilis*, *&c.* eamque ſcripturam repoſuiſſem, niſi temeritatis, aut arrogantiæ crimen reformidaſſem, ſi ſine librorum.

Nil tanti eſt; ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi:
Munus et officium, nil ſcribens ipſe, docebo;
Unde parentur opes; quid alat formetque poëtam;
Quid deceat, quid non; quo virtus, quo ferat error.
Scribendi recte, ſapere eſt et principium et fons:
Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ;
Verbaque proviſam rem non invita ſequentur.
Qui didicit patriæ quid debeat, et quid amicis,

Quo

307 formetve *Ms. Mus. Br. F.* 311 ſequuntur *coll. Sax.* 312 quod-quod *coll. Sax.*

rum veterum auctoritate lectionem vulgatam immutaſſem, quam tamen meam conjecturam velim conſideret lector. LAM.

Purgor bilem; ſupple corruptam, hoc eſt, Melancholiam. Nil opus eſt reponere, vel *purgo*, vel *bile*. BAX.

Verni ſub. CUN.

Horam, tempeſtatem. BAX.

304 *Nil* Adverbii loco ponitur pro *non*. *Nil tanti eſt:* nam ſuſque deque fero; non curor: Comica Elocutio eſt. BAX. Nil tanti eſt, etiam laus poëtæ non tanti eſt, ut illam ſanitate mentis impenſa velim emere. V. ad. Epiſt. II, 2, 140. Ergo, quia poëta hac lege fieri nolo, fungar &c. Videtur hæc ſcripſiſſe, certe nihil impedit ſcripſiſſe, ante Odas. GES.

306 ***Nil ſcribens ipſe***; Ironica extenuatio. BAX.

307 *Opes*; *materiæ ad carmina ſcribenda*. Vet. Schol. Cruq. BAX.

308 *Affectate dixit virtus pro arte, quæ ἀρετὴ dicitur*. Vet. Schol. BAX.

Error; *vitium, artis ignoratio*. Vet. Schol. Cruq. Et mire *ferat* de incerto impetu, vel potius inſania. BAX.

309 *Sapere*; i. e. *Scire quid ſcribas*. Vet. Schol. BAX.

310 *Socraticæ chartæ*, per chartas Socraticas non ſignificat libros a Socrate ſcriptos, cum ille nihil ſcripſerit, ſed a Platone, Æſchine, Xenophonte, & ceteris ejus auditoribus, ac diſcipulis, & qui ab eis orti ſunt. LAM.

Socraticæ chartæ; tractum eſt ex Lucilio; cujus verba ſunt apud Nonium: *Nec ſic ubi Græci, ubi nunc Socratici charti, quicquid quæritis petimus*. BAX. Locus eſt 3, 40. Hinc *Socratici charti* etiam hic reponi volebat Da. Heinſius. Sed nemo, quod ſciam, paruit. GES.

311 *Verbaque proviſam rem*. quidam libri vulgati habent *præviſam* mendoſe. veteres quidem omnes *proviſam*. Sic locutus eſt I, Epiſt. 18, 109. *Sit bona librorum, & proviſæ frugis in annum Copia*. Quod autem ad hujus loci ſententiam attinet, ſimilia ſunt ea, quæ ſcribit Cicero lib. 3, 31. de orat. his verbis, *Rerum enim copia, verborum copiam gignit: &, ſi eſt honeſtas in rebus ipſis, exſiſtit ex rerum natura quidam ſplendor in verbis*. LAM.

Verbaque proviſam; *Et Pollio idem dixit*; *Male Hercule eveniat verbis, niſi verba rem ſequantur. Menander cum fabulam diſpoſuiſſet, etiamſi nondum verſibus adornâſſet, dicebat ſe tamen jam complêſſe*. Vet. Schol. BAX.

312 *Qui didicit patriæ*; *qui legis libros De Officiis*

Quo ſit amore parens, quo frater amandus et hoſpes,
Quod ſit conſcripti, quod judicis officium, quæ
Partes in bellum miſſi ducis, ille profecto
Reddere perſonæ ſcit convenientia cuique.
Reſpicere exemplar vitæ morumque jubebo
Doctum imitatorem, et veras hinc ducere voces.
Interdum

318 vivas *etiam G. & Mediol.* 1477. *& Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F.*

Officiis, i. e. Περὶ καθήκοντος. Vet. Schol. Bax.

314 *Conſcripti*; Sĕnatoris. Bax.

317 *Exemplar vitæ*; Philoſophiam intelligit Moralem: & ſic olim explicavit Jaſon de Nores, nec diſſentit Luiſinus. Bax.

318 *Imitatorem, Comicum*; *quia Comœdia eſt imago vitæ*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

Veras hinc ducere voces. Veras, naturales. Nam nemo recte ſcribit, niſi animos hominum exploraverit, niſi audiverit loquentes. Nemo novit quomodo exprimendus regius animus, niſi qui in aula verſatus ſit; vel ruſticus qua ratione fingendus, niſi qui ruri. Qui eorum inducere perſonas velit, ex ipſis diſcat oportet, qualia verba deceant in proſperis aut adverſis. Hac in re excellŭêre Terentius & Virg. De Homero ſcribit Plato, ut Luſcinia omnium voces imitatur, ita hunc omnes hominum mores expreſſiſſe. Nannius.

Et veras hinc ducere voces. Et veteres editiones, & omnes Statii, Cruquii, Pulmanni, Berſmanni, noſtrique codices

Reſpicere exemplar vitae morumque jubebo
Doctum imitatorem & vivas hinc ducere voces.

Acron MS. & editionis Venetae. Vivas, *veras*. Poſtea vero in contextum recepta eſt vox *Veras*; & inverſo ordine Acron Fabricianus, veras, *vivas*. *Veras* quidem *voces* ſaepius apud ſcriptores legas: Lucretius III, 57.

Quo magis in dubiis hominem ſpectare periclis
Convenit, adverſiſque in rebus noſcere quis ſit.
Nam verae voces *tum demum pectore ab imo*
Eliciuntur; & eripitur perſona, manet res.

Lucanus I, 360.

Si licet, & jus eſt veras *expromere* voces.

Ovid. Rem. Amor. 125.

Aggrediar melius, tunc cum ſua vulnera tangi
Jam ſinet, & veris vocibus *aptus erit.*

Ammianus Marcellinus XXV, 7. *Explorato-rum perfugarumque* veris vocibus *docebatur.*

Manilius lib. III, 36.

Huc ades, o quicunque meis adverteve coeptis
Aurem oculoſque potes, veras *& percipe* voces.

Virgil. Aen. I, 413.

Quid natum toties crudelis tu quoque falſis
Ludis imaginibus? cur dextrae jungere dextram
Non datur, ac veras *audire & reddere* voces?

In his locis palam eſt, *veras* accipi non falſas, non fictas, non compoſitas, non fucatas, non mendaces. Atqui hoc minime hic voluit Horatius. Qui enim vitae & morum exemplar reſpicit, ut cuique perſonae convenientia ſciat reddere; ſaepe ei uſu veniet, ut non *veras voces*, ſed falſas, fraudulentas promat, ubi aut ſycophantae Phormionis, aut veteratoris Syri vel Davi perſonam inducit. Quare melius eſt, ut Membranarum lectionem ſervemus, *vivas voces*; quales ſcilicet ipſe Syrus aut Phormio, vel cujuſcunque conditionis alius, vivus loqueretur. Noſter Serm. I, 4. v. 53.

———*Numquid Pomponius iſtis*
Audiret leviora, pater ſi viveret?

Ergo ardens ſtomachanſque in Comoedia pater ſimilibus verbis in ſcena iraſcetur; ae

Interdum ſpecioſa locis morataque recte
Fabula, nullius veneris, ſine pondere et arte,
Valdiús oblectat populum meliuſque moratur,
Quam verſus inopes rerum, nugæque canoræ.
Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui, præter laudem nullius avaris:
Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt

321. Epiſt. I. IX. 6.

319 jocis *Ach. Stat. & præfert. Marc.* jocis *etiam Mſs. Mus. Br. B. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

ac cum in vita verus non perſonatus pater, non poëtae ſed ſua & *viva voce* filium objurgat. Quintilianus II, 2. *Licet enim ſatis exemplorum ad imitandum ex lectione ſuppeditet, tamen* viva illa ut dicitur vox *alit plenius; praecipueque ejus praeceptoris quem diſcipuli & amant & verentur.* Seneca Controv. I. de Cicerone loquens: *Et quod vulgo de alio dici ſolet, ſed de illo proprie debet, potui* vivam vocem *audire.* BENTL.

Veras, vivas. Vet. Schol. Bentleius pro *veras* poſuit *vivas* nulla de cauſa: Scholiaſtæ hoc interpretamentum eſt, non vero variata Lectio. BAX.

319 *Specioſa locis*; ſic quatuor Bland. ſed. Buſl. *ſpecioſa jocis memorataque recte* reliqui ſpecioſa jocis. CRUQ.

Specioſa locis, Characteribus decora: locus enim ordo eſt quem quiſque in vita ſervat: in Scena dicuntur Partes. BAX. Etiam ſententias & locos communes licet intelligere, ut de amore, ſenectute, divitiis, quibus tanquam luminibus quibuſdam *ſpecioſa* eſt *fabula. Jocis* quomodo *ſpecioſa* eſſe eadem poſſit, non intelligebam. GES.

Morataque recte Fab. Quæ indolem perſonæ repræſentat. Mores ſive affectus duplices ſunt ἤθη καὶ παάθη. illi placidiores, ut iracundia, caritas erga patriam, imperioſum illud in pueros pædagogorum jus, reverentia filiorum erga parentes, &c. hi vehementiores, ut ira, ſpes, timor, gaudium. Quæ omnia ſi rite exprimantur, attentum populum reddet poëta, alioquin dilapſurum. NANNIUS.

Morata, ſervans Ethos. BAX.

320 *Veneris*, Leporis. BAX.

Sine pondere; nulla rerum vel verborum gravitate. BAX.

321 *Moratur*, detinet.

322 *Inopes rerum*; *nulla ſententia, ſola arte boni.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

Canoræ, ſonoræ. BAX.

323 *Ore rotundo*; pleno, ut nihil vel deſit, vel ſuperſit. BAX.

324 *Præter laudem*; *tanquam Protogenes illi qui lutum finxit decem annis; vel Appelles qui totidem pinxit annis.* Vet. Schol. BAX.

325 *Romani pueri*, Romanos cum Græcis conferens ait, hos nulli rei ſtudere, præterquam laudi: illos autem omne ſtudium ſuum ſtatim a puerili ætate in quæſtu, & re augenda collocare: quod cum ita ſit, non eſſe mirum, ſi poëtæ præſtantes non evadant. LAM.

Romani pueri; ſcholam ſcilicet petentes. BAX. Græci τὸ καλὸν petunt, Romani computant, quid referat. Eſt enim, ut ait Ariſtot. Rhet. 2, 12 ὁ μὲν λογισμὸς τῦ συμφέροντος, ἡ δὲ ἀρετὴ τῦ καλῦ. Qui amat puellam, non computat dotem. GES.

As, ſi ad pondera refertur: ut hoc in loco videtur, in duodecim uncias dividebatur: eratque idem, quod & libra. uncia vero geminatur

Diſcunt in partes centum diducere. ¶ Dicat
Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt
Uncia, quid ſuperat? ¶ Poteras dixiſſe, Triens. ¶ Eu!
Rem poteris ſervare tuam. Redit uncia, quid fit?
¶ Semis. ¶ An, hæc animos ærugo et cura peculî
Cum ſemel imbuerit, ſperamus carmina fingi
Poſſe linenda cedro, et levi ſervanda cupreſſo?
Aut prodeſſe volunt aut delectare poëtæ,

Aut

328 ſupereſt *S. & Mſ. Mus. Br. G.* ſuperet *Bentl. Cun.* Poterat *Z. & Bentl. Mſ. Mus. Br. A. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 329 poterit *Cun. & Mſ. Mus. Br. G.* 330 *pro* An, Ad *Talb. ex Mſs. & Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F. G.* Et *Cun.* 331 ſperemus *Cun. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

geminata ſextans appellabatur, quod eſſet ſexta pars libræ. tres unciæ quadrans, quod quarta pars. quatuor triens. quod tertia pars. quinque quincunx. ſex ſemis: hoc eſt media libra, ſeptem ſeptans. octo bes. novem dodrans. decem dextans. undecim deunx. duodecim as, ſive libra. Uncia vero octo dragmas continebat. Dragma tria grammata. Gramma duos obolos. obolus quatuor cheratia. Cheration duos chalchos. Unde hoc eſt, quod dicit aſſem in centum partes diducere: utputa diducere libram ad chalchos, quæ eſt minima pars ponderis: hoc eſt quot in chalchos libra dividatur.

Jas. de Nor.

326 *Dicat filius:* Ethopœia eſt. Peſſime Bentleius immutavit *Dicat* in *Dicas*; neque enim novit Enallagen Perſonæ in tali Dialogiſmo urbanam eſſe atque elegantem, & Comica prolatione pronuntiatam. Bax. *Dicat* plane ut Car. 1, 27, 10. Ges.

327 *Albini*; prædivitis cujuſdam fœneratoris. Bax.

328 *Superat*; ſupereſt. Bax.

Poteras; feſtiva Perſonarum Enallage. Perdurat in Enallage. Bax.

Eu! bene: verba ſunt magiſtelli. Bax.

330 *Semis*, inquit diſcipulus. Bax.

Pro *Ad hæc* legendum cum Bentleio *An hæc*, auctoritate trium optimorum Codicum. Bax. *Imbuere* ad *aliquid* recte dici, ſatis docet illud Cic. pro Mil. c. 4 *Lex*, ad quam — *imbuti ſumus*. Ges.

Ærugo & cura peculi. Ærugo vitium æris, ut *ferrugo* ferri. Sed promiſcuus uſus apud auctores. Nam & ſcabrities quædam pectoribus inhærere dicitur. Horatius I. S. 4, 101.

——*hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt*
Ærugo mentis.——

Peculium autem pro quavis pecunia hic accipitur: alioqui *peculium* ruſtici vocant, quod extra reliquam pecuniam ſepoſuerunt. Apud Juriſconſultos *peculium ſervorum* dicitur, quod dominus adimit, quando vult. Item *filiorum peculium*, & *caſtrenſe peculium*, quod in caſtris filius acquiſivit. Plura Juriſconſulti.

Nannius.

Ærugo; Lividum atque edax venenum: ita appellat cogitationem pecuniæ. Bax.

332 *Cedro*; *libri qui aut cedro illinuntur, aut arca cupreſſina incluſi ſunt, a tineis non vexantur.* Vet. Schol. Cedrum autem dicit cedrinum oleum. Bax. *Levis cupreſſus* arca e tabulis cupreſſi bene politis ea, quam non bene puto *dolabram*, melius forte *planam* vel *planulam* dici. Ges.

333 *Aut prodeſſe volunt*; Præceptum vigeſimum ſecundum, De Fine Poëticæ, docere ſcilicet & delectare. Bax.

discere

Aut ſimul et jucunda et idonea diſcere vitæ.
Quidquid præcipies, eſto brevis; ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles:
Omne ſupervacuum pleno de pectore manat.
Ficta voluptatis cauſa, ſint proxima veris.
Nec, quodcunque volet, poſcat ſibi fabula credi;
Neu pranſæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.
Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis;
Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes:

Omne

339 Ne *etiam G. Z. Flor. & Mſs. Mus. Br. A. C. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* Velit *Mſs. Mus. Br. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 340 excitat *Cun.*

334 *Idonea*; utilia, accommoda. Bax.

335 Exſequitur, quod modo propoſuerat. *Prodeſſe volunt poëtæ præcipiendo*, de hoc v. 335-337: *delectare*, de hoc a v. inde 338. Ges.

336 *Animi dociles*; Blandin. unus habet *animo dociles*. Cruq.

337 Cum pectus præcepto plenum eſt, cum ſemel intelleximus, quid præcipiatur, reliqua *manant* & velut defluunt, ut quicquid pleno vaſi velis adjicere, reſpuitur & defluit. Ges.

339 *Nec quodcunque volet, &c.* nec quodcunque volet, etiam incredibile, & a fide abhorrens, nihilque veri ſimile præ ſe ferens, poſcat, ſeu poſtulet ſibi credi, id eſt, audeat ſpectatorum oculis atque auribus ſubjicere. quidam libri veteres habent, *Nec quodcumque velit, &c.* Lam.

Nec quodcumque velit poſcat. Nec editiones jam ab annis amplius centum: at principes illæ cum pluribus codicibus, vetuſtioribus certe omnibus, Graeviano, Leidenſi, Reginenſi, (Voſſianus hic deficit)

Ficta voluptatis cauſſa ſint proxima veris:
Ne *quodcumque volet, poſcat ſibi fabula credi.*

Ita loqui amat Noſter: vide ſupra v. 185. Bentl.

Nec; Illud ego prætuli Bentleiano *Ne*, quod Ἐξήγησις fit prioris verſus. Bax.

340 *Lamiæ*; *hæ ad terrendos infantes ſolent nominari.* Vet. Schol. *Lamia monſtrum eſt ſuperius habens ſpeciem mulieris, inferne vero deſinit in pedes aſininos.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

341 *Centuriæ ſeniorum.* ætate grandes, & ſenes, poëmata inutilia, & ad ſolam voluptatem comparata, aſpernantur, ac reſpuunt. alludit autem ad centurias, in quas ſingulæ tribus erant diviſæ. Lam.

Centuriæ ſeniorum; bene tanquam Centuriata Comitia agerentur. Bax.

Agitant, abigunt, exſibilant. Bax.

Expertia frugis; nugatoria, quæ ſcilicet juniores delectant. Bax.

342 *Celſi Rhamnes*; id eſt, equites contra, vel juvenes feroces, atque elati non admodum attente, nec libenter poëmata audiunt, quæ nulla voluptate ſunt temperata: *celſi*, id eſt, juvenes excelſo animo, quod non diſplicet. T. Livius lib. 7, 16. *ſignum poſcunt ingenti clamore, celſique, & ſpe haud dubia feroces in prælium vadunt.* malo tamen per celſos, equites intelligi, qui merent adhuc equo publico. Nam & Feſtus celſum ex Græco ἀναλῆς, equitem dictum eſſe putat. Rhamnes alii

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.
Hic meret æra liber Soſiis; hic et mare tranſit,
Et longum noto ſcriptori prorogat ævum.
Sunt delicta tamen quibus ignoviſſe velimus:
Nam neque chorda ſonum reddit quem vult manus et mens,
Poſcentique gravem perſæpe remittit acutum;
Nec ſemper feriet quodcunque minabitur arcus.

Verum

350 quæcunque *Mſſ. Ach. Stat.*

alii a Romulo appellatos: alii Rhamnes, & Luceres vocabula eſſe Tuſca volunt, ut refert Varro lib. 4. de lingua Latina. Hæc Turnebus ita probavit, ut in Adverſaria ſua retulerit. LAM.

Celſi prætereunt auſtera poemata Rhamnes. Plutarchus in vita Romuli totam civitatem in tres tribus a Romulo diviſam ait: in Rhamnenſes a Romulo dictos: in Tatienſes a T. Tatio: in Luceres a luco Aſyli; ac ſingulas tribus decem curias continuiſſe. Quare Horatius per metonomiam poſuit partem pro toto: hoc eſt Rhamnes pro omnibus Romanis. diſtinxit autem a ſenioribus per illud verbum, celſi, ut juniores Romanos ſignificaret ad differentiam ſeniorum, qui curvi ſunt; cum juniores celſi ſemper, & erecti procedant. Unde Tibullus curvam ſenectam appellavit III, 5, 16.

" *Nec venit tardo curva ſenecta pede.*

JAS. DE NOR.

Celſi; elati, faſtidioſi, ſublimes. *Prætereunt*, negligunt; *auſtera*, gravia, qualia delectant ſenes. BAX.

Rhamnes; feſtive Virgiliano nomine abutitur. *Simul enſe ſuperbum Rhamnetem aggreditur.* Virgil. Æneid. 9, 325. BAX. Sed equites in univerſum, *juvenes, ſublimeſque* ideo, intelligit quorum centuriam a Romulo *Ramnenſes dictos*, ait Liv. 1, 13. GES.

343 *Omne tulit punctum*; h. e. Et ſeniorum & juniorum ſuffragia. *Omnium meruit favorem, juxta Legem Tabellariam, quæ caverat non voce, ſed puncto debere ferri ſuffragia.* Vet. Schol. BAX. Vid. II. Epiſt. 2, 99. GES.

345 *Soſiis*, bibliopolas ſuos nominat. Vide Epl. 1, 20, 2. BAX.

Hic & mare tranſit; nam & Græci hunc lecturi ſunt, qui raro Latinos libros quærunt. BAX. Africani certe coloni. Vid. I. Epiſt. 20, 13. GES.

347 *Sunt delicta tamen:* Præceptum vigeſimum tertium: Ob modica delicta non eſſe erubeſcendum. BAX.

Velimus; velle debemus. BAX.

348 *Mens*; propoſitum. BAX.

349 *Perſæpe remutit acutum*; ſic ſcriptum eſt in uno Bland. Tonſa. Silvioque codicibus; quam ut genuinam dictionem repoſui, pro eo quod Græce dicitur ἀναπεῖξαι, pipire, voce a pullis ficta, ſtridere. CRUQ.

Non ſimpliciter, quaſi contra naturam ſuam gravior chorda acutum ſonum poſſit reddere, ſed hoc ait, ſæpe chordam aut nimis aut parum tenſam facere, ut alius ſonus reddatur, quam poſtulabat ratio carminis. BAX.

350 *Quodcunque minabitur*; Tonſ. lib. habet *quocunque*. CRUQ.

Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura. Quid ergo eſt?
Ut ſcriptor ſi peccat idem librarius uſque,
Quamvis eſt monitus, venia caret; et citharœdus
Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multum ceſſat, fit Chœrilus ille,
Quem bis terque bonum, cum riſu miror; et idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.
Verum operi longo fas eſt obrepere ſomnum.
Ut pictura, poëſis erit, quæ, ſi proprius ſtes,

Te

355 ſit *Mſ. Ach. Stat. pro* &, ut, *Bentl. ex Mſs. Cun.* 358 terve *Bentl.* 360 operi in tanto *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

353 *Humana natura*; h. e. ingenium humanum, quod labi pronum eſt: nam Humanum eſt errare: neque omnia poſſumus vel cavendo prævidere. Bax.

Quid ergo eſt? Appoſui *eſt* ex mss. Lambini & Cruquii & veteribus Scholiaſtis. Et ſupple, *quod velis*. Bax.

354 *Scriptor librarius*; *Bibliopola*. Vet. Sch. Bax.

355 *Quamvis eſt*, *pro eo quod eſt*, *Quamvis ſit*, *propter* Καχέμφατον; *ut Maro*, Ecl. 3, 84. *Quamvis eſt ruſtica Muſam*. Vet. Schol. Ac ſi ſonaret *Quam piſit*, ἣν μύλλει. Bax.

Et citharœdus; quidam libri vet. habent, *ut citharœdus*, &c. Lam.

Et citharoedus Ridetur. Non et, ſed ut habent Lambini quidam codices, & ex noſtris Colbertinus, Battelianus, & pro varia lectione Vigornienſis. Miror neminem ex editoribus hanc lectionem praeripuiſſe. Ut *ſcriptor librarius*, Ut *citharoedus*. Quis non ſentiat ſuaviorem & vividiorem fieri orationem, ſi ut repetatur? Bentl.

356 Vix opus eſt hodie denuo monere de errore eorum, qui hunc verſum Parœmiam fecere in eos, qui variare nihil poſſint, ſed idem ſemper repetant, cum de repetito eodem errore ſermo ſit. Simile ſtudium parœmiæ fecit, ut dicerent, *quandoque* h. e. interdum *bonus dormitat Homerus*. Ges.

357 *Ceſſat*; ignavus eſt. Bax. Vid. II. Epiſt. 2, 14. Ges.

De *Chœrilo* dictum eſt in Epiſtola ad Auguſtum (2, 1, 233). *Hujus omnino ſeptem verſus laudabantur*. Vet. Schol. Bax.

359 *Quandoque*; quandocunque. Bax. Soloeciſmi poſtulat hoc *quandoque* Harduinus; recte, ſi pro *interdum* poneretur; ſed pro *quandocunque* optimi quique. Ges.

360 *Operi longo*; ſic ſcripta omnia, non damno tamen vulgarem lectionem. Cruq.

Operi longo ita emendavit Bentleius [pro *opere in longo*] ſub pluribus, atque optimis auctoribus in quibus vel ipſe Sanctus Hieronymus Epiſtola ad Pammachium. Bax.

Fas eſt; h. e. non eſt adeo grave crimen. Bax.

361 *Ut pictura poëſis*, M. Tul. Tuſc. qu. 5, 39. Homeri

Te capiat magis, et quædam, ſi longius abſtes;
Hæc amat obſcurum, volet hæc ſub luce videri,
Judicis argutum quæ non formidat acumen:
Hæc placuit ſemel, hæc decies repetita placebit.
O major juvenum, quamvis et voce paterna
Fingeris ad rectum, et per te ſapis, hoc tibi dictum
Tolle memor; certis medium et tolerabile rebus
Recte concedi: conſultus juris et actor
Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti
Meſſalæ, nec ſcit quantum Caſcellius Aulus;
Sed tamen in pretio eſt: mediocribus eſſe poëtis

Non

371 neſcit *Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F. G.* Caſſel. *al.*

Homeri poëſim picturam contendit eſſe potius exiſtimandam: cum ait libro quinto Tuſculanarum quæſtionum. *Traditum eſt etiam Homerum cæcum fuiſſe. at ejus picturam non poëſim videmus. quæ regio? quæ ora? qui locus Græciæ? quæ ſpecies formæ? quæ pugna? quæ acies? quod remigium? qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus eſt, ut quæ ipſe non viderit nobis ut videamus effecerit.* Jas. de Nor.

Ut pictura; Præceptum vigeſimum quartum: Nil valere Poëma quod non eſt optimum. Bax. Ut pictura, ſic poëſis, quædam magis placet ſpectata e proximo, alia e longinquo. *Abſtes* verbum ficticium ait Harduinus: Bentleius illud reponi etiam vult I. Epl. 18, 58. Ges.

362 *Te capiat*; ſic Bland Codices. Cruq.

363 *Obſcurum*; ſupple, *locum*. Bax.

364 *Argutum, ſubtile*. Vet. Schol. Cruq. Bax.

366 *O major juvenum: L. Piſo*. Vet. Schol. An hunc credidit latere ſua vitia? Bax.

367 *Ad rectum*; h. e. ad verum, quod ad normam rationis exigitur. Bax.

368 *Tolle*, tibi habe, & repone. Bax.

369 *Recte*, cum ratione. Bax.

Conſultus juris & actor; Patronus cauſas agebat; at Juriſconſultus domi tantum de jure reſpondebat. Franciſcus Luiſinus. Bax.

370 *Virtute*; laude, præſtantia. Bax.

Diſerti Meſſallæ, Diſertus qui acriter diſputat, ut Dialectica ars diſſerendi. *Eloquens* qui omni eloquentiæ genere pollet: unde apud Cicer. de Orat. I, 21. Craſſus ait *multos ſe vidiſſe diſertos, eloquentem neminem.* Nannius.

371 *Nec ſcit*, ſic Bland. Antiq. cum alio, ſed reliqui cum duobus aliis Bland. habent *neſcit*. deligat lector. Cruq. 371. D'Arnaud. Vit. Scaud. 14.

Scævola clariſſimus Legumlator quotiescunque de jure Prædiatorio conſulebatur, ad Furium & ad Caſſellium conſultores rejiciebat. Val. Maximus (8, 12, 1) referente Jaſone de Nores. Bax.

372 *Mediocribus eſſe Poëtis non homines, &c.* cenſura hæc quamvis dura ex optimorum criticorum ſententia eſt, exemplum habemus inſigne in Apollonio Rhodio ex Quintil. lib. x. C. 1, p. 893.

Apollonius in ordinem a Grammaticis datum

non.

Non homines, non Dî, non conceſſere columnæ.
Ut gratas inter menſas ſymphonia diſcors
Et craſſum unguentum, et Sardo cum melle papaver
Offendunt; poterat duci quia cœna ſine istis:
Sic animis natum inventumque poëma juvandis,
Si paulum a ſummo deceſſit, vergit ad imum.
Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis,
Indoctuſque pilæ diſcive trochive quieſcit,
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ:
Qui neſcit, verſus tamen audet fingere. ¶ Quid ni?

Liber

373 Non Dî, non homines *Lamb. & Mſ. Muſ. Br. G.* 375 Ut cr. *Sax. & Mſ. Mus. Br. G.* 382 audet ſcribere *Mſ. Mus. Br. G.*

non venit, quia Ariſtarchus atque Ariſtophanes, poëtarum judices, neminem ſui temporis in numerum redigerunt: non tamen contemnendum edidit opus æquali quadam mediocritate. HURD.

373 Ridicule & παρὰ προσδοκίαν intulit *Columnæ*. In Columnis autem *Poëtæ ponebant πιττάκια, indicantes quo die recitaturi eſſent.* Vet. Schol. Cruq. BAX. *Columnæ* ſunt, ad quas libri venales pendent, certe illorum tituli. Vid. I. Serm. 4, 71. Neque tamen abſurdum eſt hic intelligere Porticus, vel atria columnata, in quibus recitabant. Potuit forte utrumque genus obverſatum eſſe, cum iſta ſcriberet, Flacco. GES.

375 *Craſſum;* non defæcatum. CRUQ. *Craſſum*, pingue, non tenui odore. BAX. *Sardo cum melle*, erat Sardoum peſſimum propter herbas amariores, de quibus Virgil. Ecl. 7, 41.

" *Imo ego Sardois videar tibi amarior herbis.*

JAS. DE NOR.

Corſicum & Sardum mel peſſimi ſaporis eſt. Vet. Schol. Propter taxos ibi abundantes. BAX. *Semen candidi papaveris toſtum cum melle in ſecunda menſa apponebatur.* Jaſon de Nores ex Plinio. BAX. Locus eſt 19, 8. ſ. 53. Conf. II. Epiſt. 1, 114. it. Perſ. 5, 102. *Navem ſi poſcat ſibi peronatus arator* &c. GES.

376 *Duci*; produci. BAX.

377 Cf. Cic. de Orat. 1 c. 61. GES.

378 *Si paullum a ſummo diſceſſit.* duo cod. Vat. Torn. habent *deceſſit.* nonnulli alii *diſcedit.* aliquot non habent præpoſitionem *a.* LAM. Pro *diſceſſit* repoſui *deceſſit* ex quatuor optimis libris, & Vet. Schol. BAX. *Vergit ad imum.* Senſus: Poëma niſi ſit ſummum, fit imum: niſi ſit eximie excellens, ſordet & repit. Nulla enim mediocritas placet. NANNIUS.

379 *Ludere*; certare in Campo Martio. BAX.

380 *Trochi*; i. e. *rotæ quam currendo puri ſcutica vel virga regunt.* Vet. Schol. Vide III. Od. 24, 57. ut etiam de Diſco I. Od. 8, 11. BAX.

381 *Ne ſpiſſæ r. t. i. c.* ne ſpectatores frequentes, qui circum ſtant, irrideant ludendi imperitum, idque impune. LAM.

382 *Qui neſcit verſus.* Licet artis poëtices ſit imperitus, audet nihilominus componere carmina, & verſificari. Atque hoc eſt, quod II. Epl. 1, 117.

Scribimus indocti doctique poëmata paſſim.

NANNIUS.

383 *Ingenuus*

Liber et ingenuus, præſertim cenſus equeſtrem
Summam nummorum, vitioque remotus ab omni.
¶ Tu nihil invita dices facieſve Minerva;
Id tibi judicium eſt, ea mens: ſi quid tamen olim
Scripſeris, in Metii deſcendat judicis aures,
Et patris, et noſtras, nonumque prematur in annum,
Membranis intus poſitis. Delere licebit
Quod non edideris; neſcit vox miſſa reverti.
Silveſtres homines ſacer interpreſque deorum
Cædibus et victu fœdo deterruit Orpheus;
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidoſque leones:

Dictus

385 faciesque *Mſs. Mus. Br. A. B. C.* 387 Matii *Mſ. Ach. Stat.* Mæcl. *Bentl. Cun.* 393 in hoc *Mſ. Ach. Stat.* rapidos *Z. Med.* 1477 *Flor. Mſs. Mus. Br. A. B. C. D. F. G. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

383 *Ingenuus*; plus eſt ingenuum eſſe quam liberum: poteſt enim vel peregrinus eſſe liber. Bax.

Cenſus, ἀπογεγραμμένος. Vet. Schol. Bax.

384 *Vitioque remotus ab omni*; Nunquam a cenſore notatus. Bax.

385 Præceptum vigeſimum quintum, De adhibendo idoneo judice. *Invita Minerva*; *ingenio repugnante*. Vet. Schol. Cruq. Proverbialis Elocutio eſt. Nil valent artifices, niſi Minerva adjuvante, artium dea. Bax.

386 *Judicium*, voluntas; *mens*, conſilium Bax. Excuſat adhortationem: ita judicas ipſe, ita decreviſti facere. Ges.

387 *Spurius Metius Tarpa iis temporibus ſummus criticus fuit, doctus & ſeverus auditor Carminum æſtimatorque*. Vet. Schol. Cruq. Bentleius ex quibuſdam Libris repoſuit *Mæci*. Verum cum ab antiquo Interprete *Spurius Metius Tarpa* dicatur, nihil morabor Scriptores iſtos librarios & rudes & mercenarios. Bax. Vid. ad Serm. I, 10, 38. Ges.

388 *Nonumque prematur*; h. e. ſupprimatur. *Cinna Librum ſcripſit qui inſcribitur Smyrna, quem non edidit niſi nono anno*. Vet. Schol. Bax.

390. ——*Neſcit vox miſſa reverti.* Sic Noſter I Epiſt. 18, 71.

——*Volat irrevocabile verbum.* Homerus ῥήματα πτερόεντα dixit. Nannius.

Ut verba ore prolata, tanquam alata (πτερόεντα, Homerico Epitheto) fruſtra revocantur. Cæterum ſecutus ſum diſtinctionem Bentleianam. Alii interpungunt poſt *annum*, incidunt poſt *poſitis*. Ges.

391 *Silveſtres homines*. nondum humanitate politos, neque excultos: feros. Lam.

Sacer interpreſque; Sacerdos erat Orpheus & Θεόλογος. Barbari melius demulcentur Muſica, quam Philoſophia. Bax.

392 *Victu fœdo*, v. c. uſu glandium & pomorum ſilveſtrium. Cf. ſupra Serm. I, 3, 100, & Lucret. V, 937. Zeun.

393 *Rapidoſque*; *rapidos* quidem habent libri vulgati, ſed rabidos duo cod. Vatican. & Jann. & Torn. Cleric. Ruſſard. Nicot. ceteri. Lam.

Rabidoſque leones; ſic habent omnes lib. ſcripti, non *rapidos*, ut vulgati. Cruq.

394 *Conditor*

386 Genetivus eſt Metî. In Virgil. Æn. III. 702. fluvii mali legitur.

Dictus et Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa movere ſono teſtudinis, et prece blanda
Ducere quo vellet. fuit hæc ſapientia quondam,
Publica privatis ſecernere, ſacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno:
Sic honor et nomen divinis vatibus atque
Carminibus venit. Poſt hos inſignis Homerus,
Tyrtæuſque mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit; dictæ per carmina ſortes;
Et vitæ monſtrata via eſt; et gratia regum
Pieriis tentata modis; luduſque repertus,

Et

394 Urbis *S. & Mſs. Mus. Br. A. D. F.* 400 honos *Mſs. Mus. Br. A. B.* 402 Dircæus *primæ edit. & Mſs. Mus. Br. B. D.*

394 *Conditor urbis.* ſic habent omnia ſcripta, a quibus diſſentire nolui; tametſi non improbem lectionem vulgatam. CRUQ.

Quidam Codices pro *arcis* legerunt *Urbis*; ſed interpretamentum eſt. BAX.

395 *Prece blanda*; *oratione & alloquio ſuavi.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

396 *Sapientia*; Philoſophia Heroici ſæculi omnino erat Politica. BAX.

398 *Maritis.* tum viris, tum fœminis. nam fœminam maritam, ut virum maritum, dicimus. ſupra epod. 8, 13. *Nec ſit marita, quæ rotundioribus Onuſta baccis ambulet.* LAM.

399 *Ligno*; quernis tabulis, cum adhuc æris uſus eſſet incognitus, unde σανίδες appellabantur. JAS DE NOR.

Ligno; *unde adhuc Athenis Legum Tabulæ Axones vocantur.* Vet. Schol. BAX. Diſſenſio ſcriptorum de materia & forma tabularum Solonis facit, ut divinationi locus ſit. Ex Plutarchi narratione Solo. p. 92. B. mihi ſit veroſimile, fuiſſe corpora plurium laterum, vel cylindrica adeo, ope axium (ἀξόνων) verſatilia, ut undique legi poſſent: hinc apellatio. GES.

402 *Tyrtæus*; Poeta Athenienſis, Lacedæmoniorumque dux ex Apollinis Oraculo in bello quod contra Meſſenios gerebant. Hic primus moderationes tubæ reperiſſe fertur: non longe aberat ab ætate Homeri. BAX. Nobile hoc illius Diſtichon, Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα Ἄνδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον, pulchrum, cadere in prima acie pugnantem pro patria virum bonum. GES.

403 *Sortes*; Apollinis Delphici: hinc Carmen Heroicum & Delphicum & Pythium appellatum eſt: imo & huic oraculo originem ſuam debuit, auctore Plinio 7, 56. BAX.

404 *Vitæ monſtrata via eſt*; uti aureo Carmine Pythagoræ, & ſimilibus. BAX.

405 *Tentata*; canendo eorum Encomia, ut Theocritus Ptolemæi. BAX.

Ludus, Scenica Dramata. BAX.

Luduſq. repertus. Seriis relictis ad ludos ventum: repertæ fabulæ ſpectaculis exhibendæ

Et longorum operum finis: ne forte pudori
Sit tibi Muſa lyræ ſollers, et cantor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæſitum eſt: ego nec ſtudium ſine divite vena;
Nec rude quid poſſit video ingenium: alterius ſic
Altera poſcit opem res, et conjurat amice.
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa

410 quid profit *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

bendæ. Diximus ante de Comœdiis novis, mediis & ultimis, de togatis, prætextis ac planipedibus: quæ omnia ſervierunt luſibus, unde & in feſtis ad recreandum populum exhibebantur. NANNIUS.

406 *Longa opera*, ruſtica intelligo, quæ *longa* videntur *debentibus* (vid. I. Epiſt. 1, 21) poſt quæ Septembri menſe celebrati Ludi Romani, & in his ſcenici. GES.

407 *Muſa lyræ ſollers*. ſollers conjunctum cum patrio caſu, notandum, ut novum, & Horatianum. idem junxit cum infinitivo IV. Od. 8, 8. *Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum*. ſic ſup. I. Od. 6, 10. *Imbelliſque Lyræ Muſa potens*. dictum autem *muſa Lyræ ſollers*. pro muſa Lyrica, vel Lyricorum modorum petita. LAM.

Elevando modo *Cantorem* poſuit. BAX. Sed hic Cantor Apollo ad magnam dignitatem pervenit, nummiſque celebratus eſt, ſub Nerone. GES.

408 *Natura fieret laudabile carmen*. Naturæ plus tribuit M. Tullius in orat. 7. pro Archia poëta: dum ait: *Etiam illud adjungo ſæpius ad laudem, atque virtutem naturam ſine doctrina, quam ſine natura valuiſſe doctrinam*. non quod omnino ita ſentiret. nam alibi, ad Heren. 3, 21. inquit artem certiorem eſſe ducem, quam naturam: etſi magnis ingeniis præditi quidam dicendi copiam ſine ratione conſequuntur. Sed partim quia ad eos habebat orationem, quos, (cum plures ſemper ſint ex imperitis eſſe ſoleant) ita putare exiſtimabat, partim, ut magis Archiam iis commendaret, in quo plus inerat naturæ, quam artis: ut breviter ex his quidem verbis illius orationis colligere poſſumus. Quoties ego hunc vidi: cum literam ſcripſiſſet nullam, magnum numerum optimorum verſuum de his ipſis rebus, quæ tum agerentur dicere ex tempore? quoties revocatum eandem rem dicere commutatis verbis, atque ſententiis? quæ omnia naturæ potius, quam artis eſſe exiſtimandum eſt.

JAS. DE NOR.

409 *Quæſitum eſt*; a philoſophis, ut ſupra meminimus ad v. 295. BAX.

Ego nec ſtudium. Notat Donatus in Terentium, quando ab *Ego* vel *Tu* incipiunt auctores, tunc gravem aliquam ſententiam eos plerumque adducere. Ego, inquit Horat. non intelligo, quid faciat ars et inſtitutio ſine fœcundo ingenio, nec quid fœcundum ingenium non excultum, cui non adſit pectus acre & ardens. Unde Bacchus apud Ariſtophanem in Ranis non niſi γόνιμον, hoc eſt, fœcundum poëtam requirit, qui e ſuo proprio educere queat theſauro, non alterius egeat auxilio. NANNIUS.

Sine divite vena; ſine nobili indole. BAX. Metaphora a metallis auri & argenti. GES.

410 Legendum *poſſit* [pro *profit*] auctoritate optimorum Librorum; atque hoc oſtendit Bentleius. BAX.

411 *Conjurat amice*; *amicabiliter conſentit*. Vet. Schol. BAX.

Multa tulit fecitque puer; ſudavit et alſit;
Abſtinuit Venere et vino: qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius extimuitque magiſtrum.
Nec ſatis eſt dixiſſe, "Ego mira poëmata pango:
"Occupet extremum ſcabies; mihi turpe relinqui eſt,
"Et, quod non didici, ſane neſcire fateri."
Ut præco ad merces turbam qui cogit emendas,
Aſſentatores jubet ad lucrum ire poëta
Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.
Si vero eſt, unctum qui recte ponere poſſit,
Et ſpondere levi pro paupere, et eripere atris
Litibus

414 Ven. & Baccho *Mſ. Ach. Stat. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 416 Non *S.* Nunc *Mſs. Muſ. Br. A. D. & Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

413 *Multa tulit*; *Athletæ qui ad Curule Certamen inſtruebantur, non edebant carnes elixas, ſed aſſas igni tantum. Ante Pythagoram ficis utebantur Athletæ, ſed ille panes* Ἀζύμους *& aſſas carnes eos comedere docuit, quæ* Κωλίφια *vocabantur: abſtinebant a Venere, & ne forte per ſomnium noctu ludificarentur, laminas plumbeas renibus appendebant.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

Alſit; *Gymnici more.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

414 *Abſtinuit Venere et vino.* quidam teſtantur ſcriptum eſſe in nonnullis libr. vet. *Ven. & Baccho* quod placet. Lam.

Qui Pythia cantat; *His quoque ludis erant & Pythaulæ qui Pythia cantaverunt.* Hyginus, citante Turnebo. Quod munus videtur fuiſſe ſumme difficile. Αὐλεῖν δὲ Πυθικοῖς αὐλοῖς πένθος σημαίνει. Artemidorus. Bax.

416 Recte Bentleius *Nec* pro *Nunc*; neque ſcitur, quem pulſat. Bax.

Ego mira Poëmata pango; verba cujuſdam inſulſi Poëtaſtri. Bax.

417 *Occupet extremum ſcabies*; Proverbium de puerili luſu tractum. Atque hæc de ſuo adjecit Horatius. Bax.

Mihi turpe relinqui eſt; h. e. Priorem pati nequeo; nam illud me indignum puto. Bax.

418 *Sane*, ingenue. Bax.

420 *Ire*, venire. Bax.

421 *Dives agris, dives p.* hic verſus repetitur I. S. 2, 13. Lam.

422 *Unctum Satyrice poſuit pro pulmentarium bene coctum.* Vet. Schol. Bax. Mihi potius videbatur *unctus* intelligi, qui e balneo lotus & unctus ad cœnam it. Conf. I. Epl. 17, 12. *Ponere* ſic fuerit collocare, accumbere jubere convivam. ut Ov. Art. 1, 231 & ibi Burm. Ges.

Recte qui; cod. Buſl. Cruq. et Cun.

Recte; omnibus ſuis numeris. Bax.

423 *Spondere*; *intervenire & fidem dicere, vadem fieri.* Vet. Schol. Bax.

Levi; Levis fidei; cujus fides nihil habet ponderis apud creditores. Bax.

Atris, triſtibus, diris. Viſum eſt Bentleio

Litibus implicitum, mirabor ſi ſciet inter-
Noſcere mendacem verumque beatus amicum.
Tu ſeu donâris, ſeu quid donare voles cui,
Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ; clamabit enim, *Pulchre! bene! recte!*
Palleſcet ſuper his; etiam ſtillabit amicis
Ex oculis rorem; ſaliet, tundet pede terram.
Ut qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo; ſic
Deriſor vero plus laudatore movetur.
Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent,

An

426 velis *Mſ. Ach. Stat.* & *Mſs. Muſ. Br. B. D.* & *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.* 431 plorare *Sax.* 434 cucullis Z. 435 laborant *Bentl. e. Mſs.* & *Mſs. Muſ. Br. A. B. D.* & *Ed. Pr. in Bib. Reg. Br.*

leio reponere *artis*; (h. e. *arctis*) pro *atris*; quod minus Poëticum videtur. Bax.

424 *Implicitum, irretitum.* Vet. Schol. Bax.

425 *Beatus*, qui ſibi videtur ob fortunas, & Poëticum ingenium. Bax.

426 *Seu quid don. vol. cui.* id eſt, ſeu quid eris alicui donaturus, &c. quidam li. vet. habent *velis cui.* Lam.

427 *Factos*, quidam libri habent *fictos.* Lam.

Factos tibi. Cun.

429 *Amicis*, Ironice protulit. Bax. Aut vere amicis, aut certe ſimulantibus amorem. Ges.

430 *Ex oculis rorem.* Sic Terentius in Adelphis III, 3, 56.

Ob lacrymo præ gaudio.

& in Heautont II, 3, 63 ſqq.

Ubi dicimus rediiſſe te, & rogaret uti
Veniret ad te, mulier telam deſerit
Continuo, & lacrymis opplet os totum ſibi, ut
Facile ſcires deſiderio id fieri tuo.

Sic Penelopes agnito Ulyſſe præ gaudio lacrymas exprimit Odyſſ. ↓. Jas. de Nor.

431 *Ut qui conducti*: Lucilium imitatus eſt, cujus hæc ſunt verba apud Nonium: *Mercede quæ Conductæ flent alieno in funere Præficæ Multo & capillos ſcindunt & clamant magis.* Bax.

Lego "*Ut* quæ conductæ *plorant*, &c. Hoc enim *præficarum* erat; et locus ſumptus eſt ex Lucilii lib. xxii. citante Nonio Marcello V. *Præficæ:*

mercede quæ
Conductæ *flent alieno in funere præficæ Multo et capillos ſcindunt et clamant magis:* ſic enim facetus iſte locus diſtinguendus eſt. vide et Feſt. Pompeium V. *præficæ.* Bowyer.

433 *Deriſor:* ſcurra, fictus amicus. Bax. ἐἰρων. Cf. I. Epl. 18, 11. Ges.

434 *Culullis*; Vide I. Od. 31, 11. Bax. De re ipſa I. Od. 18 extr. Ges.

Perſpexiſſe. Ad plenum cognoſcere. Nannius.

435 *Laborent*, ſtudeant. quidam lib. habent *laborant.* Lam.

431. D'Arnaud. Var. Conj. 42.

An ſit amicitia dignus: ſi carmina condes,
Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes.
Quintilio ſi quid recitares, Corrige ſodes
Hoc, aiebat, et hoc: melius te poſſe negares,
Bis terque expertum fruſtra, delere jubebat,
Et male tornatos incudi reddere verſus.

Si

437 fallent *Mſs. Ach. Stat. S.* 441 formatos *viri docti apud Cun. & ipſe cum Sanad. Ac videntur favere Scholiaſtæ & alii ſemiveteres.*

437 *Animi ſub vulpe latentes.* animi fallaces, doloſi, duplices, tecti, infidioſi. LAM. *Animi ſub vulpe*, h. e. intra vulpem. *Vulpes in Æſopi Fabula oſtendebat ſe corvo ſimplicem.* Vet. Schol. Cruq. BAX.

438 *Hic erat Quintilius Varus Poeta Cremonenſis Amicus Virgilii.* Vet. Schol. In quem Od. 24. Lib. I. conſcripta eſt. BAX.

441 Quis ferat Bentleii *ter natos* poſitum pro *tornatos* nullo cum lepore, vel colorata Figura? Satis nequeo etiam admirari virum doctiſſimum non vidiſſe *tornum* plane fuiſſe Propertio [2, 34, 43] pro monetaria forma, Figurato tamen ſenſu. *Incudi*; Monetæ: nam a re monetaria ducta Metaphora eſt, ſecus ac putant Eruditi. Forma etiam qua cuduntur nummi *tornus* dicitur Propertio in iſto verſu. *Anguſto torno verſus includere. Tornatos*, Effigiatos. *Nec qui Communi feriat carmen triviale moneta.* Juvenal. 7, 55. BAX. *Tornum* in re monetaria adhibitum, non puto probari poſſe. *Malleum* nobis ingerunt nummi ipſi, & *feriendi* atque *percutiendi* verba. Ceterum *Tornare* ad poetæ opus accomodari pulchre, non negat ipſe Bentleius. Metallicum opus tornari, res vulgata hodie, & quidni apud antiquos, qui totas columnas lapideas tornaverint, teſte Plin. 36, 13. Et quidni *torno* imperite adhibito, non minus quam *lima* & *cælo*, corrumpi poſſit opus, fornaci atque *incudi* propterea reddendum? *Male natos* probat ipſe Horatius II. Epl. 1, 233. Sed an *ter naſcuntur* animalia? an *male nata incudi redduntur?* an certe poteſt hoc probare, qui *tornatos* non vult redire ſub *incudem*, ne miſceantur metaphoræ? Denique nonne *male tornata* dici poſſunt, quæ dum tornare vult artifex, nimis extenuat, vel alias corrumpit? Quare primo nihil mutem contra omnes libros: ſiquis autem me cogat, malim *formatos*, quam *ter natos*. *Tornatos* verſus Galliciſmum prodere, ait Harduinus, ſui hic etiam ſimilis. GES.

Et male tornatos incudi reddere verſus. Hoc in loco ſive explicando ſive emendando mihi parum ſatisfecere viri docti. Fateor omnino, *tornum* minus recte conjungi cum *incude*; probandam autem eſſe aut Bentleii correctionem *ter natos*, aut Cuningamii et Sanadonii: *formatos*, nego. Quid ſi enim Horatius hic idem fecit, quod alii poëtæ fecerunt, apud quos geminas tranſlationes non raro confundi obſervavit Juſtus Zinzerlingius, in *Critic. Juven. Promulſ. c.* 45. ut apud Lucret. 3, 1055. *decurſum lumen vitæ*, et Valer. Flac. 1, 69. *ignaras terras vomere imbuere.* confer notata a Menagio, ad *carmina Malherbii* p. 454. & Buchnerum, de *commutata ratione dicendi* p. 49. Et quid? nonne Horat. I Epl. 1, 40. alio loco eodem dicendi genere uſus eſt, ubi dicit:

Nemo adeo ferus eſt, ut non miteſcere poſſit,
Si modo culturæ patientem accommodet aurem.

Non enim, *ferus*, *miteſcere*, & *culturæ & aurem accommodare*, minus a ſe invicem abhorrent, quam *tornatos* & *incudi*. Diverſas etiam metaphoras conjungit, *L. II. Od. V.* ubi, poſteaquam juvencæ allegoria uſus fuerat, deinde

Si defendere delictum quam vertere malles,
Nullum ultra verbum aut operam ſumebat inanem;
Quin ſine rivali teque et tua ſolus amares.
Vir bonus et prudens verſus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomtis allinet atrum
Tranſverſo calamo ſignum, ambitioſa recidet
Ornamenta, parum claris lucem dare coget,
Arguet ambigue dictum, mutanda notabit;
Fiet Ariſtarchus; non dicet, Cur ego amicum
Offendam in nugis? Hæ nugæ ſeria ducent
In mala deriſum ſemel exceptumque ſiniſtre.
Ut mala quem ſcabies aut morbus regius urget,

Aut

443 Nil u. verbi, a. operæ inſum. inanis *Cun. ſolus.* 450 non *Bentl. ex Mſs.* nec *al. & Mſs. Muſ. Br. F. G.* 451 ducunt *S.*

deinde ad uvas & racemos tranſit. Nihil igitur in hoc loco mutemus, & ſinamus Horatium ſive peccaſſe, nec ſatis attendiſſe continuationem tranſlationis, ſive ita verba conjunxiſſe, ut ea auribus Romanorum ſuorum non diſplicitura eſſe ſperare poſſet. KLOTZ.

442 *Vertere*; *mutare*. Vet. Sch. BAX.

443 *Nullum ultra verbum*, ſupple *faciebat*. BAX.

444 *Quin ſine rivali*, &c. is amator amat ſine rivali, qui deformem aliquem amat. neminem enim habet æmulum, neminem rivalem. transfertur ad eos, qui ea magni faciunt, aut magnopere expetunt, quæ nemo alius magni admodum æſtimet. utitur M. Tull. epiſtol. quadam ad Qu. Fratr. libr. 3, 8. *Hirrus auctor fore videtur. o Dii, quam ineptus, quam ſe ipſe amans ſine rivali!* LAM.

Sine rivali; Proverbiali ſchemate ponitur, & ſatis Satyrice. BAX. Sic Cic. ad Q. Fr. 3, 8. GES.

445 *Vir bonus & prudens*; h. e. Et benevolus & doctus. BAX.

Inertes; ſine ſpiritu & nervis. BAX.

446 *Duros*; rigidos, illepidos. BAX.

Incomptis; rudibus, inornatis. BAX.

447 *Ambitioſa*, nimis ornata, & luxuriantia: *Elatos ornatus amputabit.* Vet. Schol. Cruq. Sic ſup. II. Epl. 2, 122. *luxuriantia compeſcet.* BAX.

448 *Dare lucem*; *apertiora facere.* Vet. Schol. BAX.

449 *Ambigue dictum*; *Amphibologias.* Vet. Schol. BAX.

Mutanda; quæ ſcilicet guſtui ſuo minus placent, etſi lateat cauſa. BAX.

450 *Fiet Ariſtarchus*, & per hoc nihil parcet amico. BAX. Solebat Ariſtarchus ἀθετίζειν, expungi jubere verſus Homeri, quos non probaret. Vid. Cic. Fam. 9, 10. GES.

452 *Deriſum*; derideri dicitur qui ab Irone vel ſcurra laudatur. V. v. 433. BAX.

Exceptum ſiniſtre; perverſe tractatum, ridicule habitum, dum credit turpiter aſſentanti. BAX.

453 *Mala ſcabies*; *Lepra incurabilis.* Vet. Schol.

Aut fanaticus error et iracunda Diana,
Veſanum tetigiſſe timent fugiuntque poëtam
Qui ſapiunt; agitant pueri, incautique ſequuntur.
Hic, dum ſublimis verſus ructatur et errat,
Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum foveamve, licet, Succurrite, longum
Clamet, Io cives! non ſit qui tollere curet:
Si curet quis opem ferre, et demittere funem,
Qui ſcis an prudens huc ſe dejecerit, atque
Servari

458 Sic veluti *Mſs. Muſ. Br. A. D. F.* 461 curret *Z.* 462 Quid *Mſ. Ach. Stat.* ſciat *Cun.* projec. *quidam Mſs. & Mſ. Muſ. Br. A.*

Schol. Cruq. Mala autem uſitato Charientiſmo dicuntur dira quæque & horrenda. Bax.

Morbus regius; Vulgus Ictericos fugit, ne ex Aſpectu Auruginem colligat. Mulſo curatur hic morbus, unde & Regius vulgo appellatus eſt, quo hic potus maxime eſſet divitum & delicate viventium, ut olim oſtendit Jaſon de Nores, ex Varrone. Bax. Plin. 22. 24 ſ. 53. *Varro Regium cognominatum morbum arquatum tradit, queniam mulſo curetur.* Ges.

Urguet; affligit, deprimit. Bax.

454 *Fanaticus error*; *Fanaticum errorem pati dicuntur qui a Faunis percutiuntur, id eſt, qui lymphatico ſpiritu agitantur.* Vet. Schol. Faunos autem & reliquos manes, excepto uno Tireſia, fatuos eſſe ſupra [ad I. Epl. 19, 4] oſtendimus. Epilepſiam, ſeu Comitialem morbum intellige, quem morbum etiam Herculi Incuboni, ſive Ephialtæ tribuit ſtolida veterum credulitas. Bax.

Iracunda Diana; quæ & Luna & Hecate & Proſerpina dicitur; Nocturna & irritabilis dea. Putabatur hæc fuiſſe Mania mater larium & vexare infantes, atque adultos etiam ſingulis Interluniis, deducta de ſuo curru, in furorem vertere præcipue ſi ſacra ejus negligerentur. Bax.

455 *Tetigiſſe pro tangere.* Vet. Schol. Bax.

456 *Qui ſapiunt*; h. e. qui non & ipſi inſaniunt. Bax.

Agitant, per plateas inſequuntur. Bax.

Incauti, nulla habita ratione, vel nulla verecundia deterriti. Bax. Pueri non metuunt contagionem, & ſectantur furioſos, tanquam materiem riſus. Cic. in Verr. 4. c. 66 *Homo ridicule inſanus — ut eum pueri ſectentur.* Ges.

457 Cum mss. Cruquii & Vetere Interprete pro *ſublimes* repoſui *ſublimis*. Eſt autem *ſublimis* hoc loco, quem Græci μετέωρον appellant; hoc eſt, qui ſidera tantum ſpectat, inferiora deſpicit. Hoc ſatis declarant ſequentia. Bax.

Antiqui & ructo & ructor dixerunt: hic genere patiendi extulit ructatur. Vet. Schol. Bax.

Errat; ſui admiratione inebriatur. Bax.

458 *Merulis*, ſatis vili aucupio. Bax.

Decidit. quidam libri vet. habent *decidat*: ego nihil mutandum puto: *decidit* autem ſic accipio, ut ſit præteriti temporis. Lam.

359 *Longum clamet*; expreſſit Homericum, μακρὸν ἄϋσεν. Lambinus. Bax.

460 *Tollere*. attollere. ſic I. Epl. 17, 61. *crudeles tollite claudum.* Lam.

Curet; animum appellat. Bax.

462 *Qui ſcis*; Ethopœia eſt: nam ex perſona

Servari nolit? dicam, Siculique poëtæ
Narrabo interitum: Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Insiluit: sit jus liceatque perire poëtis:
Invitum qui servat, idem facit occidenti:
Nec semel hoc fecit; nec, si retractus erit, jam
Fiet homo, et ponet famosæ mortis amorem.
Nec satis apparet cur versus factitet; utrum
Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Moverit

469 formosæ *Mss. Ach. Stat.* 470 *pro* cur, cum *Flor.* versus cur dictitet *Cun. sol.*

sona adstantis alicujus vicini hæc protulit. Bax. Quin, ut recte ipse mutavit distinctionem Baxterus, ipsius velut adstantis Horatii hæc verba sunt. Ges.

Dejecerit? quidam libri habent *projecerit?* Lam.

Longe convenientius est hoc loco verbum *dejecerit* quam Bentleii *projecerit:* nam Empedocles deorsum se jecit in Ætnæ montis craterem. An se *projecerit* incertum esse necesse est. Bax.

465 *Ardentem frigidus*; pulchro Antitheto usus est; atque eum ex sua Philosophia arguit: *Empedocles enim dicebat ingenia frigido circa præcordia sanguine impediri.* Vet. Schol. Quod Dogma & Maro noster expressit in Georgicis (2, 484), cujus hæc sunt verba: *Sin has ne possim naturæ accedere partes Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.* Bax. Diversas de Empedoclis morte sententias, & hanc ipsam Fabulam, i. narrationem, refert Diog. Laërt. 8, 69 ubi vid. Menag. Ges.

466 Similis hic est asperitas, ut in illo edicto Spartanorum Ælii. V. H. 2, 15 Κλαζομενίους ἐξέτο αἰσχημονεῖν, *Liceat Clazomenios indecenter se gerere.* Ges.

467 *Idem facit occidenti*; Græca Phrasi extulit τὸ αὐτὸ ποιεῖ τῷ ἀποκτείναντι. Bax. Nam vim facit ei, qui impedit, quo minus quis, mori cupiens, se interficiat: atque vim facit etiam ei, qui vitæ cupidum occidit. Zeun.

468 *Hoc fecit*; ut se demitteret in Craterem. Bax.

469 *Fiet Homo*; *animal rationale, ut est in Definitione hominis.* Jason de Nores. Bax.

Famosæ; se occidere etiam olim erat infame. Καὶ τὶς ἀτιμία προσεστι τῷ ἑαυτὸν διαφθείραντι. Aristoteles ad Nichomachum, referente Francisco Luisino, viro docto. Ἡμεῖς γὰρ ἄνθρωποι ἐν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς ἐσμεν. uti olim moriens Socrates, autore magno Platone. Quare Homicidæ sui insepulti abjiciebantur, teste Seneca in Controversiis. Vide eruditissimum Gutherium de Jure Manium. Bax. Mihi videbatur mediæ significationis hic esse *famose.* Quærit insanus hic, sermones esse de morte sua. Ges.

470 *Nec satis apparet.* Apud veteres traditum nec sine re, quod, quicumque impii furiis agitarentur, insani redderentur. Idem in poëta observatum. nam cum tam infeliciter versus factitet, putamus illum patrios manes violasse. Nannius.

Cur versus factitet; *an quia scelus aliquod perpetraverit propter quod puniri debeat.* Vet. Schol. Cruq. Bax.

471 *Minxerit*; gravissimum scelus hoc, illudere parentum cineribus, Bax. Peri.

Moverit inceſtus; certe furit, ac velut urſus
Objectos caveæ valuit ſi frangere clathros,
Indoctum doctumque fugat recitator acerbus:
Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo,
Non miſſura cutem, niſi plena cruoris, hirudo.

1, 113 *Pingo duos angues*, indicium loci conſecrati *pueri, ſacer eſt locus, extra Meiite* Vid. Caſaub. Ges.

Triſte; cum magna reverentia tractandum & horrendum, Dilogως. Bax.

Bidental; *Reliquias fulminis quas Pontifices cum Sacrificio ſepeliebant.* Vet. Schol. Nam caeſis duabus bidentibus procurabant ejuſmodi prodigia, atque ipſum locum in quem ceciderat fulmen ſacrabant, qui exinde Bidental appellabatur. Erat hoc ſepulcrum Numinis: ſiquidem caſus Fulminis pro morte alicujus Dæmonis habebatur: & Meteora omnia veteribus pro Diis erant & Jovis Angelis; quod paſſim apud Poëtas legere eſt. Bax. Non pervulgata ſunt, quæ hic Baxterus, non vulgariter antiquitatis peritus de morte Dæmonum fulguribus nunciata habet. An hauſit ex iis, quæ de *Britannicis* quibuſdam *Dæmonum ac Heroum inſulis* narrat Plutarch. de orac. def. p. 419 E? Cf. p. 416, D. Ges.

472 *Inceſtus*; impius, impurus. Bax.

Certe furit; quæcunque fuerit cauſa, conſtat effectus. Bax.

473 *Clathros*; Cancellos clathratos. Sunt autem *Clathri* ligna, quibus tranſverſis portas munimus, Græci κλεῖθρον vocant. Columella lib. VIII. cap. III. *Feneſtræ clathris muniantur, ne poſſint noxia irrepere animalia.* Et cap. XVII. *Spiſſi deinde clathri marginibus infiguntur.* Hinc *Clathrare* eidem Columellæ lib. IX. & *Clathrat feneſtræ* Plauto in Milite glorioſo. Nannius.

474 *Fugat*; odio ſuo, & prolixæ recitationis metu. Bax.

Acerbus; atrox, immiſericors. Bax.

475 *Arripuit*; de fuga prehenderit & ad ſe retraxerit. Bax.

476 *Plena cruoris*: donec pene diſruptus fuerit legendo. Bax. Non opus eſt ſimilitudinem eo uſque extendere. Satis eſt, ſi maneat imago hirudinis adhæreſcentis &c. Sæpe hic peccatur, in ſacris præſertim; ubi ſingulas partes dum applicare volunt homines, non evitant nugas. Cf. ad Epiſt. 1, 2, 34. 1, 10, 5. 1, 16, 22. Ges.

Hirudo Medicinalis. Linn.

FINIS.

INDEX

IN

Q. HORATIUM FLACCUM

OLIM QUIDEM COLLECTUS A

THOMA TRETERO,

NUNC VERO,

Quam plurimis locis auctus et emendatus.

INDEX
IN HORATIUM.

Od. *Odas:* Ep. *Librum Epodon:* C. S. *Carmen Seculare:* S. *Libros Sermonum:* Epl. *Epiſtolas:* A. P. *Artem Poeticam: numerus Romanus Librum deſignat; Odæ, Epodæ, Satyræ, & Epiſtolæ indicantur numero Arabico ſequente commate; ſequente vero puncto verſum monſtrat.*

A.

A *vel* Ab *præpoſitio omiſſa.*
abacta epulis regum. II. S. 2, 45.
abeſt virtute. A. P. 370.
abſint neniæ funere. II. Od. 20, 21.
abſterrent vitiis. I. S. 4. 129.
acies retro verſa Philippis. III. Od. 4, 26.
alius Lyſippo. II. Epl. 1, 240.
alius ſapiente. I. Epl. 16, 20.
civem hoſte dignoſcere. 15, 29.
cor purum vitio. II. S. 3, 220.
curtatus inæquali tonſore. I. Epl. 1, 94.
curvum dignoſcere recto. II. Epl. 2, 44.
data fatis. I. Od. 12, 51.
decede peritis. II. Epl. 2, 213.
defendet æſtatem capellis. I. Od. 17, 3.
dimoveat lucro. I. S. 1, 39.
diſcrepat iſtis. 6, 92. II. 3, 108.
diſcrepat vino. I. Od. 27, 5.
diſſentiens conditionibus fœdis. III. Od. 5, 14.
faciem dimovet curvo littore. IV. Od. 5, 14.
flentibus Varius diſcedit. I. S. 5, 93.
liberat Hippolitum tenebris. IV. Od. 7, 26.
novo divelletur adultero. I. Od. 36, 18.
Pegaſus expediet Chimæra. 27, 24.
pignus dereptum lacertis. 9, 23.
procul negotiis. Ep. 2, 1.
procul prava ambitione. I. S. 6, 51.
prohibere chiragra. I. Epl. 1, 31.
prohibete Bacchum rixis. I. Od. 27, 4.
recto depellere curſu. II. S. 5, 78.
repulſus foribus. 7, 90.
ſecernere publica privatis. A. P. 397.
ſecernis honeſtum turpi. I. S. 6. 63.
ſemota terris. II. Epl. 1, 21.
ſimplex munditiis. I. Od. 2, 5.
ſolvere Theſſalis venenis. 27, 21.
ſolutus omni fœnore. Ep. 2, 4.
undæ retortæ littore Etruſco. I. Od. 2, 13.
A. I. Od. 21, 14. III. 5, 43. IV. 5, 12. Ep. 17, 24. &c.
Ab. I. Od. 9, 22. 28, 29. 36, 4. 37, 13. 16. II. Od. 3, 3. 21. III. Od. 5, 43. 14, 4. 16, 22. *Bentl.* 20, 16. 27, 2. 12. 58. IV. Od. 4, 14. 63. &c.
Ab equo indomito laſſus II. S. 2, 10.
Ab avaritia laborat. *Bentl.* I. S. 4, 26.
Ab Achille ſecundus heros. II. S. 3, 193.
Ab imo ad ſummum totus moduli bipedalis. II. S. 3, 308. 309.
Ab ipſo ferro opes & animum ducit. IV. Od. 4, 59.
Ab inſolenti lætitia temperata mens. II. Od. 3, 3.
Ab Lamo ducis originem. III. Od. 17, 1.
Ab orno pendulus. *ibid.* 58.
Ab ignibus ſoſpes. I. Od. 37, 13.
Ab *pro* poſt. Domita nomen ab Africa. IV. Od. 8, 18. Ab ipſis Saturnalibus. II. S. 3, 4.
Ab ovo uſque ad mala. I. S. 3, 6. 7.
Abacta. Vide. Ep. 5, 29.
Abdiderint. I. S. 8, 43.
Abdidit. III. Od. 4, 38.
Abdita rerum. A. P. 49.
Abditæ. II. Od. 2, 2. III. 16, 5.
Abditus. I. Epl. 1, 5.
Abeo. I. S. 6, 61.
Abeant. II. S. 3, 246.
Abeas. III. Od. 18, 3.
Abeat fortuna ſuperbis. A. P. 201.
Abeat. II. S. 3, 218.
Abes. IV. Od. 5, 2.
Abeſt. I. Od. 9, 17. 35, 20. III. 16, 37. 24, 64. I. Epl. 18, 57. A. P. 370.
Abeunte. III. Od. 6, 44.
Abfore. I. S. 4, 101.
Abhinc. II. Epl. 1, 36.
Abi. IV. Od. 1, 7. I. Epl. 7, 53. II. 2, 205.
Abibis. II. S. 1, 86.
Abjectis. nugis. II. Epl. 2, 141.
Abjecto. I. S. 3, 131.
Abigat *vinum* curas. I. Epl. 15, 19.
Abigunt. III. Od. 24, 40.
Abii. I. S. 1, 108.
Abjicito. I. Epl. 13, 7.
Abire. Ep. 11, 20. I. S. 9, 14. II. Epl. 2, 215.
Abirem. I. Epl. 9, 7.
Abit. I. S. 5, 14. II. S. 3, 30.
Abito. III. Od. 14, 24.
Ablativus abſolutus.
Excepto, quod &c. I. Epl. 10, 50.
Mente ſolidâ. III. Od. 3, 4.
Neglectis. II. S. 4, 82.
Ablativus participiorum in dus.
æſtimat anteferendo. II. Epl. 1, 19. 21.
maledicit vocando furiam. II. S. 3, 140.
nefas putando. IV. Od. 9, 30.
Abludit. II. S. 4, 320.
Abnegat. I. Od. 35, 22.
Abnormis ſapiens. II. S. 2, 3.
Abnuere. II. S. 5, 52.
Abominatus parentibus Annibal. Ep. 16, 8.
Abortivus. I. S. 3, 46.
Abrotanum ægro dare. II. Epl. 1, 114. 115.
Abrumpere. IV. Od. 7, 27.
Abſcidit. I. Od. 3, 21.
Abſcindere reditus. Ep. 16, 35. inane ſoldo. I. S. 2, 113.
Abſciſſum. II. S. 3, 303.
Abſcondere. Talos cavis. *ibid.* 173.
Abſens. II. S. 5, 72. I. Epl. 7, 38, 11,

11, 21.
Abſens pater urget. III. Od. 27. 57.
Abſentem. I. S. 3, 21. 4, 81. 5, 15. 10, 79. II. 7, 28.
Abſentes. Ep. I, 18.
Abſentis. II. S. 3, 314.
Abſint. II. Od. 20, 21.
Abſis. I. Epl. 18, 58.
Abſiſtere. I. S. 3, 104.
Abſit. II. Epl. 2, 199.
Abſolves. II. S. 3, 279.
Abſona fortunis dicta. A. P. 112.
Abſorbere placentas. II. S. 8, 24.
Abſtemius in medio poſitorum. I. Epl. 12, 7.
Abſterrebitur. II. S. 5, 83.
Abſterrent. I. S. 4. 129.
Abſtes. A. P. 362.
Abſtes inexcuſabilis. *Bentl.* I. Epl. 18, 58.
Abſtinens. III. Od. 7, 18. IV. 9, 37.
Abſtinet. A. P. 170. 379.
Abſtineto irarum Calidæque rixæ. III. Od. 27, 69.
Abſtinuit Venere & vino. A. P. 414.
vim uxore & gnato. II. S. 3, 202. 203.
Abſtulerat. I. Epl. 15, 34.
Abſtulerit. I. S. 4, 132.
Abſtulit. II. Od. 16, 29. Ep. 5, 66.
Abſumet. II. Od. 14, 25.
Abſumptis. I. Epl. 15, 27.
Abunde ſatis eſt. I. S. 2, 59.
Abunde *cum nominativo.* Valetudo contingat abunde. I. Epl. 4, 10.
Abundes immoderatus. II. S. 5, 89.
Ac *pro* ſicut. I. Epl. 16, 32.
Ac *poſt* ſimul. I. S. 2, 18. 4, 119. 8, 21. 9, 34. I. Epl. 13, 11.
Academi ſylvas. II. Epl. 2, 45.
Accedam. II. S. 3, 263.
Accedas. 5, 72.
Accedat. ſtomacho. 3, 154. 6, 9.
Accedent pro quo alii legunt Accedunt. II. S. 2, 85.
Accedente. II. Epl. 2, 211.
Accedere. II. S. 3, 149.
Accedes. II. S. 7, 118. I. Epl. 17, 12.
Accedet. IV. Od. 2, 46. II. S. 2, 86.
Accedit. A. P. 243.
Accendis. I. S. 9, 53.
Accendit. Ep. 14, 14.
Acceperis. II. S. 3, 67.
Accepiſſe. 6, 81.
Accepit. 3, 226. I. Epl. 10, 17. 12, 28.
Accepta. II. Epl. 1, 147. A. P. 283.
Acceptos rettulit. II. Epl: 1, 234.
Acceptus. C. S. 62.
Accerſas. II. Epl. 1, 228.
Accerſe. I. Epl. 5, 6.
Accerſit. II. Epl. 1, 168.
Acceſſit. A. P. 211. II. S. 1, 25.
Acci. I. S. 10, 53. A. P. 258.
Accidit. Ep. 5, 61.
Accipe. I. S. 4, 14. 38. II. S. 2, 70. II. 3, 46. 66. 223. 307. 5, 10.
Accipiam tabulas. I. S. 4, 15.
Accipiar. II. S. 8, 67.
Accipias. I. S. 1, 48.
Accipiebat. I. Epl. 7, 53.
Accipiet. II. S. 5, 68. I. Epl. 10, 28.
Accipio. I. S. 5, 58.
Accipis. II. Epl. 2, 162.
Accipit. *ibid.* 33.
Accipiter adurget molles columbas. I. Od. 37, 17. 18.
Accipiter laqueos metuit. I. Epl. 16, 50. 51.
Accipiunt. A. P. 250.
Acciſis. II. S. 2, 114.
Acclinis. II. S. 2, 6.
Accredere. I. Epl. 15, 25.
Accreſcere. A. P. 252.
Accrevit Invidia. I. S. 6, 26.
Accubat horreis. IV. Od. 12, 18.
Accurrit. I. S. 9, 3.
Accuſativus græcus, qui ſupplatur per κατὰ
amictus humeros. I. Od. 2, 31.
cætera fulvus. IV. 2, 60.
cætera lætus. I. Epl. 10, 50.
concuſſa mentem. II. S. 3, 295.
confuſa genus. II. Epl. 1, 195.
coronatus nitentes capillos. II. Od. 7, 7.
curtatus capillos. I. Epl. 1, 94.
fractus membra. I. S. 1, 5.
implicata crines viperis, & incomptum caput. Ep. 5, 15.
inquiner caput. I. S. 8, 37.
inſignis humerum. I. Od. 21, 11.
mitior animum. III. 10, 18.
mutor ſuperna. II. 20, 10.
ornatus tempora. IV. 8, 33.
perunctī ora fæcibus. A. P. 277.
peruſtus latus & crura. Ep. 4, 3. 4.
religata comam. II. Od. 11, 24.
religatus crines. IV. 11, 5.
ſtratus membra. I. 1, 21.
ſupinor naſum. II. S. 7, 38.
ſuſpenſi loculos & tabulam. I. S. 6, 74. I. Epl. 1, 56.
Tempe agitata umbroſam ripam. III. Od. 1, 23.
tremis oſſa. II. S. 3, 57.
vincti comas. II. Epl. 1, 110.
Accuſativus perſonæ omiſſus.
ſe. I. Epl. 2, 11.
te. III. Od. 27, 73. I. S. 3, 22. I. Epl. 20, 4.
vos. A. P. 347.
Acer. II. S. 5, 43. II. Epl. 1, 165.
Achilles. A. P. 121.
Aufidus. I. S. 1, 58.
canis. Ep. 12, 6.
Deiphobus. IV. Od. 9, 22.
Druſus. 14, 13.
epos. I. S. 10, 43.
hoſtis. Ep. 6, 14.
ſpartacus. 16. 5.
ſpiritus. I. S. 4, 46.
ſulcius. *ibid.* 65.
vultus. I. Od. 2, 39. 40.
Acer nimis videor. II. S. 1, 1.
Acer jejunis dentibus. II. Epl. 2, 29.
Acerba fata. Ep. 7, 17.
Acerbæ Libitinæ. II. S. 6, 19.
Acerbi. I. Epl. 18, 95.
Acerbum. I. Epl. 17, 53.
Acerbus. I. S. 3, 85.
recitator. A. P. 474.
Acernam menſam. II. S. 8, 10.
Acerra thuris. III. Od. 8, 2.
Acervi. II. Epl. 1, 47.
Acervo. I. S. 1, 34. 51. II. 2, 105. II. Epl. 2, 190.
Acervos. II. Od. 2, 24. II. S. 5. 22.
Acervum. II. S. 3, 111. I. Epl. 6, 35.
Acervus. I. S. 1, 44. I. Epl. 2, 47.
Aceſcit. I. Epl. 2, 54.
Aceti. II. S. 2, 62.
Aceto. I. S. 7, 32. II. 3, 240. 8, 49.
Italo. perfuſus. I. S. 7, 32.
Acetum. II. S. 3, 117.
Achaico IV. Od. 3, 5.
Achaicus. I. Od. 15, 35.
Achæmenes. II. Od. 12, 21.
Achæmenio Nardo. Ep. 13, 8.
Achæmenium coſtum. III. Od. 1, 44.
Acheronta. perrupit. I. Od. 3, 36. fugit III. Od. 3, 16.
Acherontiæ. III. Od. 4, 14.
Achille. II. S. 3, 193.
Achillēi. I. Od. 15. 34. Ep. 17, 14.
Achillem. II. Od. 4, 4. I. S. 7, 12. A. P. 120. abſtulit. II. Od. 16. 29.
Achilles. IV. Od. 6, 4. II. Epl. 2, 42.
Achivi. I. Epl. 2, 14.
Achivis. IV. Od. 6, 18. II. S. 3, 194. II. Epl. 1, 33.
Achivos. III. Od. 3, 27.
Acidas. II. S. 2, 44.
Acidum. II. Epl. 2, 64.
Acies. III. Od. 4, 26. II. S. 2, 5
Acinaces. I. Od. 27, 5.
Acinum. II. S. 6, 85.
Acipenſere. 2, 47.
Acquirere. A. P. 55.
Acre. II. S. 3, 116.
Acres apros. Ep. 2, 31. 32.
inter numeretur. I. S. 3, 53.
in jus procurrunt. 7, 20. 21.
lupos. Ep. 12, 25. 26.
potores. II. S. 8, 36. 37.
ſtimulos. 7, 93. 94.
Acrem. I. Od. 29, 2. I. S. 2, 42.
Acri. I. Od. 12, 1. III. 2, 2. I. S. 10, 14. II. 4, 59.
Acria. II. S. 6, 69. 8, 7.
Acrior. I. Od. 33, 15. III. 5, 25. Ep. 7, 13. I. S. 6, 125.
Acris. I. Od. 4, 1. I. S. 3, 60. II. 7, 47.
Acriſium. III. Od. 16, 5.
Acriter. I. Epl. 18, 18.
Acrium. I. Od. 6, 18.
Acrius. I. S. 2, 15. II. 3, 92.
Acroceraunia. I. Od 3, 20.
Acta. A. P. 179.
Actæ. I. Od. 36, 8.
Acti. I. S. 10. 53. A. P. 173.

Actia. I. Epl. 18, 161.
Actius. II. Epl. 1, 56.
Actor. II. Epl. 1, 204. A. P. 369.
Actoris partes, A. P. 193.
Actu. A. P. 189.
Actum. II. S. 3, 135.
Actus *pro* fugatus. III. Od. 7, 5. Ep. 9, 7.
Actus pro partibus fabularum. A. P. 129. 194.
Acuens. II. Od. 8, 15.
Acuis linguam cauſis. I. Epl. 3, 23.
Acuiſſe. I. Od. 2, 21.
Acuit dentes timendos. III. Od. 20, 10.
Acumen Stertinii deliret. I. Epl. 12, 20.
Acumen argutum judicis. A. P. 364.
Acumina. I. Epl. 17, 55.
Acumina chartis admovit. II. Epl. 1, 161.
Acuta æra. I. Od. 16, 7. 8.
belli. IV. 4, 76.
letho ſaxa. III. 27, 61. 62.
tela. Ep, 17, 10.
voce. III. Od. 4, 3.
Acutas. II. Od. 19, 4.
Acutis. I. S. 3, 29.
Acuto gelu. I. Od. 9, 3. 4.
ſtridore. 34, 15.
